This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

27333

XCJ 53 [Gun]: 12

Digitized by Google

Digitized by Google

SAGAN
af
GUNNLAUGI ORMSTUNGU
ok
SKALLD-RAFNI.

Sumptibus Legati Magnæani.

Digitized by Google

Viro Nobili et generoso
DEAN. BARRINGTON
Libertatis Patriæ & Solidioris
Eruditionis Vindici Opt.

hoc Islandicæ Antiquit.
Specimen sacrat
G. I. Thorkelin.

Londini die XX. Mensis
Aprilis. CIƆDCCLXXXVII.

Digitized by Google

SAGAN
af
GUNNLAUGI ORMSTUNGU
ok
SKALLD-RAFNI,
five
GUNNLAUGI VERMILINGVIS
&
RAFNIS POETÆ
VITA

Ex Manufcriptis Legati Magnæani

cum Interpretatione Latina, notis, Chronologia, tabulis Genealogicis, & Indicibus, tam rerum, qvam Verborum.

HAFNIÆ 1775.

Ex Typographeo Regiæ Universitatis apud Viduam A. H. GODICHE, per FRID. CHRISTIAN. GODICHE.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCIPI HEREDITARIO

Regiæ Domus Fulcro.

Digitized by Google

Digitized by Google

Exilis aliàs materiæ ſcriptum, qvod devotis TIBI animis offertur, PRINCEPS OPTIME, habet tamen aliqvod, qvo ſe commendet, nomen. Qvidni enim lingva Danica, cum de imperio ejus & fama diſſeritur, interioris apud TE admisſionis decus ſperet, a qvo nobilitatem ſuam tam purè, tam nervoſè, tam graviter coli miratur, & qvotidie exprimi. Lege abrogatam apud tuos duelli inſolentiam, nemo, opinamur, TE libentius audiverit, qvi, ut omnis vis violentæ, praviqve illius & ementiti juris fortiorum in debiles, juratus hoſtis, ita pro-

pugna-

Digitized by Google

pugnator innocentiæ, æqviqve vindex acerrimus exiſtis. Deniqve, cum non ipſe TU, ſed ſuperior illa, qvæ TE ducit, VIRTUS ita TE conſtituerit, ut ab omnibus effrenæ voluptatis illecebris abhorreas, nihil antiqvius habere TE, neceſſe eſt, qvam ejusmodi univerſo juvenum (qvid ſi & virorum?) coetui exempla proponi, qvæ ſemper poenitendum, ſæpe internecinum, coeci amoris exitum monſtrant.

Scribebamus Hafniæ die 29 Jan.
MDCCLXXV.

Seviri
Antiqvitatibus Septentrionalibus
evulgandis conſtituti.

Ad

Digitized by Google



Ad Lectorem.

Dum in procuranda *Hungurvakæ*, qvam in nupera ad editionem *Kristnisagæ* præfatione promisimus, interpretatione occupati, operas interim typographi cessare molestè ferimus, succurrit uni nostrum, habere se delitescentem in scriniis suis narratiunculam hanc, qvam annos abhinc non paucos prælo destinaverat, maturamqve reddiderat, postea verò, severioribus districtus negotiis, neglexerat. Submonuit tamen simul amicus idem, cui, pro congenita Islandis modestia, sua interdum nimis elevare solenne est, vix, ut vulgaretur, consultum fore, cum eventus ipse nihil ad Remp., sed privatum modò duorum de-

 certan-

certantium fatum, idqve insuper amatorium, contineat, adeoqve ad integram universæ de patria historiæ catenationem parum conferat. Nos verò tradito, & in consessu nostro diligentius excusso, autographo avidi manus injecimus, & pro nostro id vindicavimus. Neqve imbecillibus, ut speramus, ad hoc argumentis inducti sumus. Erant enim belligerantes nostri prosapia nobiles, illustribusqve insulæ gentibus affinitate juncti. Qvis verò nescit, qvantum intersit accuratam Reip. alicujus historiam delineaturi, familiarum nexus, earumqve invicem simultates & amicitias perspicere? Erant ambo, si non laureati (neqve enim mos ille tunc temporis inoleverat), at certe in aulis Regum Principumqve acceptissimi Poëtæ, cantuumqve & nativo lepore, & nitore simplici, adeo commendabiles, ut omnibus, qvi antiqvæ lingvæ indolem in apricum proferre student, fragmenta eorundem nullo non in pretio habenda sint. Præterea qvarundam rerum digna notatu capita satis aptè scriptum hoc perstringit, ut sunt, *duellorum solennis lege abrogatio*, qvam alii qvidem historici ad hæc eadem tempora referre videntur, originem vero ejusdem & causas ignorare nos passi sunt; *impietas expositionis infantum* tolerata; *diffusa* late & *in aulam* usqve *Britannicam* ante Wilhelmi Conqvestoris regnum inducta *consvetudo lingvæ Danicæ*; ne qvid de iis, qvæ privatas *Sigurdi & Erici*, in Orcadibus & Norvegia Comitum, vitas; qvæ *mores & ritus seculi*; qvæ *characterem gentis*, non ambigue illu-

Digitized by Google

illuſtrant, addamus. Fatemur deniqve, tam narrationis ordinatum contextum, qvam, medium qvidem, ſed terſum & elegantem ſatis dictionis tenorem, adeò nobis arriſiſſe, ut indignum publicò munuſculum fore non metueremus.

De rei ita geſtæ veritate coævorum ſcriptorum teſtimonia, qvæ ad ſingulas fere paginas in annotationibus allata ſunt, dubitari nòn ſinunt. Inſtar omnium eſto *Sagæ Egilli Skallagrimi* f. auctoritas, cujus duo inſignes exſtant loci, unus, qvi in notatis ad cap. 1. p. 5. not. 6. reperitur; alter his verbis conceptus: " Helga hin fagra var „ dottir þeirra Þorſteins ok Jofridar, er þeir deilldo um „ Skálld-Rafn ok Gunnlaugr Ormstunga ". i. e. *Thorſteinis & Jofridæ filia fuit Helga pulchra, de qva Rafn Poëta & Gunnlaugus Ormstunga litigarunt.* Adjungimus his locis alium maximè notabilem ex poëmate, qvod *Sólar-Lióđ*, ſive carmen de Sole, audit, & antiqvisſimum, qvamvis forte non, ut vulgaris opinio eſt, *Sæmundum*, autorem habeat. En Strophas, qvæ huc faciunt, ex ipſo corpore excerptas:

„ Sáttir (a) þeir voru (b) — (a) *al.* ſættir (b) ur þo *fiebant*
„ Svafadr oc Skarthedin,
„ Hvergi mátti annars án vera,
„ Fyrr enn þeir æddust
„ Fyrir eina (c) kono — (c) einni
„ Hun var þeim til lyta lagin.

 „ Hver-

„ Hverkis þeir gáþu,
„ Fyrir þá hvítu mey,
„ Leiks ne lióſra daga;
„ Aungvann lut máttu þeir
„ Annann muna,
„ Enn þat (d) lióſa lík (e) (d) hit (e) liſ

„ Daprar þeim (f) urþu (f) daprer þeir *triſtes illi fiebant*
„ Enar dimmu (g) nætur (g) dauckvu *noctibus obſcuris*
„ Aungvann máttu þeir ſætann ſofa.
„ Enn af þeim harmi
„ Rann heipt ſaman
„ Millum virktar (h) vina (h) virtar *it.* vitra *ſapientes* minus recte

„ Fádæmi verda
„ I fleſtum ſtöþum
„ Golldin grimmliga.
„ A hólm þeir gengo
„ Fyrir hiþ hoſca (i) víf (i) horſka
„ Oc fengo báþir bana. i. e.
Concordes erant
Svafadus & Skarthedin,
Neuter abſqve altero eſſe potuit,
Anteqvam in furorem acti ſunt
Ob unam foeminam.
Hæc eis in vitium fatis fuit deſtinata.

Neqve

Digitized by Google

Neqve curarunt,
Ob candidam illam virginem
Ludos, nec ſerenos dies,
Nullam rem potuerunt
Aliam memoria tenere,
Qvam nitidum illud corpus.
Triſtes illis fiebant
Noctes obſcuræ,
Nullum placidum (ſomnum) *dormire potuerunt.*
Ex illo vero dolore
Odium coaluit
Inter exoptatos amicos.
Inſolita vitiorum exempla
Plerisqve in locis
Dire puniuntur.
Duellum commiſerunt
Ob urbanam hanc foeminam
Et mortem ambo oppetierunt.

Facit pro more ſuo poëta, dum *Svafadum* & *Skarthedinem* nominat. Semper enim exempla, qvæ ad formandos mores adfert, fictis appellationibus occultat; ſed caetera omnia ad facti circumſtantias, heroum noſtrorum ſtudia, mutuam converſationem, rei deniqve exitum, exactè adeo collineant, ut ad qvemqvam alium in hiſtoria Septentrionis eventum non niſi moleſte & qvaſi obſtipo capite trahi qveant, &, ne vel minimum adhuc aqvæ

Digitized by Google

hæreat, ipsa, qvæ in odis suis effudit Gunnlaugus, animi sensa (conf. p. 142. & 144.), ipsumqve ferè sermonem, exprimunt. Et, qvoniam odarum injecta est mentio, neminem credere volumus, easdem, orationum instar, qvæ in scriptoribus Græcis & Latinis toties occurrunt, ipsius narrationis compositoris opus, eiqve qvasi sub manu natas esse. Reverà hæ Gunlaugum, Hrafnem, aliosqve, qvorum præferunt nomina, autores agnoscunt, iisqve, ut memoriis maxime archetypis, qvæ in codicem retulit, superstruxit narrator. Ambos poëseos laude celebres, eoqve nomine sub Olafo Sönske Veciæ, Edelredo Angliæ, Regibus, ut & Erico Haconis f. Norvegiæ Comite, claruisse, eorumqve in aulis familiariter versatos esse, satis clare testatur *Skalldatal*, i. e. Catalogus Poëtarum septentrionalium, qvem *Wormius* appendici litteraturæ Runicæ p. 225, & *Peringskioldius* Heimskringlæ T. 2. p. 483, assuerunt, cui clarius adhuc suffragatur *Edda*, qvam *Snorronis* dicimus, in appellationibus poëticis, sive *Kenningar*, dimidium carminis, qvod hic p. 160. habetur, sub Gunnlaugi nomine adducens. En verba: " Kona er *Selia* gullz
„ þess er hon gefr, oc á samheiti vid *Seliu*, er tre er. Fyrr
„ er ritat, at kona er kend vid allzkyns tría-heiti kvenn-
„ kend. Hon er oc *Lág* kollut þess er hon gefr; *Lág* hei-
„ ter oc tre þat er fellr i skogi. Sva qvad Gunnlaugr Orms-
„ tunga:

„ Alen var rygr at rógi " &c. i. e.

Mulier

Digitized by Google

Mulier est Selia (traditrix) *auri, qvod donat; & in eo communem appellationem habet cum* Selia (*salice*), *qvæ arborum species est. Supra enim scriptum est, foeminæ appellationes ab omnibus arborum appellationibus foemininis recte peti. Sic etiam foemina,* Lág *(tribuens vel deponens) dicitur ejus, qvod donat;* Lág *vero vocatur arbor qvæ in sylva cadit. Ita Gunnlaugus Ormstunga cecinit:*

Lág *var ek auds at æiga* &c.

De ipsius scripti ætate, ejusqve autore, impeditior est qvæstio. Post *Snorronis* tempora exaratum fuisse, efficerent, qvæ de hoc, cap. 1. p. 14., & post *Laxdæla-Sagam*, qvæ ex hac, cap. 5. p. 67. not. 47, afferuntur, nisi veri simile fieret, ut suis locis monuimus, ea non ab initio, sed manu paullum recentiori inserta esse.

Majoris certè momenti est titulus, qvem codex chartaceus Arnæanus sub No. 500 in 4to præfert, pluribus infra memorandus, pleniorem vero Holmensis membranaceus ostendit: &, qvi talis est: " Saga þeirra Hrafns „ ok Gunnlaugs Ormstungu, epter þi sem sagt hefr Ari „ Prestr enn frodi Þorgilsson, er mestr fredimadr hefr væ„ rit á Islandi á Lannamalögur ok forna fredi ". i. e. *Historia Hrafnis & Gunnlaugi Ormstungæ, qvemadmodum narravit Arius Sacerdos multiscius Thorgilsis filius, qvi inter omnes Islandos historiarum de terræ occupatione rerumqve antiqvarum peritissimus fuit.* Probè novimus argumentis ex inscriptione libri ductis cautè & cum grano salis uten-

Digitized by Google

utendum esse; qvædam igitur ad id suffulciendum addamus.

Exaratus est Holmensis codex, ipso *Arna* judice, ante annum 1360, hoc est, eo tempore, qvo literaturam Islandicam multo minus, qvam postea (penitus vero nunqvam fuit) obliteratam, ex *vita Laurentii Episcopi*, & aliunde, satis patet. Constantem igitur, oportet, sec. XIV. hanc traditionem fuisse, qvæ qvidem eo majorem nancisci potuit probabilitatem, qvòd *Aras*, schedarum cap. IX., multa se a nutricio suo, Hallo Haukadalensi, qvi circa annum 994 natus, ad qvatuor supra nonaginta ætatem perduxit, in historia edoctum fateatur, Hallus vero ipse horum gestorum oculatus esse testis, eadem vero ignorare, utpote æqvalis & temporum suorum sollers indagator, vix, ac ne vix qvidem, potuerit. Qvòd si itaqve non omnino cum *Wormio*, in dissert. de *Aræ* vita §. 17. ed. Oxon. p. 192, statuamus, *Aram* aliqvid de hac re in adversariis suis scriptum reliqvisse, minus enim hoc nobis liqvere confitendum est, nihil tamen impedit, qvo minus credamus, qvòd noster, qvisqvis est, scriptor hæc eadem, qvæ postea literis mandavit, *Aram* viva voce docentem audire potuerit, qvam *Widalini* sententiam suo loco patefactam dedimus. Enimvero nihil in tota narratione occurrit, qvod de viri, boni, siqvis unqvam, & gravis candore aut judicio aliqvid detrahere, *Ara*qve indignum videri possit, nihil qvod credulitatem aut fabulam

lam

Digitized by Google

lam ſapiat. Qvòd ſi qvis forte ſomnia objiciat, reſpondemus, non mirum eſſe, ſi Chriſtiani, præſertim Romana diſciplina, tantaqve ſanctorum viſuum veneratione imbuti, eandem iis vim & veritatem ſub novi foederis regimine tribuerint, qvæ ſub veteris fuit, præſertim cum & ipſi, qvos vocamus, Gentiles: ὄναρ ἐκ Διός ἐστι ſibi dudum perſvaſerint. Deniqve, dum, qvæ accidunt, ſimpliciter & ingenuè narrantur, nunqvam peccatur, & ipſa portenta nunciata tradere, fidi eſt hiſtorici, facta credere, imbecilli. Forte qvis verſiculos ab Illugo & Onundo in ſomnis compoſitos ægrè credat, cui tamen aſſerto cur fidem denegare velit, non videmus. Si enim, ut par eſt, viros hos Apollinis Hyperborei igne ſæpius calefactos, & tunc temporis inſuper de fatis filiorum ànxios nobis fingimus, qvid mirum, ſi in ipſis ſomni vigiliæqve confiniis carmina effuderint, & limata paulum amicis præcinuerint. Ita certè de ſomniante ſe fatetur *Lucretius* L. 4. v. 966.

Nos agere hoc autem, & naturam qværere rerum
Semper, & inventam patriis exponere chartis.

Et qvid mens, ſopitis etiam ſenſuum organis, adhuc poſſit, recentiori & domeſtico exemplo declarare liceat: Dum in *Triduo Roemeriano* edendo occupatur celeberrimus Aſtronomus *Petrus Horrebow*, ſolenne ei erat usqve ad medium noctis operi invigilare. Aliqvando, calculis

Digitized by Google

ſe ſubduci obſtinatè recuſantibus, feſſus, &, ut fit, tædio victus, in lectum ſe ſubjicit, & placidum, nec interruptum ad diluculum usqve ſomnum duxiſſe ſibi viſus eſt. Mane ſurgens, numeros qvosdam chartæ, qvæ ei ſemper ad pulvinar jacebat, illitos deprehendit, qvos qvò referret neſciens, temere illuc aliqvando conjectos credidit: ſed luſtrata heſternæ lucubrationis computatione, hos ipſos numeros nodi, qvi eum pridie torſerat, ſolutionem continere non ſine ſtupore animadvertit.

Sed utcunqve hæc ſe habeant, neqve enim autoris nomen magis in certo ponunt, utiqve diſpoſitio ordinata, puriſſimus ſermo, eaqve ipſa lenis ſimul & enucleata facundia, eo animum inclinant, ut eidem in fine ſec. XII. aut initio XIII., qvo tempore conſcribendæ hiſtoriæ ſtudium in Islandia maximè viguit, forte & ante obitum Epiſcopi Brandi Sæmundi f. (vid. notat. ad cap. 1. p. 6 & 7. not. 6.) locum asſignemus. Opinionem hanc uno adhuc argumento fulcire non gravabimur. Familiare erat tunc temporis & acceptum Islandis peculiare qvoddam narrandi genus, qvod collocutionibus ferè totum abſolvitur, ut adeo homines, qvaſi actores in ſcenam, invicem fabulantes, producantur. Hujus methodi, cui olim patrocinatus eſt (neqve difficulter potuit, eſt enim naturæ convenientisſima) contubernalis noſter *Johannes Erici* in procemio disqviſitionis ſuæ *de Philippia*, multus qvidem alibi, crebrior tamen nusqvam uſus apparet, qvam hic, & in

Heidar-

Digitized by Google

Heidarviga-Saga (*), qvæ cum indubiæ antiqvitatis notas,

(*) *Exemplo sit locus, ubi initiationem magicam, qva nutrix Vigabardium, ad pugnam Heidensem domo profecturum, instruxit, seqventi narrandi forma proseqvitur:*

„ Þá kemr út kona oc kallar á Barda, oc mællti, at hann skilldi aptr rída þángat til dyranna, oc kvedz eiga mál vit hann. Þat var Öluf systir hans. Hann bad þá rída fyrir, enn hann kvez ecki mundu dveliaz. Kemr hann at dyrum. Spyr hvart hón vill. Hón bidr hann stíga af baki, oc hitta fóstru sina. Hann gerir sva, geingr inn. Kerlingin *sneriz* uid innar í húsinu, enn hon var í reckio sinni. Hver fer þar nú, segir hon? Hann segir, Bardi er her nú; hvad villtu mer fóstra? Gack þú híngat, sagdi hon. Uel ertu kominn nú. Sofit hefir ek nú sagdi hón, enn vakat hefer ek í nótt at búa vistir ydrar, oc systir þín. Far þú hingat sagdi hon, oc vil ek þreifa um þik. Hann gerdi sva sem hon mællti, þíat hann unni henni mikit. Hún tekr til í hvirflinum uppi, oc þreifar um hann aullomeginn, allt á tær nidr. Bardi mællti: hve kenniz þer til, oc hve ætlar þú vera, þó þreifar þú nú sva vandliga? Hon svarar: vel þicki mer, sagdi hon. Hvergi þicki mer vidhnita, sva at ek finna störum. Bardi var mikill madr oc sterkr at afli. Digr var háls hans, oc spennir hon höndum sinum um háls hönum, oc tekr yr serk ser steinaseyrvi mikit er hon átti, oc dregr yfir skyrtuna. Hann hafdi tygilkníf á hálsinum, oc let hon hann þar vera, oc bad hann vel fara. Hann rídr nú á braut eptir faurunautum sinum. Hon kallar eptir honum. Lát vera nú sva búit, sem ek hefer um búit, oc vættir mik, at þá man lyda". i. e. *Tum mulier egressa Bardium vocat, &, ut ad fores retro eqvitaret, rogat, habere enim se qvod cum eo loqvatur. Hæc soror ejus Olafa erat. Is ergo socios priores abeqvitare jubet, seqve brevi adfuturum spondet. Post ad januam se confert, & qvid vellet, qværit. Ea, ut eqvo descenderet, rogat, & nutricem suam inviseret. Is dicto audit, domumqve intrat. Vetula in interiore domu parte constituta, & qvidem in lecto suo recubans, ad eum conversa: qvis nunc, inqvit huc advenit? Is, Bardius, infit, hic adest. Tu vero, nutrix! qvid mihi vis? Ad qvæ illa: Huc, inqvit, accede; exoptatus qvippe jam venisti. Pridem qvidem dormivi, hac vero nocte vigilavi, cum sorore tua,*

Digitized by Google

tas, qvod nemo inficiatur, præ se ferat, communem ge-
nium

---

tua, ad commeatum vestrum instruendum. Nunc autem propius accede, ut te circumqvaqve contrectare possim. Is dicto audit, plurimum enim eam dilexit. Illa igitur a summo inde vertice incipiens, eum ad digitos usqve pedum undiqvaqve contrectat. Qvo facto Bardius: qvid, inqvit, te attrectatio docet, & qvid inde futurum ominaris, cum diligenter adeo totum palpes. Ad qvæ illa: bene mihi arridet, nec ullibi multum obesse videtur, qvantum qvidem sentio. Bardius vir erat magnus statura & robore valens. Crassum ei collum erat, hoc vero ea ambabus manibus complexa, magnum collare ex lapidibus confectum, qvod possidebat, ex pectorali suo depromptum, indusio ejus superinduxit. Is cultellum loro alligatum ex collo suspenderat; hunc ea etiam ibi reliqvit, faustumqve ei iter apprecata est. Qvo facto abeqvitat, socios suos assecuturus. Illa vero abeuntem denuo compellans: Jam, inqvit, colli apparatus, ut ego composui, fac permaneat, qvod si feceris, benè cessurum spero.

Accedat alter locus, ubi Borgarfiordensium qvosdam, qvi, cum Bardius ex improviso supervenit, foeno secando operam dabant, num vere adesset, nec ne, dubitantes his verbis describit:

„ Gánga nú ofan undan skóginum, hverr eptir ödrum, ok þótti þeim sva fyrst
„ Þorgautssonom, sem einn madr gengi þar, oc tekr hann til orda Þórmódr er
„ sídaz sló á teiginum: menn fara þarna kvat hann. Mer syniz, segir Gísli at
„ madr gángi einn; enn þeir geingo hart, oc runnu eigi. Eigi er þat, kvedr Ket-
„ ill Brúsi, menn ero þar, oc eigi allfáir, ok námu stadar nockut oc sá á. Ket-
„ ill mællti: mun eigi Bardi þar vera, oc eigi er honum vlíkt, oc kann ek egi
„ mann at kenna, ef egi er hann, ok sva var hann búinn í sumar á þíngi. Þeir
„ brædr sá á ketill oc Þórmódr. Enn Gísli sló, oc tók til orda: Sva láti þer, se-
„ gir hann, sem Bardi muni koma undan hverri hríslu í allt sumar, oc hefer hann
„ enn egi komit". i. e. *Hoc facto* Bardius & socii *unus pone alterum, deorsum ex sylva procedunt, unde Thorgauti filiis primum videbatur, ac si unus tantum vir incederet; Thormodus tamen, qvi in prato foenum ultimus secabat*

Digitized by Google

nium ad communem ætatem ambas retrahere, honeſtè concludendum eſſe videtur.

Manuſcriptos, qvibus uſi ſumus, codices nunc breviter recenſebimus.

Primus chartaceus fol., *Arnæ* No. 157. Poſſedit hunc *Torfæus*, cum alio exemplari, non indicato, contulit, & manu ſua aliqvid circa notas temporum margini allevit. Apographum eſt recentius. Orthographia dubia. Hoc præcipuè laudandus, qvod integriores odæ ſint.

IIdus chartaceus, 4to, *Arn.* No. 500. Apographum novum permediocre, deficientibus in fronte plerisqve odis, orthographiâ, & ipſo interdum ſtylo exſcriptoris incuriam prodentibus, qvamvis nomina propria ſatis incorrupta ponat. Intervalla, qvæ capita dicimus, neſcit. Idem tamen alio nomine neutiqvam aſpernandum. Eſt enim, ut ſupra indicavimus, in titulo: " Saga af Hrafni ok Gunn-
„ laugi Ormstungu, eptir Fyrirſögn Ara Preſts hins Fro-

 „ da

hat ita fari coepit. Viri, inqvit, qvidam iſthac procedunt. Mihi verò, Gislius regerit, unus tantum incedere videtur, illi autem feſtinate ibant, nec tamen currebant. Minime ita, Ketill Bruſius reſpondet: Viri ibi ſunt, iiqve non admodum pauci, idqve penitius ſpeculaturi qvid adeſt ſubſiſtunt. Et tum hic porro: Nonne Bardius ibi erit? Certe paulum ei non disſimile, nec ego virum recognoſcere poſſum, ſi is non eſt; eodem enim habitu hac ipſa æſtate in Comitiis comparuit. Fratres Ketill & Thormodus conſiſtebant rem ſpeculaturi. Gislius vero foenum ſecans eos bis compellavit: Ita vos totam per æſtatem gesſiſtis, ac ſi Bardius ex cujusvis virgulti radicibus proreptaturus fuiſſet, qvi tamen hactenus nondum advenit.

Digitized by Google

„ da Þorgilsſonar ". i. e. *Hiſtoria de Hrafne & Gunnlaugo Ormstunga ex prælectione vel narratione Arii ſacerdotis multiſcii Thorgilſis filii.* Præterea *Arnas* ipſe totum recognovit, emendavit, odas ſupplevit, hiſtoriam ad certa reduxit tempora.

IIItius etiam chartaceus & forma 4ta, *Arnæ* No. 552, titulo: " Saga af Gunnlaugi Ormstungo ok Skalld-Hrafni „ Islendingum ". Exſcripſit notisſimus *Biorno Johannis de Skardzaa.* Mutilus eſt, & in verbis (hic p. 166.) " Þann „ greida, er Þú villt hafa ", deſinit, cumqve, qvæ ſub numero IV. ſeqvitur, membrana eodem defectu laboret; credibile eſt, illum ex hac translatum eſſe. Qvod ſi verum ſit, oportet tamen, ut non ſolum plurima inter ſcribendum ex ingenio emendaverit *Biorno;* ſed & totam Gunnlaugi de Erico Comite odam (p. 104. 106.), qvæ in membrana nimium qvantum deformata eſt, aliunde reſtituerit. Tentavit & temporum rationem adjungere, ſed parum profecit.

IVtus unicus noſter membranaceus, forma 4ta, *Arnæ* No. 557, qvi qvod vitium contraxerit, nuper profesſi ſumus. Partem facit voluminis, plura hiſtoriarum Islandicarum fragmenta complectentis. Conſtat octo foliis inæqvalis magnitudinis. Forma literarum, cujus typum in ære exhibuimus, initium ſeculi XV. indicare videtur, nec repugnat orthographia negligentior; hæc tamen ut plurimum ſibi ſatis conſtat, (*ſt*), & in ſuperlativis Nominum,

& in

& in fine Verborum formæ pasſivæ, per *(zt)*; & *(u)* tam ſimplex vel breve, qvam longum vel duplex, æqve in principio, atqve in medio & fine vocum, per *(v)* exprimens, niſi qvòd *(u)* duplex vel longum, in voce *út* ejusqve compoſitis, jam per *(vv)*, jam vero per *(w)* exprimat; ut & *(a)* longum vel magnum, in particula *á*, & in vocibus: *ádr*, *láta*, *mál*, *rád*, *skálld* paucisqve aliis, per *(α)*; qvomodo etiam *(ö)* qvibusdam in vocibus per *(av)*, nec non pro *hafa* & *hefer*, *(v)* inſerendo, *hafva* & *hefver* exhibet. Accuratus ſatis de coetero textus, ſi qvædam, in carminibus præcipuè, & genealogiis, menda exceperis.

V. Adhibuimus deniqve *apographum chartaceum Eddæ Snorronis*, forma 8va, *Arnæ*, qvi eam *Hraundals-Eddam* vocat, No. 166., qvatenus hoc qvædam carmina, ad hanc Sagam pertinentia, alio licet ordine, continet. Horum lectiones ubiqve eædem, qvæ in vulgaribus vitæ Gunnlaugi exemplis, & qvarum copia nobis ex Islandia transmiſſa eſt, occurrunt, ſi unicam odam p. 186, "Rod-„ it er Sverd" — exceperis, qvæ ab reliqvis in diverſum abiens, cum codice membranaceo formæ 4tæ; qvi in Holmenſi antiqvitatum tabulario aſſervatur ſub No. 18, admodum conſentit.

Atqve hic grata nobis emergit occaſio commemorandi, qvâ viâ ad palmarii hujus, & penuriæ noſtræ tam largiter ſubvenientis, codicis notitiam & uſum pervenerimus. Jucundisſimum, qvod inter nos & Svecos inter-

cedit

cedit Musarum commercium allexerat Consiliarium Status *Kofod Ancher*, ut anno LXXII. proxime elapso, Themidis Cimbricæ nomine, ad thesauros Upsaliæ Holmiæqve perscrutandos legationem susciperet, qvâ qvidem, ut est gens ad nullam non humanitatem proclivis, optatissimo successu & uberrimo cum fructu functus domum rediit. Adsciverat sibi itineris socium egregium juvenem, qvem totum nunc nostrum esse, nobis gratulamur, *Johannem Finnæum*, Islandum. Is, dum Holmiæ omnibus hospitalitatis permulcetur deliciis, omniaqve sibi sacraria reclusa offendit, incidit & in codicem hunc, ejusqve statum deprehendit, qvalem ad cap. I. p. II. notavimus. Esse nimirum, propter exscriptoris peritiam & curam, maximæ auctoritatis; prodiisse, ut bene judicavit *Arnas*, paullo post sec. XIV. medium; continuisse primas ejus plagulas *Vigastyrs-Sagam*, nunc deperditam; incipere itaqve hodie ab ejusdem continuatione sub *Hedarviga-Sagæ* nomine; pergere in exhibenda hac nostra integra, eamqve in plura, qvam assolet, capita distingvere, summis eorum miniatis; eadem deniqve manu, qvæ constanter elementum (*f*) ferè ut (*p*), & diphthongum (*æ*), per (*e*) simplex expressit, totum esse perscriptum, dubitari vix licere; qvod enim a principio secundi capitis, ad finem, literarum ductus subtiliores sint, exinde facile oriri posse, qvòd obtusum calamum forte exacuerit librarius. Remissus ad nos *Finnæus*, doctior certè, at vicinis nostris tam devinctus,

ut

Digitized by Google

ut nihil addi posſit, amicorum benevolentiam erga abſentem refrigeratum iri ut nullus metuit, ita neutiqvam ſenſit. Rogatus enim vir clariſſimus *Johannes Adolphus Stechau*, cujus fidei ſecreta antiqvitatum tabularii commiſſa ſunt, non modò abſolutum ipſius Sagæ apographum, ſed & depictum formæ ſcriptoriæ exemplum, prout hic alteri junctum viſitur, ad nos transmiſit, tanta propenſionis comitate, ut omnes grates noſtras tali merito ſuffecturas incaſſum ſperemus.

Caeterum de poteſtate horum codicum, & qvid qvisqve ad textum incorruptisſimum ſiſtendum valeat, perplexum ſatis eſt judicium. Omnes habent periodos qvasdam adeo manifeſtè intercalatas, ut etiam ſtyli tenorem abrumpant, qvas qvidem exſcriptor aliqvis, gloſſematum inſtar, ad oram libri ſui primus notaverit, oportet, unde poſtea in ipſum irrepſerint textum. Id ipſum tamen ſerius, qvam ante annum 1360, fieri non potuiſſe, exinde liqvet, qvod earundem plurimas codex Svecicus acceperit: Cum verò membranaceus noſter omnium paucisſimas habeat, concludimus, illum ex antiqviori exemplo translatum eſſe, qvàm Svecicus, ut ut ejus ſcriptio recentior ſit, qvàm hujus, itemqve has accesſiones non inſimul, ſed diverſis emerſiſſe temporibus, deniqve nec hunc codicem, nec illum, ex autographo aliqvo originem duxiſſe. Chartacei bini, qvamvis a membranaceo Svecico propius abſcedant, qvàm a noſtro, ad eandem ta-

Digitized by Google

men ſtirpem ægrè referuntur, cum ipſâ dictionis formâ, per vocabulorum ſubſtitutionem & inverſuram conſtructionum, non uno in loco ab eo diſſentiant.

Ne qvis autem inter has dubitationes fidem hiſtoriæ elevari exiſtimet, liqvido affirmamus, nihil minus metuendum eſſe, cum in rei ipſius enarratione omnia adeò amicè conſpirent exemplaria, ut nè in minima qvidem circumſtantia diſcrepent. Ipſa qvoqve auctaria tantum abeſt, ut aliqvà vel turbent, vel officiant, ut potius frugi ſint; & non mediocriter erudiant, qvo nomine qvoqve eadem absqve hæſitatione, monitis tamen ubiqve, qvæ monenda erant, textui intermiſcuimus.

In utendis codicibus hac potisſimum via procedere viſum eſt. Textum expresſimus ex *membranaceo* noſtro No. 4. (*membr. Havn.* nondum enim advenerat Svecici apographum) collato cum chartaceo *Biörnonis* No. 3, ubi vero is deficit, ex *chartaceis* No. 1 & 2. In qvovis diſſenſus caſu meliores lectiones in textum recepimus, reliqvis ad variantes ablegatis. Accepto *Svecico*, novam collationem inſtituimus. Lectionibus, qvæ ex hoc potiores viſæ ſunt, alias, a nobis antea probatas, locum cedere jusſimus, & variantium ordini ſe adjungere, reliqvis numerum variantium locupletavimus. Per C. S., *Codicem Svecicum*, per ch. *chartaceos*, per H. E. *Hraundals-Eddam* intelligi volumus.

Cum

Digitized by Google

Cum de caetero normam, cui in præfatione ad *Kristni-Sagam* nos alligavimus, hic in genere secuti simus, pauca tantum adhuc indicanda supersunt:

Vivorum neminem noveramus poëticâ lingvâ eruditiorem *Gunnero Pauli f.* territorii Dalensis in Islandia præposito & ecclesiæ Hiardarholtensis pastore. Huic igitur facilè persvasimus, ut *Odas* enodatius explicaret, & abstrusioris sensus voces poëticas commentario illustraret. Qvæ hunc in finem non minus dextrè qvam feliciter invenit vir solertissimus, partim annotationibus, partim indici habentur inserta, iisqve aliqvam apud literatum septentrionem nos gratiam inituros esse speramus. Cogitata viri interdum, veniâ prius obtenta, ampliavimus, &, si qvibus in locis sententiæ ejus accedere non videbatur, nostram apposuimus, lectori judicium relinqventes.

Prolixiores hic, qvam in *Kristni-Saga*, interdum *annotationes* occurrere duplex causa est. 1) Autores bene multi, qvi ejusdem, qvod metitur noster, intervalli gesta narrarunt, qvorum autem nulla adhuc editio facta est, in partes erant vocandi, ut historiæ fidem, qvantum jure fieri debuit, horum testimoniis corroboraremus. 2) Qvotiescunqve non ignobilis aliqva ex antiqvitatibus materia se offerebat, commodum videbatur, integrum super hac nostrum animadversorum apparatum in unum locum conjicere, ut ad hunc, qvasi communem, lectorem ablegare sufficiat, si qvando apud scriptores in po-

ſterum vulgandos de iisdem recurrit mentio, ſatagentibus tunc nobis, eousqve intacta pari ratione commentariis illuſtrare. Cum *Poëtarum* carminibus initia Septentrionalis hiſtoriæ, velut baſi, nitantur, omnem movimus lapidem, ut eorum, qvi in libello hoc laudantur, reliqvias indagaremus, præſertim qvòd honoratum in hiſtoria literaria locum celebriorum poëmatum notitiam ſibi vindicare omnes fateantur. Inclytum nomen *Skaptii Thoroddi f.*, clarisſimi Reip. prætoris, cujus auſpiciis nova propemodum juris dicundi facies in Islandia emerſit, videbatur a nobis exigere, ut in ejus ingenium & mores, vitamqve tam privatam qvàm publicam non minori ſollicitudine inqvireremus.

Ad calcem tres tractatus adjecti ſunt. Unus de *expoſitione infantum*, antea qvidem impresſus, ſed & raro nunc obvius, & ſecundis curis ita recognitus auctusqve, ut ferè pro novo accipi posſit. Alter doctisſimi prætoris *Pauli Vidalini* de *lingva Danica*, qvem, ob argumenti præſtantiam, illudqve ipſum, qvo præcipue fulcitur, autoris noſtri teſtimonium, ex Islandico, notis qvibusdam interſperſis, Latinum fecimus. Et deniqve tertius de vocibus *Víkingr* & *Víking*.

Applicata margini *chronologia* ea ipſa eſt, qvam *Torfæus* in exemplo No. 1. notavit, & qvæ ad mentem hiſtorici viſa nobis eſt aptisſima. Differt ab hac uno ſaltim anno, No. 2. adſcripta *Arnæ* computatio, adeoqve nihil intricati habet hæc opinionum diverſitas. Ex

Digitized by Google

Ex *indice* voces omnes & loqvendi formulas, qvæ jam pridem in *Kristni-Saga* exhibitæ sunt, consulto exulare jussimus, ne bis idem diceretur.

Hæc prælocutis, nihilqve, nisi, ut nos tibi, lector candide, commendatos jubeamus, reliqvum habentibus, ex improviso occurrit, in qvo opera tua & officio usus est, ut qvàm maximè. Qvòd, si qvam in nobis instruendi te oblectandiqve voluntatem & curam, ut speramus, offendisti, qvæsumus te & obsecramus enixissimè, ut, si qva via fieri possit, concilies nobis & places celeberrimum AUGUSTUM LUDOVICUM SCHLÖZERUM.

Mirati sumus, nec diffitemur, qvid impulerit virum Cl. ut in *novis* suis *literariis Islandicis* studia hæc nostra adeo manifestè vilipenderet, tot sparsim & obliqve vibratis notaret dicteriis, imo, qvod nemo non ægrè ferret, tantum non in adulterinæ mercis suspicionem adducere satageret, idqve tam parum solicitè, ut in his, qvæ pronuntiat, statuendis, vix aliqvam ratiocinandi aut philosophandi (qvod certè potest; qvis enim hoc ævo bonus criticus audire qveat, nisi philosophetur?) molestiam subire dignatus sit.

Æqvum erat, ut hoc obiter moneamus, Islandorum contundi arrogantiam, si literaturam & antiqvitates suas reliqvis aliarum gentium antecellere contenderent, nunc verò, cum id unicè agant, ut demonstrent, majores suos artem calluisse, rerum gestarum historias, fide

Digitized by Google

optima, judicio limato, ſtylo ſimplici & luculento, ſermone, qvod inprimis notandum, patrio ſcribendi, eosdemqve peculiare qvoddam & artificioſum genus excoluiſſe poëſeos, eamqve interdum qvæſitis ex fabuloſa de Diis heroibusqve propriis traditione imaginibus aptè diſtinxiſſe, à poſtulationis tam moderatæ vellicatione ſibi non temperare, qvin &, ad eam ipſam fruſtrandam, humiliori qvorundam & inconſulta in verbis modeſtia abuti, ſi non injuſtum planè, certe propius videtur inclementiæ.

Ut fidem dictis faciamus, non opus eſt; Virum Cl. ipſis ejus veſtigiis inſeqvi, nec id ſine longiori anfractu tædioqve fieri poſſet, ſufficiat unum alterumve locum elicere, ex ungve leonem æſtimaturis.

Utebantur, inqvit, *adhuc* (circa medium ſeculi XVII.) *in Islandia lingvâ Islandicâ, ſed non illâ, qvâ* Aras Frode *ante annos qvingentos locutus eſt. Oportuit-ne craſſos interpretum errores primis irrepſiſſe verſionibus? Manuſcripta exemplaria partim vetuſtiora erant. Rectène ubiqve ab hominibus legebantur? Qvotusqvisqve ſacerdos Germanus monachorum notas aut archetypa diplomatum legere callet? Hos inter libros multi erant valdè fatui, multæ, ut eos* Torfæus *appellat*, qvisqviliæ. *Hæ qvidem a probis & genuinis jure ſegregandæ erant. Multi carebant titulo; affictus eſt. Multorum autores ignorabantur; conjectati ſunt. Multorum ævum latuit; & hoc ex*

con-

Digitized by Google

conjectura suppletum. Sæpe plures libri, diversi argumenti, intra eandem pellem vel exarati erant, vel consuti, & credebatur volumen esse unus liber, unius autoris, unius ævi, cet.

Harum verò turbarum duas adfert causas fonticas, *servitutem, insulâ A.* 1261. Norvegis *subjectâ, & cum primis, qvam ex* Anglia *mercatoria navis advexerat, tigrinam pestem: hæc enim* Islandorum, *non solum salibus, sed & ipsi sensui communi infesta, omnem omnino apud eos deleverat scientiam. Hinc antiqva illa lingva jamdudum obscurata, hinc omnium, qvi prioribus vixerunt seculis,* Islandorum *improbanda sunt testimonia, hinc deniqve severissimis opus est* Aristarchis, *ut legitima secernantur a spuriis.*

De prima harum causarum non est, qvod anxiè disputetur. Si enim vel maximè concedamus (qvod tamen a nobis tam longè absit, qvam remotum est a veritate) imperium regium, inprimis moderatum, ingenio & literis vel tantillum officere, sufficit, qvod constet, præstantissima, qvæ præ manibus habemus, scripta, libera adhuc Republica prodiisse, ut adeo nec ipse Vir Cl. sine calumniæ suspicione statûs qvæstionem iis movere possit. Et verò altera est, qvam urget præcipuè. *Post cladem illam mortiferam nihil,* ait, *scribebant* Islandi, *&, per conseqventiam* (sic enim ratiocinatur) *qvæ antea scripta erant, non amplius lectitabant. Præterea,*

eô,

eô, qvod à mutata regiminis forma ad contagionem effluxit, intervallô, multæ protrusæ sunt ineptiæ, *sed novitii, qvi seculo XVI. emersere*, Islandi *sobrium adhibere delectum, & futilia a momentosis distingvere ob ingenii tarditatem (qvippe qvorum majoribus omnem, qvæ humanæ naturæ competit, intelligentiam labefactaverat pestis) neqvivêre, adeoqve omni jure intestabiles habendi.*

Atqvi litem compendii fecisset, dicendo, codices tunc repertos ob vetustatem sermonis, & insolentes litterarum ductus, posteris non fuisse intelligibiles, qvod si docuisset, jugulata esset causa, nec de eorundem hodie usu qværi posset, sed latiorem illum disceptandi campum elegit, ut duplicem pestilentiæ dicam scriberet, inflictæ nempe Islandis & barbariæ & socordiæ.

Ut hoc verò saltem verisimile reddatur, multa in antecessum sumenda sunt, qvæ an ab ullo philosopho unqvam sumta sint, aut sumi qveant, merito ambigimus.

Oportet, ut funesta illa, & maculis horrida, in Islandiam plus, qvam uspiam alibi, lues sævierit, ut magistratus, verbi divini præcones, literatos, omnesqve bene moratos opibusqve validiores familias, (cui tamen hominum generi, ob diætam salubriorem, & remediorum opportunitatem, contagio minus noxia vulgo creditur) præcipuè infestaverit, &, si non omnes omnino hu-

hujusce conditionis mortales exſtirpatos, nihilqve, præter infimæ plebis portiunculam qvandam, relictum ſtatuitur, oportet tamen, eam fuiſſe hujus (qvæ nullius certè eſſe poteſt) peſtilentiæ naturam, ut incolumibus & ſuperſtitibus omnem ingenii aciem penitus hebetaverit, omnem præteritorum memoriam ſuſtulerit, totamqve gentem, non modo poëſeos, cujus hactenus amantisſima fuerat, culturæ, ſed & legum codicibus conſulendis, hiſtoriis legendis, arti ſcriptoriæ exercendæ, patrii deniqve ſermonis uſui conſervando reddiderit imparem. Oportet deniqve reges *Norvegiæ* de ſubditis ſuis tam parum fuiſſe ſolicitos, ut dedignati ſint fatiſcentem refocillare coloniam, ſufficiendo, qvi conciones renovarent, qvi forum reſuſcitarent, ſaltim qvi, fiſci gratia, *ſcripturam* iterarent, qvibus certe auxiliis cautum fuiſſet, ne aut communis adhuc lingva in *Islandia* obſoleſceret, aut ipſi literarum ductus antiqvarentur. Sed qvis, qvæſumus, poſitis tot abſurdis, & ferè ridiculis, non exclamet:

Qvodcunqve oſtendis mihi ſic, incredulus odi.

Interim bene eſt, qvòd, qvicqvid ordo naturæ, ne fiat, obſtare videtur, id neqve factum eſſe, fides hiſtoriæ declaret. Vexata eſt crebris contagionibus inſula hæc (qvam nullibi non *horridam*, *ingratam*, *terram* ſuperciliosùs vocat, qvaſi non de hominum indole qværatur, ſed de plaga coeli, aut qvaſi *hanc* inqvilinorum qvis informare vel emendare posſit) per ſesqviſeculum integrum,

e ſem-

Digitized by Google

ſemper tamen aliqva ditio, ut nominatim *occidentalis*, a clade immunis fuit. Nunqvam aut civile, aut ſacrum, aut ſcholaſticum ceſſavit regimen. Duravit ſucceſſio Præfectorum regiorum, Prætorum, Præſulum, ſacerdotum, prudentum. Poſſidemus diplomatum, graſſante calamitate publica editorum, continuatam ſeriem. Plurima, ſi non omnia, codicum noſtrorum apographa tunc exarata. Superſunt annales temporum, qvales non a pollinctore aliqvo, qvi mortuos pollinxerat, ſed a gnaris & probe edoctis viris digeſtos eſſe liqvido apparebit. Viget deniqve memoria eorum, qvi ſub illo ſidere bibliothecas inſtruxerunt: qvæ omnia barbaros & obbruteſcentes emolitos eſſe, is demum credat, qvi & credit *rerum* Islandicarum *potisſima jam dudum vulgata eſſe*, cum vix viceſima harum pars lucem aſpexerit.

Sed de lingva qvid factum eſt? Idem nempe, qvod in omni populo, qvi neqve per occupationem hoſtilem, nec crebrâ cum extraneis confarreatione al iqvam unqvam permixtionem expertus eſt, accidere debet. Adeo pura manſit, ut conceptisſimis verbis jurare auſimus, nullum in Islandia vernam eſſe, nullam villicam, qvæ non qvamcunqve antiqvorum autorum orationem proſam, modo profundum argumenti non obſtet, probè, ſi prælegatur, intelligat. Conſultò *proſam* diximus; verſuum enim alia eſt ratio. Hi enim ſæpisſime eo componebantur animo, ut & ſuorum temporum auditoribus, niſi tanto magis

emunctæ

emunctæ naris essent, abstrusam obverterent significationem; olim ista methodus & augustiore specie poëticam induere, & ad acuenda ingenia inqve arte conjecturali exercenda plurimum conferre credebatur, qvin & si qvis malum carmen in adversarium condiderat, tum demum insigniter sibi triumphasse visus est, si aut crimen objectum, aut nomen ipsum, ita verborum aut figurarum involucris implexum dedisset, ut ad illud extricandum necessaria inimicum destitueret sagacitas (*). Esto, ut qvasi in transitu

e 2 hoc

(*) Qvod veteres ipsa etiam nomina, non hominum tantum, sed & locorum propria, variis verborum figurarumqve involucris tecta, carminibus suis data opera intexuerint, innumera fere exempla docent. Speciminis loco sit carmen in *Kristni-Saga* ed. Havn. p. 52. qvo Ulfus Uggii filius *Thorvalldi* nomen, per: *Harbards vea fiardar sannreynir* mythice adumbravit, ut in *Indice Vocum* ibid. in voce *Harbardr* plenius docetur. Accedat carmen de Styrii cæde fusum, & in parte Poëtica *Eddæ*, & alibi, superstes, qvo Gestus Styrium: *báglunds*-goda mág s. *difficilis ingenii Pontificis affinem* appellans, ipsum Pontificis hujus nomen *Snorre* v. *Snerrer*, qvod *proterv*um significat, simul indicavit. Simili modo Gretter in uno carmine, qvod *vita ejus* ed. Isl. p. 124. servavit, *Hrutafiordum*, *Vedrafiord* appellat, qvasi *sinum arietum* a; vedr (qvod idem ac hrútr) *aries* & fiördr *sinus*; & in alio ibid. p. 128. *Isafiordum*, *marþaks fiörd*, a: marþak *tectum maris* s. *glacies*; exemplum forte secutus *Eyvindi Skalldaspilleris*, qvi Islandos, in suo de eis Panegyrico: *Hvals búdar búdlendinga*, s. *terræ*, *a cute vel tegumento tabernæ cetorum* (maris), s. glacie, *denominatæ*, *incolas* appellavit. Ita porro idem *Gretter*, postqvam nomen montis glacialis *Balljökul*, per *störfrera* s. *ingentem nivis concretæ molem*, qvod *Balljökull* vi vocis re vera significat, in priore carminis cujusdam sui parte circumscripserat, in posteriori, tam suum qvam Hallmundi nomen, his verbis repræsentat: „þar man hængr hitta

„ grundar

Digitized by Google

hoc addamus, qvòd in his lusibus unus & alter minus festivè, aut feliciter, argutatus sit, id tamen neqve gustus in universum depravati indicium est, nec facit, ut Oedipum aliqvem vel indigenam vel exterum, nisi forte in paucis, hodie magnopere desideremus.

Ecqvid

„grundar lítinn stein ok land hnefa". i. e. *ibi angvis* (i. e. Gretter, qvippe cujus nomen serpentem notat) *inveniet exiguum lapidem & regionem pugni* i. e. Hallmundum, *Hallr* enim lapillus est, & *mund* manus, qvæ *pugni regio* ei audit. Ita deniqve idem Gretter uxorem Vermundi Vatnsfiordensis Thorbiorgem, cujus nomen cetera *Thoris auxilium* vel *salutem* significat, in suorum de ea carminum uno per: tveggia handa Sifiar vers hiálp i. e. *ambarum manuum Sifæ mariti* s. Thori *sustentationem*, in altero vero per: reyni runn i. e. *fruticem sorbi* mythice repræsentat, ratione appellationis inde ducta, qvod Thorem, æstu fluminis poene suffocatum, arrepto utraqve manu sorbi fruticè, in ripa forte obvio, salvum evasisse antiqvitas tradiderit. Nec levis suspicio est, in carmine Thorvalldi in *Kristni Saga* p. 50. allato, tam Gudleifi, qvam Thangbrandi nomina sisti, & prius qvidem verbis: er vid rögn of rigni s. *qvi Deos invocat* (*Gudleyfr* enim, vi vocis, est *qvi Deum laudat*); posterius vero verbis: guds varg s. *Dei hostem*, qvalem etiam significatum Tangbrandi nomen commode satis admittit; *Tan* enim *Dominus* est; & *brandr*, sive pro *gladio*, sive pro *igne* sumatur, ex regulis Poëseos Septentrionalis, per *rem hostilem*, vel *hostem* circumscribi recte potest. Similis etiam nobis suspicio orta est de carmine Gunnlaugi apud *autorem* nostrum p. 66, qvod scilicet voce *glóspyir* ad nomen proprium *Audgils*, vel saltem ad ejus sonum, data opera respexerit, qvatenus vox *gló*, utpote rem splendentem vel rutilantem notans, pro: aud, s. *divitiis* vel *auro* adhiberi ab eo facile potuit; fissuras vero montium, qvæ olim, ut nunc, *gil* dictæ sunt, aqvas, lapides, aliaqve ejectamenta haud raro evomere notissimum est. Non tamen reticendum, hanc vocis *gil*, in nomine *Audgils*, explicationem, ex Dni *Pauli* observatione, omni dubio non carere, cum nomen proprium virile *Gils*, apud veteres interdum scribatur *Gisl*, & *Hallfredus* insuper in *Vita Olai Trygg.* ed. Isl. Lib. II. p. 128. Audgilsem Gothum *audgilldanda* appellaverit; sed de talibus hac vice satis.

Digitized by Google

Ecqvid igitur tandem est, cur manu medica, aut *arborescentis* illius *criticæ* face, indigeamus, cur-ve in rebus nostris ubiqve Pyrrhonio more versari necesse sit? Autor aliqvis incertus est, aut evanuit titulus. (confusionem materiarum ad solam *Eddam*, de qva statim, spectare credimus) sed qvid hæc ad librum, si dignus sit legi? Et, an tales sint, cùm in librorum codices nihil juris pestilentiæ fuerit, eorumqve satis numerosa supersit copia, ipse tunc facile judicabit æqvus lector, cùm eos librarii, si tamen per *A. L. Schlözerum* licuerit, postibus inscripserint. An scilicet in illa bonarum artium hodierna luce verendum est, ne qvis, fatuas & plane rusticas fabulas pro veris & probis historiis venditando, fucum erudito orbi facere attentet, nihil inde, nisi famæ propriæ lucraturus dispendium?

Sed fatigatos prope, dum velitem nostrum inseqvimur aut repellimus, &, ne submorosos nos redderet, caventes, subito frontem exporrigere fecit lepidus in *Eddam* jocus. Prodiit hæc, (qvam *matronam*, & qvidem *ataviam* qvandam, qvi *Göransſonio*, *poëticam* verò, ab: Ódr, *ratio* it. *poëma*, qvi nobis blandiri malit, appellet) ex compositione *Schlözeri*, datis; *Gradus ad Parnassum*, *Ærarii poëtici*, *Panthei mythici*, *Prosodiæ*, & *Gnomarum Syracidæ*, *Singulorum* P*. I., & *folio tabb. genealogg. Hübneri*.

Hæc legentes recordati sumus falsum illud *Rüdigeri* acroama, qvod in *Baumeisteri* philosophia recens contro-

versa ed. 1741. p. 76. occurrit: **wenn ich hinter ein'ander stelle ein Dintfaß, eine Tobaks-Pfeiffe, ein Paß-Glas, eine Stange Siegel-Lack, einen Korck-Stöpfel, und den** Terentium, **so wird niemand sagen können, daß dieses eine Ordnung sey.** Qvem locum an in mente habuerit vir Cl., ipse viderit: commodior verò formula an præscribi possit, nunc nos videbimus.

Coeperunt Septentrionales post consecrationem Deorum suorum mythicos locos instruere. Iidem & poësin amabant, & patrium sermonem colebant, curabantqve, ut propriè, aptè, nervosè dicerent, & scriberent. Notandum inprimis, nos, qvos hic *septentrionales* nominamus, nondum *Islandos* cogitare. Bene enim a V. Cl. moniti sumus, *RAGNAREM LODBROK, THIODOLFUM de Hvina, plures, non posse inter ISLANDOS censeri*, qvoniam, qvi jam ante extinctus est, qvam insula qvædam occupata, suamqve appellationem sortita sit, is in ea insula jura civitatis sibi arrogare non potest. Veruntamen, cum ad *septentrionales* omnino referendi sint *Norvegi*, ex *Norvegis* porro orti sint *Islandi*, eorumqve scientiarum & artium hæredes fuerint, veram credimus hanc propositionem: omnis *Islandus* est *Norvegus*, sed reciprocari non posse. *Islandorum* igitur aliqvis (sive is sit *Snorro* sive alius) artes scientiasqve majorum in disciplinæ formam redigendi, & institutiones mythologicas, metricas, grammaticas scribendi consilium cepit, qvod qvò melius exeqve-

Digitized by Google

exeqveretur, antiqvorum diverſi argumenti carminum multitudinem collegit, vel antea collectam acqviſivit, ut præcepta ſua & regulas exemplis veterum dictorum illuſtraret & perficeret. Hinc duplex *Edda*, cui ſiqvis poſtea in uno alterove exemplari ſtemma aliqvod operi alienum imprudens adleverit, non magis hoc ſcrupulum lectoribus injicere debet, qvam aſſuta Virgilio *catalecta*, aut Ovidio *vetula*.

Sed operam ſemper viro Cl. ludere videntur, qvi de *Islandorum* poëſi ſcribunt, *cum nulla eis peculiaris poëtica ſit, id enim ſi eſſet, aliqvam etiam Kamczadaliis concedi debere* exiſtimat. Et qvidni concederetur? Si Kamczadalia mythologiam habet, qvalem qvalem, ut noſtra, ut aliarum gentium, omnibus enim his venuſtatibus

— — *Dens ater; & rugis vetus*
Frontem ſenectus exarat.

Tum ſi artificioſo metrorum genere utitur. Deniqve ſi ſermonem præfert, qvi in ethicis virtutum & vitiorum fines, varias morum indoles, tenuisſima in characteribus diſcrimina, explicat, determinat, in phyſicis montes, ſcopulos, colles, maria, fluvios, fontes, animalia, herbas, caetera, qvælibet juxta naturam, proprietates, ſitum, ſuis inſignita vocabulis pingit & definit, ut indicio ſit, incolas diligentes fuiſſe ſpectatores & hominum & rerum, illam cum *Lesbia* noſtra comparari nullatenus invidemus. Indotata ſit virgo noſtra, & paupercula. At ingenua eſt. Nolumus eam, deductore ipſo Muſarum ocello,

Digitized by Google

ſub auſpiciis famæ non bonæ ανδρασι μεγιστοις. Atqve utinam vir celeberrimus, cujus certe ſtudia eò, qvo par eſt, amore proſeqvimur, cùm ex *Torfæi* catalogo, tum ex præfatione noſtra in *Kriſtni-Sagam*, ex ipſo deniqve inſtituti noſtri ſcopo ſcire potuiſſet, eſſe in poteſtate noſtra non ſpernenda teſtimonia, unde verum literaturæ *Islandicæ* pretium ſtatui poſſet, comperendinationem indulgere, qvàm hæc ipſa, nec viſa, nec audita, & ne in jus qvidem vocata, prædamnare maluiſſet, &, his demum inſpectis, qvæ haberet, amicè & ſine ſupercilio monuiſſet; Gratus enim tunc fuiſſet, & acceptisſimus, ſi ſic vel maximè totam illam cauſam, qvæ tot eruditorum judicio jamdudum deciſa eſt, litigioſam feciſſet.

Hafniæ, die 29 Jan. MDCCLXXV.

LUXDORPH. SUHM. KALL. MÖLLMANN. LANGEBECK. ERICHSEN.

Legati Magnæani Ephori.

FINSEN.

SAGAN

SAGAN

AF

GUNNLAUGI ORMSTUNGU

OK

SKALLD-RAFNI.

Digitized by Google

I. Cap.

Þ*orsteinn* het madr *Egils*son (a), *Skallagríms*sonar, *Kvelldúlfs*-sonar Hersis or *Noregi* (1). *Asgerdr* het móder *Þorsteins*; hon var (b) *Biarnar* dóttir Haulldz; módir *Asgerdar* var *þóra Hladhorn* dóttir *þóris* Jarls (2). *Þorsteinn* bió at *Borg* í *Borgarfirdi*; hann var audigr madr at fe, ok (c) höfdingi mikill, vitr madr ok hógvær, ok hófsmadr um alla luti (3). Eigi (d) var hann afreksmadr um vöxt eda afl sem *Egill* fadir hans (4); [þvi at sva er sagt af fródom mönnom, at *Egill* hafi mestr kappi værit a *Islandi* (e) í hólmgongom, ok mest ætlat ser af bónda sonom; frædimadr var hann ok mikill ok manna vitrastr (5)]: enn

(a) *Membr. Havn.* son Egils Sk. ok Asgerdar Biarnar-dottur. (b) *Chart.* dottir Biaurnz. *abusive.* (c) *Chartæ.* höfdingsmadr. (d) C.S. engi. (e) *id.* ok holmgavngvmadr.

(1) Conf. Genealogiam Myramannorum ad calcem operis, *Landnamasagam* passim, & *Arngrimi* Spec. Isl. P. I. p. 11. 12.

(2) *Torfæus* Hist. Norv. T. II. p. 56., Thoram Hladhorn Thoreris Fiordorum Satrapæ filiam agnoscens, cum autore nostro consentit. Sed *Egillis Skallagrimi filii vita* sibi hac in re non constat; plurima enim exemplaria Hroaldi filiam, & Thoreris (qvem rectius autore nostro *Ducem* vocant) sororem fuisse probant; qvædam tantum, ut autor, Thoreris filiam; qvam difficultatem forte sentiens *Arngrimus*, (Crymog. Lib. II. Gen. 3. p. m. 120.) genus Thoræ intactum reliqvit, tantummodo monens, filiam ejus Asgerdam ex Baronum Norvegicorum stemmate fuisse oriundam.

(3) Ita

Cap. I.

V*ir erat*, Thorsteinn *nomine*, *filius* Egillis, *nepos* Skallagrimi, *pronepos* Kvelldulfi *Ducis Norvegici. Mater* Thorsteinis Asgerda Biornis *Haulldi filia;* Asgerdæ *vero* Thora Hladhorn, Thoreris *Comitis filia.* Borgam, *tractus* Borgarfiordensis *prædium*, Thorsteinn *incoluit*, *cætera opibus affluens*, *insignisqve auctoritatis*, *adhæc sapiens*, *mansvetus*, *& ad omnia temperatus. Et qvamvis statura & robore cum patre* Egille *haud esset comparandus:* [*est enim historiarum peritis proditum*, *maximum inter Islandos athletam* Egillem *fuisse*, *elatoqve virium fiducia animo*, *majora omnibus*, *qvi colonis nati*, *agitasse; præterea variarum rerum cognitione instructum & plerisqve facile sapientiorem fuisse*]:

 aliis

(3) Ita conceptis verbis Egillis vita, vulgo *Egla* vel *Egils-Saga Skallagrimssonar*; veteri Islandorum lingva scripta, qvæ res ab Egille in Norvegia, Anglia, Islandia, & alibi terrarum gestas fuse perseqvitur, unde sua de eo *Arngrimus* (Crym. Lib. II. Geneal. 3. p. 120-135.) *Torfæus* (Hist. Norv. T. II. Lib. 3. & Lib. 4. cap. 4. 7. 9.) & alii, hauserunt.

(4) *Egils-Saga* etiam cum his consentit.

(5) Qvæ hic de Egille exhibentur semicirculis inclusa, veterum qvidam annotavit, forte ut refelleret, vel saltem restringeret, qvod simpliciter scripserat autor: Thorsteinem *aliis multo valentiorem fuisse;* ea enim & orationis seriem turbant, & in Membrana Havniensi desiderantur; Retinuimus tamen, cum tam Codex Svecicus, omnium longe antiqvissimus, qvam chartacei nonnulli habeant. Egillem autem non tantum variarum rerum cognitione instructum, sed & poëtam fuisse, etiam præstantissimis seculi decimi omnino æqviparandum, carmina ab eo condita monstrant, qvorum præcipua sunt: 1) Drápa, s. Poëma intercalatum, in laudes Adalstenis Angliæ

enn þó var *Þorsteinn* (f) hit mesta afarmenni, ok vinsæll af allri alþýdu; *Þorsteinn* var (g) fiáligr madr, hvítr á hár, ok æygr manna bezt. [Sva segia fródir menn, at margir i ætt Mýra-manna (6) (h), þeir sem frá *Agli* (i) ero komnir, hafi værit

(f) C. S. Þorsteinn var ok. (g) *Chartæ* & C. S. vænn. (h) *ita C. S. alii:* margir Myramenn, i. e. *multi Myrensium.* (i) *al.* varo komnir, hafa i. e. *erant.*

Angliæ Regis, cujus initium, cum versu intercalari, *Egilsſaga* exhibet. 2) Epinicium, ejusdem generis, Erico Blodöxio Norvegiæ qvondam Regi acclamatum, qvo Egill caput vitamqve redemit, unde vulgo *Hofudlausn* ſ. redemptio capitis appellari ſolet. Hoc *Egilsſaga*, & alii veterum, integrum ab interitu vindicarunt, qvibus præeuntibus illud celeb. *Wormius* (in append Lit. Run. ed. in fol. p. 207. ſqq.) cum verſione Latina & commentario *Magni Olavii* publici juris dudum fecit. 3) Leſſus exeqvialis, qvo filiorum ſuorum, Bodvaris, qvi in ſinu Borgarfiordenſi tempeſtate ſubmerſus eſt, & Gunnaris, qvi paulo ante mortuus erat, inprimis tamen prioris, qvem amore fere inſano proſeqvebatur, præmaturam mortem luxit, vulgo *Torrek* ſ. *difficile opus*, vel *jactura vix reparabilis*, cujus prima Stropha in *Egilsſaga* ſupereſt; alibi vero integrum, & inter alia qvibusdam exemplaribus Chartaceis Eddæ Sæmundinæ ſubjunctum, reperitur. 4) Poëma qvo laudes ſummi ſui benefactoris Arinbiornis Fiordorum in Norvegia Ducis celebravit, cujus initium *Egilsſaga* conſervavit; magnam vero partem alibi detexit b. *A. Magnæus*, qvæ *Torfæi*, cui eam transmiſerat, auctoritate, in textum eorum Egilsſagæ exemplarium, qvæ poſt deſcribi curavit, qvalium unum Bibliotheca MStorum Legati Magnæani N. 146. in fol. ſervat, recepta eſt. 5) Poëma intercalatum, cujus Stropham initialem *Egilsſaga* etiam habet, in clypeum pretioſiſſimum ſibi a poëta coævo Einare Skalaglam donatum; Et 6) Aliud ejusdem generis, *Egilsſagæ* autori, qvi Stropham primam exhibet, *Berudrápa* appellatum, in optimatem Norvegicum Thorſteinem, Erici Alſpaki filium, prædicti Arinbiornis ex ſorore Thora (unde *Þóruſon* dictus eſt) nepotem, occaſione clypei dono ei in Islandiam miſſi; qvæ ob poëmata Egill, ipſorum veterum judicio, honoratum inter Poëtas Septentrionis locum dudum obtinuit (vid. Catal. Poët. ad calcem ed. Sv. *Sturlæi* T. II. p. 480. 485. & 486.), qva etiam de cauſa *Skállda* ſ. ars Islandorum Poëtica ad ejus auctoritatem aliqvoties provocat. Præter hactenus memorata de rebus a ſe ipſo geſtis plurima carmina condidit, qvorum bene multa in *Egilsſaga* ſæpe laudata-

aliis tamen multo fuit valentior, multumqve civibus amatus; addidere oris venustas, albicans cæsaries, & oculorum qvædam exsuperans elegantia, egregiam formæ gratiam. [Memorant historici multos ex familia Myramannorum, qvi ab Egille *genus duxerunt,*

 formo-

data, qvæ eis magna ex parte superstructa est, adhuc supersunt. Omnia autem ingenium viri, licet in tropis & metaphoris aliqvanto insolentius, foecundissimum tamen, & acutissimum loqvuntur.

(6) Hæc de Egillis posteris usqve ad Snorronem Sturlæum Scholiastes qvidam antiqvus etiam adjecit. Nobis addere sufficiat, Egillis posteros, a tractu Islandiæ *Myrum*, qvem incoluit, *Myra-menn* vocatos fuisse (*Torf.* Hist. Norv. T. II. p. 213.) Bina autem inprimis, qvæ huic annotationi occasionem forte dederunt, testimonia *Egilsfaga* exhibet; & prius qvidem cap. 80. "fra börnom þorsteins er komin kyn-flód mikil ok margt stórmenni; þat er kallat Myra-manna kyn allt þat er frá Skallagrími er komit" i. e. *a liberis Thorstenis numerosa gens multiqve optimates ducunt originem, & totum hoc, qvod a Skallagrimo descendit, Myramannorum genus est vocatum.* Alterum clarius multo, & autori nostro illustrando aptius cap. 88. "frá þorsteini er mikil ætt komin ok margt stórmenni ok skálld mörg, ok er þat Myra-manna kyn, ok sva þat allt er komit er frá Skallagrími; lengi helldz þat í ætt þeirri, at menn varo sterkir ok vígamenn miklir, enn sumir spakir at viti; þat var sundrleitt; þvíat í ætt þeirri hafa fædz þeir menn, er frídastir hafa verit á Islandi, sem var Þorsteinn Egilsson, ok Kiartan Olafsson systurson Þorsteins, ok Hallr Gudmundarson, sva ok Helga hin fagra dótter Þorsteins, er þeir deilldo um Gunnlaugr Ormstúnga ok Skálld-Rafn; enn fleyri af Myra-mönnom hafa ófrídir verit enn frídir" i. e. *a Thorsteine* (Egillis filio) *stemma ingens, optimates multi, multiqve poëtæ descenderunt, qvod, ut & omne Skallagrimum auctorem agnoscens, genus, Myramannorum familia vocabatur; ex qva, qvi prognati erant, viri fortiores diu fuerunt, & in homicidia effusi, alii autem sapientia præstabant. Nec minor cætera diversitas; ex ea enim gente nati sunt homines in Islandia formosissimi, Thorsteinn nimirum Egillis filius, Kiartan Olai filius Thorsteinis ex sorore nepos, & Hallus Gudmundi filius, deniqve Helga formosa Thorsteinis filia, de qva Gunnlaugus Ormstunga & Rafn Poëta litigarunt; plures tamen Myrensium deformes qvam formosi fuere.* Ad qvæ tantum submonemus, celeberrimas per omne ævum Islandiæ familias his Egillis Skallagrimii posteris suam debuisse originem. Ex multis, antiqviorum temporum, unicam nominasse sat est *Laxdalensium stirpem*, sec. X. & XI. clarissimam, qvæ ex Thorgerda Egillis filia maternum genus du-

cens,

Digitized by Google

værit menn vænſtir, ok (k) ſe þat þó miök ſundrgreiniligt, þvíat ſumir í þeirri ætt (l) er kallat at liótaſter menn hafi værit

(k) *iid.* er. (l) *iid.* varo hinir liótozto, i. e. *fuerint.*

---

cens, multisqve nobilium aucta affinitatibus, magnam Islandiæ occidentalis partem numeroſa implevit poſteritate (*Landnamaſ.* ed. Isl. p. 55.). *Sturlungorum* gentem maternum Egilli Skallagrimio debere genus *Landnama-Saga* pluribus in locis & *Sturlunga-Saga* (Lib. 3. c. 20.) tradunt. Hæc, a generis autore Sturla Hvammenſi, nobili viro, ſuum ſortita nomen (vide *Reſenii* Proleg. in Eddam), ſeculisqve XII. & XIII. in tota Islandia celeberrima, viros protulit rerum præclare geſtarum gloria inſignes, qvorum qvidam de hiſtoria ſeptentrionali optime ſunt meriti. Hinc enim fratres Sturlæi, Thordus, Sighvatus, & Snorro nominatisſimus Hiſtoriæ Norvegicæ ſcriptor; Hinc Thordus Kakali, vir bello promptisſimus; Hinc deniqve, ut plurimos omittamus, vir maximi ſimul ingenii & optimi nominis, Sturla Thordi filius, Snorronis Sturlæi ex Thordo fratre nepos, qvi (præter Hakonis Grandævi & Magni Legum emendatoris, Norvegiæ Regum, vitas, & qvæ eum plura ſcripſiſſe conſtat) familiarium omnium ſuamqve vitam & res geſtas, totiusqve ſimul his temporibus Islandiæ hiſtoriam Univerſalem, ſingulari diligentia, & integritate ſine exemplo, maxima, eſt complexus. Extat adhuc opus, nonnullis *Blomſtr*, qvaſi florem hiſtoriarum dixeris, pluribus *Islendiga-Sagan Mikla*, ſive Magnum Chronicon Islandiæ, plurimis, & vulgo, *Sturlunga-Saga* dictum (conf. *Torf.* Ser. Reg. Dan. p. 47.) Notandum tantum, ipſam hanc *Sturlunga-Sagam* (Lib. II. cap. 38.) dubitationem facile movere poſſe, an genuina Sturlæ ſit, qvalem hodie habemus. Verba hæc ſunt: "Saga Rafns Sveinbiarnarſonar ok Þorvalldz Snorraſonar er ſamtída ſögu Gudmundar Góda, ok endazt hon eptir andlát Brands byſcops, ſva ſem Sturla Þordarſon ſegir í Islendinga Sögu. Fleſtar Sögor, er her hafa görzt á Islandi, varo ritadar ádr Brandr byſcop Sæmundar-ſon andadizt; enn þær Sögor, er ſidan hafa görzt, varo litt ritadar, ádr Sturla ſkálld Þórdar-ſon ſagdi fyrir Islendinga Sögor, ok hafdi hann þar til víſindi af fródom mönnom, þeim er varo á andverdom dögom hans; enn ſumt eptir brefom þeim, er þeir ritodo, er þeim varo ſamtída, ok Sögornar ero frá. Marga luti mátti hann ſialfr ſiá, þí er á hans dögom gerduz, til ſtyrkenda, þvi hann var göfigr, gódſamr, margvitr, ok hófsamr madr diarfr ok einardr; láti gud hanum nú raun lofi betri." i. e. *Rafnis Sveinbiornis filii & Thorvalldi Snorronis filii hiſtoria, Gudmundi Boni vitæ coæva, poſt obitum Brandi epiſcopi finitur, qvemadmodum in ſua Islandorum Hiſtoria (i. e. ipſa Sturlungaſaga) Sturla Thordi filius narrat. Plurimæ rerum*

formosissimos fuisse, multo tamen discrimine, cum qvidam contra ejusdem prosapiæ viri maxime deformes fuisse perhibeantur. Multi

---

rum in Islandia antiqvitus gestarum historiæ ante Brandi Episcopi, Sæmundi filii, obitum (Ann. 1201. *Torf.* Ser. p. 44. & Catalog. Episcoporum *Theodori Thorlacii*) *litteris consignatæ fuerunt; earum autem, qvæ post evenerunt, rerum historia parum fuit in litteras relata, antequam Sturla Thordi filius poëta Islandorum historias dictavit, qvarum notitiam a viris sapientibus hausit, qvi primis illius diebus vixerunt; alia ex epistolis habuit ipsorum, de qvibus historiæ agunt, qviqve illis synchroni erant; Multa qvoqve, qvæ in sua tempora inciderunt, videre ipse potuit, firmiore dictis stabilimento; erat enim vir nobilis, benignus, multiscius, cordatus, fortis & magnanimus; nostris utinam laudibus mitiorem jam experiatur Deum!* Hæc Sturlæ opus de Islandia historicum ut diversum laudant, elogium Sturlæ satis splendidum continent, eumqve, cum scriberentur, mortuum fuisse innuunt; Manifestum hinc, *ea*, non ipsi Sturlæ, sed librario cuidam, qvamvis antiqvo, deberi. Inde tamen, cum Celeb. *Torfæo* (Proleg. Hist. Norv. C. 2.) concludere non possumus, Sturlungorum Historiam, qvalem hodie habemus, *exemplar* tantum *& epitomen qvasi esse illius prioris* a Sturla conscriptæ; plus enim inde certo non seqvitur, qvam qvod variis recentiorum supplementis interpolata sit, & aliter forte digesta. Ast id argumenti impedire omnino neqvit, qvominus, ex S. V. *Johannæi* sententia (Hist. Eccl. Isl. T. I. p. 210.), ea saltem hujus historiæ pars, qvæ res post annum 1201, qvo Episcopus Holensis Brandus Sæmundi filius, qvi eam incepisse & ad sua tempora perduxisse putatur (ib. p. 333.), obiit, gestas describit, Sturlæ ut vero autori tribuatur. Confirmat assertionam nostram ipse citati capitis contextus; hujus enim ultima pars, conspectum historiarum, qvas prior Sturlungasagæ tomus exhibet, chronologicum, &, qvod jam adduximus, de historicorum nostrorum ætate judicium, continens, nec cum præcedentibus, nec seqventibus cohæret, atqve hinc nullum contra eam, totumve opus, præjudicium jure gignere potest. Et qvid multis? Ipse hujus supplementi autor se, a *Sturlungasaga* autore, satis superqve distingvit, dum aperte profitetur, se tantum eam in Libros distinxisse, qvo meliori ordine legi posset. Sed de hoc satis. Inter familias in Islandia nobiles, qvæ seculis proxime elapsis inclaruerunt, haud ultimum Skardensis (*Skards-ætt*) meretur locum. Ex hac, cum Vatnsfiordensi juncta, qvosdam a primis stirpis Oldenburgicæ Regibus ad eqvestrem dignitatem evectos esse Annales perhibent (conf. Tilgift til Anderf. om Island §. 41. p. 333.) Ast & hanc Skallagrimi posteris ortam ferunt; Skardensem enim familiam solam esse, qvæ ad Sturlungos,

Digitized by Google

værit. I þeirri ætt (m) hafa ok værit margir atgiörvis menn um marga luti, sem var *Kiartan* Olafsson (7) (n), ok *Víga-Bardi* (8), ok *Skúle*

(m) *iid*, margr var ok afgiörfismadr i ættinni. (n) *Membr. Havn.* var; *chartæ:* Pá, i. e. *Olai Pavonis filius.*

---

lungos, & per hos ad Skallagrimum, genus suum referre accurate posset, *Arnas Magnæus* b. m. dicere solitus traditur. Nec forte vel hodie in Islandia desunt, qvi se ad Egillem Skallagrimium genus suum pertexere posse contendunt.

(7) Kiartanis Olai filii, Egillis Skallagrimii ex filia nepotis, viri suo seculo ornatissimi *Snorro Sturlæus* meminit (ed. Sv. T. I. p. 306.) Vitam vero & genus copiose describunt *Laxdalensium historia* & *Olai Tryggvini* Norvegiæ Regis *Vita* (ed. Isl. P. II. p. 17. 87-98. 252-55.), unde sua de eo mutuati sunt *Arngrimus* (Crymog. L. II. Geneal. 4. p. 136-139. &c.) & *Torfæus* (Hist. Norv. T. II. p. 265. seqv.) Nos reliqvis missis, unicum de statura illius & corporis exercitiis adscribemus *Laxdalensium* historiæ testimonium: " Kiartan Olafsson vóx upp heima í Hiardarhollti, hann var allra manna frídastr þeirra er fædz hafa á Islandi." i. e. *Adolevit Hiardarholtiæ, in domo paterna, Kiartan Olai filius, omnium qvi in Islandia nati sunt formosissimus;* & paucis interjectis: " madr var hann ok sterkr, eptir þvi sem verit hafdi Egill módurfadir hans edr þorrólfr; hverium manni var Kiartan betr á sik kominn, sva at allir undrudoz, þeir er hann sáo; betr var hann vígr enn flestir menn adrir; vel var hann hagr, ok syndr manna bezt; allar íþrottir hafdi hann miök um fram alla menn." i. e. *Robore avum maternum Egillem vel Thorolfum Kiartan referebat; corporis cetera habitu orisqve dignitate & gratia omnibus ita superior, ut in admirationem videntes raperet; armorum peritia paucis secundus; fabricandi, inprimis vero natandi callentissimus; verbo, omnibus corporis exercitiis alios longe superans.* Exercitiorum in eo peritiam, Olai Tryggvini Norvegiæ Regis, ipsius horum peritissimi, testimonium docet; egregias vero animi dotes amor ille tenerrimus probat, qvo eum idem Rex complexus est, adeo ut reditum in patriam ægre admodum impetraret. Utrumqve confirmant elogia duo; unum qvo veniam abeundi petentem ornavit: *perrari mihi videntur viri tui similes* (*Olafss.* ed. Isl. P. II. p. 252.); alterum, qvo discedentem dimisit. *Kiartan ejusqve cognati magni nominis viri sunt* (ibid. p. 253.). Suffragatur deniqve *Droplaugar-sona Saga* s. *Fliotsdalensium Historia*, his verbis: " þidrandi Geytisson var manna mestr ok sterkastr; sannz eigi sá madr í þann tíma er sæmiligri væri; ok er sva sagt, at hann hafi hinn fiórdi madr verit bezt mentr á öllu Islandi; enn annar madr er til nefndr Kiartan Olafsson;

Multi & in ea viribus & exercitiis corporis diversi generis excelluerunt, qvales Kiartan Olai filius, Viga-Bardius, & Skulius

son; hinn þridi Höskulldr Þorgeirsson Liósvetninga-Goda; enn hinn fiórdi Ingólfr Þorsteinsson, er kalladr var Ingólfr hinn Væni: segia fródir menn, at engi madr hafi med slíkri mentan skapadr verit sem þessir fiórir menn." i. e. *Erat Thidrandius Geiteris filius maximus statura & robustissimus, nec eo tempore inventus est, qvi magis decenti esset corporis habitu; qvartus enim inter omnes Islandos optime formatus traditur; secundus ab eo Kiartan Olai; tertius Hoskuldus Thorgeiris Liosavatnensium Pontificis filius; ultimus Ingolfus Thorsteinis filius, qvi Formosi cognomen accepit. Consentiunt nimirum historici, neminem, qvanta hos qvatuor viros, arte fuisse formatum.*

(8) *Bardii*, Egillis Skallagrimi filii ex filia Thorgerda pronepotis, genus vid. in Tab. ad calcem autoris. Rerum qvas juvenis gessit haud exacta nobis servata notitia est, nisi qvod, cum filiis Olai Pavonis, avunculi sui Kiartanis, de qvo supra diximus, mortem ulturus, interfectoris Bollii cædi interfuerit; haud tamen propria ductus pugnandi libidine, sed Hallthoris Olai filii, Kiartanis fratris, svasu, qvi Bardium, nihil tale cogitantem, qvo facilius in societatem periculi vel invitum adduceret, ad convivium invitaverat (*Laxdæla-Saga*). Maxime tamen Bardius apud historicos inclaruit seqventi occasione. Vir qvidam nobilis, Occidentalis Islandiæ incola, ab homicidiorum, qvæ perpetraverat, multitudine, Viga-Styr dictus, Snorrii Pontificis socer, unum ex vicinis, cui Thorhallo nomen, non tantum levibus de caussis occidit, sed & filium ejus Gestum, multam cæso patre modeste petentem, gravi affecit contumelia; qvi tanto dedecore exacerbatus, majus omnium opinione facinus ausus est, Styriumqve, nihil periculi metuentem, ex improviso aggressus obtruncat. Cæde peracta, Gestum, ad se profugum, Borgfiordenses, & in his præ ceteris Thorsteinn Gislii filius, Illugius Niger, Kleppus Grandævus, & Gunnlaugus Ormstunga, non tantum exceperunt, sed post etiam omnia Hvitaæ sive Albis Borgarfiordensis vada cum qvingentis (secundum *Fragmentum* s. *Compendium Vigastyrs-Saga* MCC.) armatis obsidentes, Snorrum Pontificem, cum qvadringentis (*Fragm.* DCCC.), ut Gestum in jus vocaret, venientem transitu prohibuerunt, reqve infecta discedere coëgerunt. Nec his contentus Thorsteinn Gislii filius, *Eyrbyggiasaga* perhibente, Snorrium, Gesto, ob soceri cædem, exilii poenam in Comitiis intentantem, lite depulit, cujus loco *Fragmentum* supra laudatum, Gestum commeatu ad exteros ab eo instructum esse tradit. Snorrius vero vicissim, ut parem cum vindictæ cupiditate calliditatem semper conjunxit, Thorsteinem & plures, (secun-

Digitized by Google

(secundum *Eyrbyggia-Sagam* autumno proxime seqventi, sed secundum prædictum *Fragmentum* qvatuor circiter post Styrii cædem annis) cum globo armatorum ex improviso adortus occidit. Ex his Snorrii comitibus unus in Borgfiordensium qvosdam, in Norvegia negotiantes, postea incidit, sed Halli Gudmundi filii, Bardii fratris, beneficio servatur. Hi vero, ut hoc ulciscerentur, rusticum subornant, qvi Hallum in sylvam alliceret, ubi insidiis circumventum occidunt. Hinc ergo Bardius, fratris ita cæsi vindictam de Biorgfiordensibus sumpturus, pugnam satis acrem cum eis commisit, a jugis, ubi gesta est, mediterraneis Arnar-Vatnsheidi, *Heidarvig* s. cædem Heidensem nostratibus dictam (*Landnama-S.* passim. *Eyrbyggia-S.* cap. ult. *Sturlunga S.* & autor noster cap. XI.). Multi erant & potentes hostes, contra qvos tam consiliis qvam copiis erat opus; unde & Bardius, ne optato tanta res eventu frustraretur, consultorem adscivit nutritium suum Thorarinem Sapientem, qvi prædium Vididalense Lækiamot incoluit. Hic mulctam pro fratris cæde in comitiis universalibus a Borgfiordensibus modeste petendam Bardio svasit, idqve tot vicibus, donec plerosqve optimatum in suas partes tractos animadverteret; sic faciliorem demum auguratus ultioni veniam fore. Hoc & consilio Bardius, cum mulctæ petitione, per triennium repetita, non tantum nihil proficeret, sed & a Gislio qvodam, Borgfiordensium cognato, ludibrio haberetur, id tandem effecit, ut optimates fere omnes, patientem æqvumqve viri animum admirati ultro profiterentur, non nisi justa peti. Interea Bardius, ultionem ita per integrum triennium & qvod excurrit differre coactus, multis male audivit, remissi hoc esse animi criminantibus. Præter alios Gretter Asmundi filius, litem inter eum & Audunem qvendam conciliare volenti, hanc justo longiorem cunctationem contemptim objecit (*Grettis-Saga* ed. Isl. c. 30. p. 107.); Qvin & ipsa mater Thurida sedem occisi fratris forte occupanti colaphum inflixit, hac addita increpatione: *hinc, qvam celerrime potes, apage, nec eo amplius procedas temeritatis, ut sedem summam, occiso fratri debitam, vindicta de percussoribus ejus nondum sumpta, occupes.* Thorarinn autem Proceres Bardio devinxisse haud contentus, circumforaneum qvendam, Narfium nomine, Gislungorum (ita Borgfiordenses, Thorsteinis Gislii filii cognati, vocabantur) gente ortum, subornat, ut gladios qvosdam optimæ notæ cognatis dolo eriperet; qvibus peractis Bardius cædem fratris ultus est, aliqvot qvidem suorum, plurium tamen Borgfiordensium clade. De facti origine atqve occasione contenti jam esse cogimur prædicta narratione *Eyrbyggia-Sagæ* & *Fragmenti* vel *Compendii Viga-Styrs-Sagæ*, qvod veteranus Legati Magnæani Stipendiarius *Johannes Olavius*, ne memoria rei penitus interiret, adornavit, & inter libros Legati Manuscriptos N. 450. b. in 4to servandum reposuit, postqvam exemplar Membranaceum, qvantum constat, unicum eousqve superstes, (qvo *Viga-Styrs-Saga*, & *Heidarviga-Saga*, qvæ prioris Continuatio fuit, initium continebantur), b. *Arnæ Magnæo* ex Archivo Antiqvitatum Holmiensi ad exscribendum commoda-

tum,

tum, una cum apographo, qvod inde desumserat, in incendio Havniensi 1728 periit. De ipso autem pugnæ vel cædis Heidensis apparatu, ordine, & successu (qvæ laudatus *Olavius* conjectando tantum perseqvi potuit, cum exemplar Svecicum, qvod ad manus habuerat, eo non pertingeret), nec non Bardii post id commissum fatis, præter omnem opinionem certiores nunc facti sumus, postqvam *Joh. Finnæus* noster, 1772 Holmiæ agens, fausto omine detexit reliqva *Heidarviga-Sagæ* (qvam omnes antiqvarii prorsus deperditam hactenus crediderant), qvamvis partim manca, partim vetustate plurimum obliterata, in eodem Codice Membranaceo Archivi Ant. Holmiensis N. 18. in 4to, cujus initium b. *A. Magnæus*, ut supra dictum est, mutuo acceperat, adhuc superesse; qvod qvidem eo acceptius harum rerum studiosis merito esse debet, cum non tantum ex ipsa dictione, sed etiam ex *Landnamá-Sagæ*, *Eyrbyggia-Sagæ* & *Laxdæla-Sagæ* testimoniis constet, *Heidarviga-Sagam* his, & sine dubio plurimis, qvæ hodie exstant, Islandorum historiis antiqviorem esse. Ex ejus enim reliqviis, ita detectis, discimus, Bardium, ex Thorarinis consilio, postqvam, plerisqve suorum hic illic per insidias dispositis, cum paucis tantum in Borgarfiordum descenderat, & unum hostium occiderat, fuga simulata, in locum valde oportunum, qvò ab una tantum parte aditus patuit, se recepisse, ibiqve Borgarfiordenses, ut eum inseqventes manipulatim advenerunt, ad imparem cum suis, numero longe superioribus, pugnam allexisse, sed postqvam novem eorum, trium tantum suorum jactura, occisi erant, domum se inde proripuisse, anteqvam integrum, qvod subseqvebatur, Borgfiordensium agmen locum pugnæ asseqvi potuit; & deniqve, Snorrii Pontificis & Thorgilsis Arii filii auctoritate suffultum, felicem satis hujus contentionis eventum, qvo simul bellum civile, ex Styrii cæde ortum, penitus sopitum est, obtinuisse. Post trium annorum relegationem, qvam ob has cædes, in solatium familiarum, qvas tetigerant, cum sociis subiit, redux, Auda Snorrii Pontificis filia uxore ducta, Islandiam reliqvit, &, divortio ab ea in Norvegia facto, militiæ, Rusficæ, an Constantinopolitanæ dubium, nomen dedit, ubi triennio exacto, in prælio qvodam navali fortissime pugnans occubuit. Qvi vero pugnæ vel cædibus Heidensibus cum Bardio interfuerant, territorii Vididalensis & circumjacentium incolæ fuerunt, omnes ejus & Thorarinis amici, & ex parte utriusqve cognati & domestici. Ast præter hos & Bardius Gretterem Asmundi filium ad hujus periculi societatem lubentem invitaverat (*Grettis-S.* ed. Isl. p. 108.). Gretter tamen prælio non interfuit, nam Bardius, Thorarinis (fortunam Gretteris viribus haud responsuram veriti) consilio, verbis non stetit, nec eum, uti promiserat, periculi comitem assumsit; qvam Gretter ignominiam (ut interpretabatur) ulturus redeunti e prælio Bardio ivit obviam; ast pluribus, qvam speraverat, supervenientibus, eum aggredi non ausus, re infecta discessit (*Grettis-Saga* cap. 33. p. 109. seqv.). Bardius autem, qvod hoc prælio victor evaserat, *Viga-Bardi* i. e. Bardius Cædium postea vocatus est.

 (9) Non

Skûle Þorſteinsſon (9). Sumir varo ok ſkálldmenn miklir i þeirri

(9) Non mirum Skulium Thorſteinis filium ob eximium robur armorumqve peritiam hic commendari; nam in prælio Svoldrenſi, ſub Erico Comite Hakonis filio, contra Olaum Tryggvinum, non tantum militaverat (*Torf.* Hiſt. Norv. T. III. p. 66.), ſed &, *Olafs-Saga* (ed. Svec. c. 68. ed. Isl. P. II. p. 286.) & *Snorrone Sturlæo* teſtibus, inter maximos, qvos navis Comitis prætoria habuit, athletas numeratur, adeo ut proretam Comitis eodem in prælio egerit. Hoc autem munus nemini, niſi expertæ virtutis & fidei viro, creditum fuiſſe, recte agnoſcit *Verelius* (in Ind. in Hiſt. Herraudi & Boſæ voce *Stafnbui* p. 107.). Docet & id *Edda antiqvior*, Hrimgerdem, in *Helgaqvida Haddingia-Scata*, introducens Atlium ita compellantem:

Hve þ heitir	*Qvomodo vocaris*
Halr inn ámátki?	*Vir præpotens?*
Hve þik kalla konir?	*Qvi te appellant viri?*
Fylcir þer trúir	*Rex tibi fidit,*
Er þic í faugrum lætr	*Cum te in pulchra permittat*
Beiz-ſtafni búa i. e.	*Navis prora degere.*

Conſentit *Snorro Sturlæus*, de Haraldi Pulchricomi militibus agens (ed. Sv. T. I. p. 80.). *Proretarum*, inqvit, *manus, qvippe vexillum regium habens, maxime fuit delecta.* Ad qvæ tantum obſervandum, vocem *Stafnbúi*, in ſingulari numero, proræ præfectum notare; in plurali vero *Stafnbúar* milites ſimul notant, hujus imperio ſubjectos; id autem nominum etiam ad puppis præfectum & defenſores trahi poſſe, haud facile *Verelio* credimus. Qvod autem, in expeditionibus ſeptentrionalium navalibus, proretis olim incubuerit vexilli præferendi munus, *Egils-Saga* (cap. 12.) confirmat, Harekum inducens Haraldo Pulchricomo conſulentem: "Nú er þat mitt rád Konongr, at þú takir Þórólf til þín, látir hann vera í hird þinni, bera merki þitt, ok vera í ſtafni á ſkipi þínu" i. e. *Tibi igitur Rex conſulo, ut Thorolfum accerſas, inter aulicos retineas, vexillum ei des portandum & proram navis tuæ defendendam.* Eadem etiam (cap. 13) Thorgilſem Giallandium magni a Thorolfo factum tradit, qvod ejus, dum piraticam exercuerat, *proreta fuerat & vexillarius* "hann hafdi fylgt hanum þá hann var í vikingo, ok var þá ſtafnbúi hans ok merkismadr". De Thorolfo deniqve, Ericum Blodöxium in Biarmiam ſecuto, ita eadem (cap. 37.): hann var í ſtafni á ſkipi hans ok bar merki hans" i. e. Thorolfus *proræ navis ejus prætoriæ præfuit, vexillumqve tenuit.* De Ulfo Rufo, Regis Olai Tryggvini proreta ſimul & vexillario, videri poteſt *Olafs Saga* (ed. Isl. Lib. 2. p. 251. & 285.). Præterea & aliis optimæ etiam fidei teſtimoniis *Dolmerus* (not. ad Jus Aul. Norv. c. 22.) probavit, proretæ officium vexillarii muneri

Digitized by Google

muneri fuisse junctum; hoc autem summæ in aulis borealibus dignitatis fuisse constat; unde eo facilius de proretarum dignitate judicium. Cumqve vexilli fortunam tota seqvi acies soleat, ratio statim patet, cur ad id negotii promptissimos viros deligi oportuerit. Alteram suppeditat pugnarum apud veteres navalium ordo: Proretæ enim in prima stabant acie, adversis proris cæsim punctimqve pugnantes; qvo sensu *Sturlæus* (T. I. p. 84.): *moris tunc temporis erat, cum navibus dimicaretur, ut naves jungerentur, & adversis proris pugna fieret;* nec non prælium Arosiense describens (T. II. p. 39.): *adversis dimicabant proris, ita ut soli proretæ cæsim pugnare possent* (conf. *Olai Tryggvini Vit.* ed. Isl. L. I. p. 58. Lib. II. p. 287. & *Thorsteini Vikingii vitam* cap. 7.). Cumqve ita proretæ maximo essent expositi periculo, fortissimos qvosqve ad proram defendendam legi necesse erat. Fatemur qvidem consvetum hunc pugnarum navalium modum non semper observatum esse, impari præsertim navium numero; tum enim nunc naves per latera junxere, nunc multis unam undiqve circumdedere (*Sturl.* T. II. p. 410. *Olafssaga* ed. Isl. Lib. II. p. 290. 298.); At nec minus inde proretis periculum, qvi hostibus ita undiqve circumfusi, & ictibus eorum, qvi navis adversæ proram defendebant, & circumjacentium missilibus obruebantur. Luculentum hujus rei testimonium præbet *Olafs-Saga*, qvæ, cum navim Norvegorum prætoriam Draconem Longum hostiles naves undiqve premerent, *proretis, & omnibus qvi anteriora navis defendebant, periculosissimam fuisse pugnam tradit* (ed. Isl. Lib. II. pag. 292.). Consentit *Sverris-Saga*, de prælio qvodam inter Sverrerem & Magnum Erlingi filium, Norvegiæ Reges, referens: "frambyggiar vurdo mest fyrir atsókn Heklúnga ok vapnaburdi." i. e *proretæ præ aliis impetum & arma Heklungorum senserunt.* Addimus *Egillis Skallagrimii Vitam*, prælium Hafursfiordense, & distributa militibus, eo finito, ab Haraldo Rege præmia narrantem: "Engi var úsár á Kóngs-skipinu fyrir framan siglu. — Kóngr þackadi mönnom framgöngu sína, nefndi til þess skip-stiórnarmenn, þar nærst stafnbúa sína ok adra frambyggia." i. e. *nemo in navi Regia ante malum a vulneribus immunis. — Rex universis qvidem gratias egit ob navatam virilem operam, nominatim tamen navium præfectos, hisqve proximos proretas, & alios, qvi anteriora navium propugnaverant, hac honoris significatione compellavit.* Præterea cum vel pugna esset conferenda, vel bellicæ naves saltem occurrerent, concludi potest, id proretis negotii fuisse datum, ut ducis & sociorum nomine ad obvios verba facerent. Testem vocamus *Thorgeiris & Thormodi Vitam* (cap. 26.), Hareki piratæ, novum a Canuto Danorum Rege proretam petentis, verba ita narrantem: "Vil ek þess bidia ydur Herra, at þer fáit mer stafnbúa

i þeirri ætt, ſem var *Biörn Hitdæla-Kappi* (10), *Einar* Preſtr *Skúlaſon* (11) ok *Snorri Sturluſon* (12) ok marger adrer].

---

búa annann, ok er þó vanfengit í ſtad hins, at þvi er mer þyckir, þvíat hann var opt gódr tiltaks um ord, ef ſvara þurfti, hvart ſem ſkylldi ſkattyrdazt, edr leita lofgiarnligra orda." i. e. *petere a te domine volo, ut alium mibi proretam ſufficias, qvamvis baud facile inveniri putem, qvi prioris proretæ partes tueatur; erat enim, cum reſpondendum eſſet, ad loqvendum expeditus, ſive convitia eſſent, ſive laudes qværendæ.* Morem hunc antiqviſſimum graphice præ aliis exprimit Atlii cum Hrimgerde colloqvium in *Helga-Qvida Haddingia-Scata*, ut & aliud Gudmundi cum Sinfiotlio in *Helga-Qvida Hundingsbana 1ma.* Nec deſunt, ſi ſpatium recenſendis ſuppeteret, ſimilia aliorum proretarum exempla, qvi tali oratoris munere functi perhibentur; nec exigui id omnino momenti, ſive ducis & ſociorum dignitas obviis principalis faſtigii viris honorifica compellatione eſſet declaranda, ſive virtutis fiducia plenusqve ſpei animus hoſti ſignificandus eſſet, qvo hi forte facilius ad deditionem compellerentur, ſui contra pugnam, ſi opus eſſet, alacriores capeſſerent; ut nihil de arte convitiandi dicamus, piratis inprimis familiari, qvæ tamen interdum raptos in furorem hoſtes a pugnæ rite ordinandæ conſiliis avertit, eoqve faciliorem victoriam fecit. Stationis navibus eligendæ curam proretis etiam demandatam fuiſſe, eadem *Thorgeiris & Thormodi Vita* (cap. 27.) innuere videtur; Illum enim Olai Sancti Norvegiæ Regis militem, qvi naves piraticas, in portu jacentes, ſtatione regia cedere jubens a Thormodo Kollbrunar-ſkalldo occiſus eſt, *proretam* appellat. Et hæc forte ratio fuit, cur idem Thormodus, Hareki proreta factus, hoc ſtationis pro lubitu eligendæ arbitrium ſibi eſt pactus (ib. cap. 26.): "Ef ek rádunz í þeſſa ferd med Háreki, þá vil ek ráda, hvar í hafnir ſcal leggia, edr brott ſkal leggia." i. e. *ſi bujus me itineris ſocium Hareko adjungam, in mea ſit poteſtate, ubi ſtatio eligenda ſit, nec ne:* ſcilicet hæc poteſtas aliis proretis limitata fuiſſe videtur, & a Ducis imperio dependens, unde facile apparet, cur Thormodus liberam ſibi & illimitatam paciſci neceſſe habuerit. Ad Skulium autem Thorſteinis filium ut redeamus, integrum, de virtute ejus bellica, ſubnectere placet *Egils-Sagæ* teſtimonium (cap. ult.) "Skúli var meſtr, hann bió at Borg eptir dag Þorſteins fedur ſins; Skúli var lengi í víking; hann var ſtafnbúi Eireks Jarl á Járnbardanum, þá er Olafr Kóngr Tryggva-ſon fell; Skúli átti í víking fiau orroſtor." i. e. *inter filios Thorſteinis Skulius maxime fuit inſignis, isqve patre mortuo Borgæ babitavit. Skulius diu piraticæ dederat operam, & proreta Erici Comitis fuerat, in navi Jarnbarda, cum Olaus Tryggvinus caderet. Dum piraticam exer-* cuit

Digitized by Google

fuerunt, qvales Biorn Hitdalensium Athleta, Einar *sacerdos* Skulii *filius*, *&* Snorro Sturlæus, *multiqve alii*]. *Uxor* Thór-

erat septem prælia commiserat (conf. *Torf.* Hist. Norv. T. II. p. 213.). Qvod Poëta fuerit, præter *Sturlæum* (ed. Sv. T. I. p. 362.) & *Olai Tryggvini Vitam* (ed. Isl. Lib. II. p. 287.) qvi unum ejus carmen de prælio Svoldrensi exhibent, nec non *Skaldam* s. artem Poëticam, qvæ eum aliqvoties laudat, *Catalogi Poëtarum*, a *Wormio*, & qvi eum secuti sunt, editi indicant, Skulium inter Poëtas Erici aulicos referentes, cujus loco, in Catalogo editioni Peringskioldianæ Sturlæi subjuncto (T. II. p. 448.), ad Sveinem Erici fratrem minus recte refertur. De opera, qvam Gunnlaugo Ormstungæ, Erici Comitis offensam incurrenti, præstitit, autor noster (cap. 6.) legi potest.

(10) De *Biorne* qvædam habet *Torfæus* Hist. Norv. T. III. p. 66. 67. sed multo plura Vita ejus Islandice scripta, vulgo *Biarnar-saga Hitdælakappa*, qvæ carmina ejus haud pauca, de rebus a se gestis confecta, satis qvidem lepida, ex parte tamen, qvantum ad lites cum Thordo Kolbeinis filio pertinent, cavillatoria, imo probrosa, ab interitu vindicavit. Qvomodo cetera Myramannorum familiam cognatione tetigerit, Genealogia, autori nostro ad calcem subjuncta, docet.

(11) *Einar Skulii filius*, officio sacerdos, (de qvo plura *Torfæus* Hist. Norv. T. III. p. 525.) priori seculi duodecimi parte floruit, & aulas Regum Norvegiæ, a tempore Sigurdi Hierosolymipetæ, qvi eum Poëtæ aulici titulo primus ornavit, ad tempora filiorum Haraldi Gillii, maxime secutus, tandemqve ad Stallarii dignitatem evectus est. Poëmatum, qvibus eum Reges, principes, & optimates septentrionis bene multos celebrasse, Catalogi Poëtarum a *Wormio*, *Peringskioldio*, & aliis, editi passim indicant, præcipua sunt. 1) Poëma, qvo *Sigurdum Hierosolymipetam* cecinit, post *Sturlæum*, qvi aliqvot ejus Strophas conservavit (ed. Sv. T. II. pag. 233. 241. & 243.), *Sperlingio* (de voce *Konning* p. 58.) memoratum. 2) Duo Poëmata de *Haraldo Gillio*, qvorum unum, *Haralldsdrápa* inscriptum, *Sturlæus* (loc. cit.) pag. 294, alterum vero pag. 306. laudat. 3) Poëmata & carmina varia, *de filiis ejusdem Haraldi*, qvorum qvædam fragmenta *Sturlæus* (l. c. p. 336. 342. 345 & 364.) in medium profert, & in his *unum*, *de Eysteine Haraldi filio*, cujus aliqvot Strophas (l. c. p. 341. seqv. 343 & 44.) etiam exhibet. 4) Poëma intercalatum, idqve elaboratissimum, qvo S. Olai Regis & Martyris vitam, miracula inprimis, illustravit, *Sturlæo* nunc (l. c. p. 275.) *Olafsdrapa*, s. encomium Olai, nunc (p. 396.) *Vattardrápa* s. Carmen testimonii, appellatum, in Codice vero Flateyensi, 1387 exarato, ubi integrum adhuc superest, *Geisli* i. e. radius, inscriptum,

Digitized by Google

adrer]. Þórsteinn átti *Jófrídi Gunnars* dóttur *Hlífarsonar* (13). [Sá *Gunnarr* hefir bazt vígr værit ok mestr sim-

---

scriptum, qvali inscriptioni Stropha Poëmatis prima locum dedisse videtur his verbis:

Gafugt liós bodar geisli
Gunnöflugr miscunnar
[ágætann byd ec itrum
Olafi brag] Sólar i. e.

Præpotens radius (Regem Olaum, ejusqve in patrandis miraculis potentiam & sanctitatis claritatem innuit) *annuncias nobile lumen solis misericordiæ* (i. e. Christi, cujus merito Regi hæc obtigit gloria, vide Stroph. 2), *ego autem generoso Olao egregium hoc carmen offero;* eamqve explicationem Stropha VIIma ulterius confirmat & illustrat hoc modo:

Nú skulom gaufgann geisla	*Jam ergo nobilem radium*
Gudz hallar ver allir	*Divinæ aulæ, nos omnes,*
Itr þann er Olafr heitir	*Regium nempe virum, qvi Olaus vocatur,*
Allstyrkann vel dyrka i. e.	*Præpotentem rite colamus.*

Scilicet utraqve Stropha Regem ipsum *radium* vocat, posterior qvidem *aulæ divinæ*, s. coeli, ob gloriam coelestem, qva fruebatur; prior vero talem, *qui Christi splendorem referret*, ob miracula vel merito vel exemplo Christi ab illo patrari credita. Cumqve ita hoc Poëma in sanctitatis & miraculorum regiorum splendore describendo maxime occupetur, propter qvæ Rex ipse radii emblemate bis repræsentatur, facile patet ratio, cur vel autor ipse vel librariorum aliqvis id etiam ipsum *radii* nomine insigniverit. 5) Poëma ejus generis, qvod *Flock* antiqvi vocant, *Elfar-viisur* inscriptum, qvo Einar res ab optimate Norvegico *Gregorio Dagi filio* gestas, & inprimis prælium cum Hakone humeroso ad Gothelfam commissum celebravit, a *Sturlæo* (l. c. p. 380. 81.), qvi duas ejus Strophas produxit, etiam allegatum. 6) Poëma, qvo circa annum 1151. in Daniam veniens *Sveinem Regem* Erici Emuni filium laudavit, in *Knytlinga-Saga* (cap. 108. p. 212.), qvæ carmen, qvo Einar præmium hujus laboris sibi denegatum esse qvestus est, annotavit, memoratum. 7) Carmen qvo celebriores circa Daniam & Norvegiam *insulas* cecinit, cujus Fragmentum in Codice Eddæ Wormiano adhuc superstes, primum in *Lexico Runico*, voce *Ey*, cum *Magni Olavii* explicatione, a *Wormio*, post inde a *Verelio* (not. ad Hist. Hervoræ p. 17. 18.) editum est. Alia consulto omittimus, cum ex his satis pateat, Einarem, licet ob adulandi artem male merito audiat, de historia

Digitized by Google

Thorſteinis *erat* Jofrida Gunnaris Hliſæ *filii filia.* [Gunnar *ille unus inter omnes Islandiæ colonos armis fuit exer-* *cita-*

ſtoria & Poëſi Septentrionali bene meritum eſſe, unde non tantum antiqva illa hiſtoriæ Norvegicæ Epitome, qvæ *Genealogia Regum Norvegiæ* vulgo audit, (Bibl. Magn. N. 52. in fol. p. 264. 268. 276.) ſed ipſa etiam *Skallda* ſ. ars veterum Poëtica ad ejus auctoritatem ſæpius provocat, eaqve occaſione haud pauca carminum ab eo confectorum fragmenta ſubminiſtrat.

(12) *Snorronis Sturlæi*, Poëtæ & Hiſtorici ſummi, vitam ſingulari ſe tractatu deſcripſiſſe *Torfæus* narrat (Ser. Reg. Dan. p. 46. & in Proleg. Hiſt. Norv.), qvi lucem nunqvam vidit. Summa ejus momenta, nec tamen ſatis accurate, perſtringit *Peringſkioldius* (in Præfat. ad edit. Svec.); plenam autem exhibet *Sturlunga-Saga*, præſertim Lib. 2. 4. 5. 6. & 7. nec non *Haqvini Grandævi* Norvegiæ Regis *Vita*, cum qvibus conferendus *Torfæus* Hiſt. Norv. T. IV. p. 146. 147. 151. De Scriptis Snorronis præ aliis *Arngrimus*, *Wormius*, *Stephanius*, *Reſenius* & *Torfæus* varia litteris prodiderunt, unde ſuas de eis relationes mutuati ſunt *Septimius* (de lingva Dan. p. 106.) *Tychonius* (de noctis prærogativa p. 70.), Andr. Chriſt. *Eſchenbach* (Diſſert. Academ. pag. 5.) plurimiqve alii indigenæ & exteri, qvos recenſere nihil refert, cum S. V. F. *Johannæus* (Hiſt. Eccl. Isl. T. I. p. 203. ſq.) non tantum operum Snorronis, qvæ vulgo nota ſunt, ſed & poëmatum ab eo editorum, qvorum qvædam fragmenta *Hakonis Grandævi* Norvegiæ Regis *Vita*, plura *Sturlungorum hiſtoria*, plurima vero *Codex Eddæ & Skaldæ* ſ. artis veterum poëticæ *Wormianus* ab interitu vindicarunt, catalogum, omnibus longe accuratius, nuperrime adornaverit. Genealogiam Snorronis a Rognvalldo Mærarum Comite & Ducibus Sognenſibus ad calcem Kriſtni-Sagæ pertexuimus, hic vero a Myramannis & Haraldo Agdarum in Norvegia Regulo deductam ſuo loco exhibebimus.

(13) De *Gunnaris Hliſæ filii* parentibus nihil certi hactenus innotuit. Matrem Hliſam vocatam fuiſſe cognomen indicat. Nec id ſine exemplo. Nam licet patris nomen cognominis loco uſitatius majoribus eſſet, inter alias, utiqve eam ab cauſam, qvod familiæ per maſculos maxime ſuſtinerentur, unde & partus veteri Saxonum Jure patrem ſeqvebatur; nonnullis tamen contra maternum nomen pro cognomine fuit. Multis id probavit *J. Erici* in *Tentam. de Cognom. Septentr.* §. 3. novaqve ejus exempla, præter alios, præbent Thorgeir qvidam, a matre, dictus *Arnoru-ſon* (*Sturlunga-S.* Lib. II. c. 28.), & Sigurdus Torfa-foſtri, etiam a matre, *Grimhilldar-ſon* dictus (*Holmveria-S.* c. 2. ed. Isl. p. 70, ſed cap. 23. p. 104. inconſtantia

ſimleikamadr á Islanndi af búandi mannum (14), annar Gunnarr

ſtantia librarii: *Gunnhilldarſon*). Ubi autem eis, qvibus matris nomen ideo datum eſt, qvod matris ſeqverentur ſtatum, Hilldridæ filii annumerati ſunt, id qvidem recte ſe habet, feſtinantius autem patri Biorgolfo adſcriptum eſt qvod filio hujus Brynjulfo tribuendum erat; unde qvæ de eis (Tentam. cit. p. 112.). habentur, ita ſunt emendanda: *Biorgulfi nobilis Norvegi filios, ex Hildrida, qvam patri per vim extorſerat, impariqve ſibi matrimonio junxerat, ſuſceptos, filius legitimus Brynjulfus non pro legitimis, ſed naturalibus tantum, habuit, atqve ideo eos ad hæreditatem paternam admittere noluit, ſed matris, patre mortuo abactæ, arbitrio permittebat, unde Hilldridæ filii cognominati ſunt.* Adſcribamus ipſa *Egils-Sagæ* verba: "Sídan andadizt Biörgúlfr; enn þegar hann var úthafinn, þá let Brynjúlfr Hilldrídi á brott fara med ſyni ſina; fór hón þá i Leko til födur ſins, ok ſædduzt þeir þar upp ſynir Hilldrídar; þeir varo menn frídir ſynom, litlir vexti, vel viti bornir, líkir módur frændom ſinom; þeir varo kalladir Hilldrídar-ſynir; lítils vyrdti Brynjúlfr þí, ok let þa ecki hafa af födur-arfi ſínum." i. e. *poſt Biörgulfus moritur, cumqve efferretur, Hilldrida cum filiis a Brynjulfo abacta, Lekam, ad patrem, rediit, ubi filii ejus educabantur; hi formoſi erant, ſtatura parvi, ſed acri ingenio, cognatisqve maternis ſimiles, & Hilldridæ filii vocati; Brynjulfus eos parvi fecit, nullamqve eis hæreditatis paternæ partem cedere voluit.* Clarisſimam contemptus & negatæ hæreditatis, eoqve ipſo cognominis a matre ducti, rationem Thorolfi ad eos, hæreditatem denuo petentes, verba docent (ibid. cap. 9): "Var ek nær því, er þid höfdot þetta ſama tilkall vid Bárd, ok heyrdiz mer, ſem hanum þætti þar eingi rettindi til edr ſannendi, þvíat hann kalladi yckur frillo-ſyni." i. e. *Eqvidem, cum eandem contra Bardum qverelam inſtituiſtis, adfui, ſimul autem audiviſſe mihi viſus ſum, eum cenſuiſſe, nullo eam jure vel veritate niti, vos enim pro concubinariis habuit;* & paucis interjectis: "Því ſidur vil ek yckur arfborna, at mer er ſagt, at mòdir yckar væri med valldi tekin, ok med hernadi heim höfd." i. e. *tanto vos minus legitimos agnoſcam hæredes, cum relatum mihi ſit, matrem veſtram vi captam eſſe, & armata manu domum deductam.* Cognomina interdum honoris & celebritatis cauſa a matre eſſe ducta, ſi hæc vel animi dotibus, vel generis ſplendore, patre eſſet ſuperior, vel ſimili qvadam alia ratione magis in vulgus nota, novis exemplis *Grammius* (not. ad Meurſium p. 246.) probat; qvibus tantum ſubjungimus, nonnulla eorum, qvi hoc emblematis a matre duxere, qvod hæc patri ſupervixerit. Talis in *Krókarefs-Saga* (ed. Isl. c. 5. p. 43.) Geller, a matre Sigrida dictus *Sigrídar-ſon;* in *Orcadenſium Hiſtoria* (v. *Torfæi* Orcades p. 103.) Sveinn Aſleifis filius;

citatisſimus, maximæqve agilitatis; alter Gunnar *de* Hli-
C 2 darenda,

filius; in *Laxdalenſium Hiſtoria* Thorgils: "madr het Þórgils, ok var Höllufon; enn þvi var hann kendr vid módr ſina, at hon lifdi leingr enn fadir hans." i. e. *Vir erat, Thorgils, Hallæ filius dictus; ideo autem cognomen a matre accepit, qvod hæc patri ſuperviveret; Iſfirdinga-Saga* (ed. Isl. p. 45.) rationem tantum cognominis omittit, cætera conſentiens. Deniqve & huc pertinet Thorgrimus, ex *Vigaglums-Saga* (ed. Isl. cap. 10. p. 200.), *a matre Hlifa cognomen ſortitus, & Hlifæ filius dictus, qvod hæc patri ſuperviveret;* idqve ea inprimis de cauſa, qvod, ex antiqvisſimo borealium jure, imperium familiæ, marito mortuo, ad viduam devolveretur. Utrum autem hæc Hlifa Gunnaris, de qvo hic ſermo eſt, mater fuerit, an vero altera, Hlif heſtagelldir i. e. eqvorum caſtratrix, cujus *Landnama-Saga* (ed. Isl. p. 36.) mentionem injicit, æqve nobis incertum eſt. Aſt de Jofrida Gunnaris filia, Thoroddo primum, poſt Thorſteini Egillis filio, nuptum data, cum autore noſtro plene conſentiunt *Landnama-Saga* (ed. Isl. p. 24 & 56.), *Hænſathoris-Saga* (cap. 10 & ult.), & *Egils-Saga Skallagrimsſonar* (cap. 80.) his verbis: "Þorſteinn feck Jófrídar dóttur Gunnars Hlífarſonar; módir hennar var Helga dóttir Olafs Feilans, ſyſtir Þórdar Gellis; Jófrídi hafdi átt fyrr Þóroddr ſon Túngu-odds." i. e. *Thorſteinn uxorem nactus eſt Jofridam, filiam Gunnaris Hlifæ filii; mater illi Helga, Olai Feilanis filia, Thordi Gelleris ſoror; Jofridam antea in matrimonio habuerat Thoroddus Oddi Tungenſis filius.* Addit calculum *Laxdæla-Saga* ita: "Helga het önnur dóttir Olafs Feilans, hana átti Gunnar Hlífarſon; þeirra dætur varo Jófrídr, er átti Þóroddr ſon Túngu-Oddz, ok ſidar Þorſteinn Eigilsſon &c." i. e. *Altera Olai Feilanis filia Helga fuit, qvam uxorem duxit Gunnar Hlifæ filius, eorum filiæ fuere Jofrida, qvam primo Thoroddus Oddi Tungenſis filius, poſt Thorſteinn Egillis habuerunt uxorem.* Conf. *Bárdar-Saga Snæfells-Aſſ* ed. Isl. cap. 12. p. 172.

(14) Qvæ hic de Gunnare Hlifæ filio ſemicirculis diſtinximus, librarius qvidam antiqvus autori noſtro, ſcholii inſtar, adjecit, qvo præeunte in ipſum textum poſt recepta ſunt. Occaſionem autem iis ſine dubio dedit *Hænſa-Þoris-Saga* (cap. 10.) his verbis: "Þar (á Gunnarsſtödum á Skógarſtrönd) bió ſá madr er Gunnarr het ok var Hlífarſon, mikill madr ok ſterkr, ok hinn meſti garpr." i. e. *Gunnarſtadis Skogarſtrandiæ habitavit vir, Gunnar nomine, Hlifæ filius, ſtatura magnus, fortis & magnanimus.* Nec non cap. 13. "Gunnarr var allra manna hagaſtr, hann var ok um allt atgerfismadr, ok manna beſt vígr, ok hinn vaſkaſti í öllu." i. e. *Erat Gunnar artium fabrilium præ aliis gnarus, ad omnia præſtans, armorum peritisſimus, ceteraqve promptisſimus.* Inprimis tamen cap. 17. "hann ſkaut allra manna
bezt

Gunnarr at *Hlídarenda* (15), þridi *Steinþór* á *Eyri* (16). *Jófrídr* var XVIII. vetra, er *Þorsteinn* feck hennar]; hún var ekkia; hana (o) hafdi átt fyrr *Þóroddr* son *Túngu-Oddz* (17), ok

(o) *alii* átti.

---

bezt af boga, ok er þar hellzt tiljafnat, er var Gunnarr at Hlídarenda." i. e. *omnium optime arcu jaculabatur, ita ut Gunnari de Hlidarenda ea in arte maxime comparetur.* Plura de Gunnaris Hlifæ filii vita eadem *Hænsa-Þoris-Saga* habet. confer. & infra not. 17.

(15) *Gunnaris* Hamundi filii de *Hlidarenda* genus & vitam prolixe describit *Niála* f. *Nials-Saga*, cujus specimen *Torfæus* (Hist. Norv. T. 2. p. 361.) & *Arngrimus* (Crymog. Lib. II. Geneal. XI. p. 153.) exhibent. Nos unicum tantum, qvod ad exercitia corporis pertinet, *Niálæ* testimonium adscribemus (cap. 15.) "Gunnarr var mikill madr vexti ok sterkr, ok allra manna bezt vígr; hann skaut bádom höndom ok sva hió hann; hann skaut manna bezt af boga ok hæfdi allt þat er hann skaut til; hann vá sva skiótt med sverdi, at þriú synduz á lopti; hann hlióp meir enn hæd sína med öllom herklædom, ok eigi minna aptr enn fram fyrir sik; hann var syndr sem selr; ok ekki var sá leikr, er nockr þyrfti vid hann at reyna; ok sva er sannliga sagt, at hans jafningi hafi engi fæddr verit á Islandi." i. e. *Erat Gunnar statura magnus & robustus manuqve promptissimus, nec minus læva, qvam dextra, sive gladio cominus, sive jaculis eminus esset decertandum; tanta celeritate gladium vibravit, ut tres simul elevati viderentur; omnium optime arcu jaculabatur, nec unqvam aberravit; staturæ suæ mensuram sursum saliendo cataphractus adæqvavit, nec minorem retrorsum qvam antrorsum fecit saltum; natatu cum phocis contendit; nec erat exercitii genus, qvo qvis cum eo posset contendere; ita ut vere dictum sit parem ei in Islandia natum non esse.* Hoc verum, tanta eum armorum peritiæ dedisse specimina, ut historici nostrates neminem memorent, qvi majori cum successu, solus fere, multis plus unà vice restiterit.

(16) *Steinthoris de Eyri* vitam exhibet *Eyrbyggia-Saga*, taleqve inter alia elogium: "Steinþór var til þess tekinn, at hinn þridi madr hafi best vígr verit á Islandi med þeim Helga Dróplaugar-sonom ok Vemundi Kaugur." i. e. *Steinthorem ferunt tertium virum in Islandia fuisse armis promptissimum, præter Helgium & Grimum Droplaugæ filios & Vemundum Kaugur.* Eadem & exqvisitum satis hujus rei documentum exhibet, prælium Vigrafiordense describens, his verbis: "Steinþór hlióp til ok brá skilldi yfir Þórd, er Þórleifr villdi höggva hann; enn annarri hendi

darenda, *tertius* Steinthor *de* Eyri. *Erat* Jofrida, *cum* Thorsteini *nuberet*, *XVIII. annos nata*]; *vidua tamen; eam enim prius in matrimonio habuerat* Thoroddus Tungu-Oddi *filius*,

---

hendi hió hann til Þorleifs Kimba fyrir nedan kne; enn er þetta var tídenda, þá lagdi Freysteinn Bófi til Steinþórs, ok stefndi á hann midiann; ok er haim sá þat, hlióp hann í lopt upp; ok þessa þriá luti lek hann senn, sem nú ero taldir." i. e. *Accurrens Steinthor*, *Thordum*, *qvem Thorleifus ictu petebat*, *obtegit scuto*, *altera autem manu Thorleifum Kimbium infra genu percussit; cumqve hæc agerentur*, *Freysteinn Bosius Steinthorem hasta petit*, *medium trajecturus; qvod hic*, *ut vidit*, *levato sursum corpore evitavit; hæc tria*, *qvæ jam recensuimus*, *una fecit*. Auxilium, qvod Steinthor Havardo, in vindicanda filii, Olai Biarnyl dicti, injusta cæde, præstitit, prolixe describit *Isfirdinga-Saga* (ed. Isl. p. 44. 50. &c.), qvod hujus loci non est. Nostrum tantum est monere, adducta hactenus testimonia, qvorum singula suos ut armis promptissimos prædicant, de diversis temporibus aliqva ex parte esse intelligenda, ut sibi plene constent.

(17) *Thoroddi* cum Jofrida matrimonium supra (nota 13.) satis evictum est. Ejus autem occasionem hanc refert *Hænsa-Þoris-Saga* (cap. 16 & 17.): Oddus Thoroddi pater prædium Ornolfsdalense, veteri possessore cum omnibus suis ferali igne absumpto, per vim sibi asserere constituerat. Gunnar autem Hlifæ filius, hoc audito, habitaculum Ornolfsdalum transfert, vastatasqve incendio ædes de novo refecit, qvo maximum in se Oddi concitavit odium. Cumqve hæc agerentur, Oddi filius Thoroddus filiam Gunnaris Jofridam uxorem ambiit, sed, ob hostilem Gunnaris in Oddum patrem animum, repulsam tulit. Paulo post Oddus 90 viros collegit, occupato Gunnarem prædio depulsurus. Tum vero Thoroddus, cum manipulo militum, Gunnarem prior accedit, de patre brevi superventuro certiorem facit, nuptiasqve filiæ denuo, & modeste qvidem, petit. Hoc permotus periculo, maxime tamen Thoroddi spectata in se suosqve integritate & fide, filiam ei Gunnar desponsat, qvo facto Thoroddus venienti mox patri transactionem extorsit, plenamqve Gunnari securitatem præstitit. Oddi Tungensis genus recenset *Landnama-Saga* (ed. Isl. p. 17. 24. 76.). Tumultus ejus forenses geminumqve prælium cum Thordo Gellere commissum tangit *Arius frode* (Libri de Islandia cap. 5.), plenius autem describit *Hænsa-Þoris-Saga*. Qvo successu liti, inter Steinarem Aunundi & Thorsteinem Egilli filios agitatæ Oddus se immiscuerit, *Egils-Saga*, circa finem, & ex hac nostræ, ad cap. 5. autoris, notæ docent. Qvædam & de eo habet *Bardar-Saga Snæfells-áss* (cap. 11. 12. ed. Isl. p. 171. 172.), qvæ qvomodo se habeant, hic excutere non vacat.

Digitized by Google

ok var þeirra dóttir *Húngerdr*, er (18) þar (p) feddiz upp at *Borg* med *Þorſteini*. *Jófrídr* var ſkörúngr mikill. Þau *Þorſteinn* átto margt barna, ok koma þó fá vid þeſſa ſögu. *Skúli* var ellztr ſona þeirra (19), annarr *Kollſveinn*, þridi *Egill*.

II. Cap.

Eitt ſumar er (q) þeſſ getit, at ſkip kom af hafi í *Guf-ár-ós* (20). (r) *Bárdr* het ſtýrimadr, norrænn at ætt, audigr (s) at fe, ok helldr vid alldr; hann var vitr madr. *Þorſteinn* bóndi reid til ſkips, ok red jafnan meſtu (21), (t) hver

(p) *iid.* vox. (q) C. S. þat ſagt. (r) C. S. & *chartis* Bergfinnr er nefndr St. fyrir ſkipinu. (s) *al. add.* madr. (t) C. S. hvar.

---

(18) Ita etiam *Landnama-Saga* (Lib. I. cap. 20. ed. Havn. p. 46. & Lib. IV. c. 12. ib. 318.) & autor noſter infra cap. XI.

(19) Filiorum Thorſteinis recenſum longe alium *Egils-Saga* inſtituit (cap. ult.) his verbis: "Grímr var ellztr ſona Þórſteins, annarr Skúli, þridi Þórgeyr, fiórdi Kollſveinn, fimti Hiörleifr, ſetti Halli, ſiaundi Egill, áttundi Þórdr; Þóra het dóttir þeirra, er átti Þórmódr Kleppjárnsſon." i. e. *Inter filios Thorſteinis Grimus natu maximus fuit, ſecundus Skulius, tertius Thorgeir, qvartus Kollſveinn, qvintus Hiorleifus, ſextus Hallius, ſeptimus Egill, octavus Thordus; filia ejus Thora fuit, Thormodo Klepjarnis filio nupta;* re tamen vera *Egils-Saga* autori noſtro non contradicit, qvippe qvi plures Thorſteinis liberos fuiſſe agnoſcit; ex his autem tres tantum filios filiamqve unam exempli loco nominare voluit; reliqvis, qvod ſcriptionis ſcopum non tangerent, omisſis. Nec errori imputandum, qvod Skulium maximum natu conſtituerit; id enim de eis tantum, qvos ipſe recenſet, Thorſteinis filiis, eſt intelligendum; idqve *Egils-Saga* confirmat, qvæ & ipſa Skulium Kollſveine & Egille natu majorem ponit.

(20) Oſtia fluviorum & rivorum, non tantum in prima Islandiæ occupatione, ſed & longo poſt tempore, portuum vicem ſuſtinuiſſe innumera exempla docent, qvorum nonnulla *Th. Nicolai* collegit (in Diſſ. de commeatu Isl. navali p. 76. 77.). Idem

Digitized by Google

filius, eorumqve filia fuit Hungerda, Borgæ *apud* Thorſteinem *educata.* Jofrida *inſignis virago fuit, multosqve ex ea* Thorſteinn *liberos ſuſcepit, qvorum tamen paucisſimi hanc narrationem tangunt. Filiorum natu maximus erat* Skulius, *alter* Kollſveinn, *tertius* Egill.

Cap. II.

Æſtate qvadam navis ex alto advecta in oſtium amnis Gufaæ *appuliſſe traditur. Gubernator* Bardus *vocabatur, genere Norvegus, dives opum, ætateqve provectior, ſed ſapientia valens.* Thorſteinn *ad ſtationem navis eqvo vectus, qvâ alias in*

Idem conceptis verbis *Egils-Saga* teſtatur (cap. 39.): "var þá vída höfd uppſát kaupſcipom í ár, eda í lækiar-óſa, eda í ſiki." Nec rationes deerant; vel qvod, fluviorum ope, facilior ad interiora regionis aditus pateret; vel qvod valles, & loca fluminibus vicina, maxime qvippe culta, commerciis eſſent aptisſima; vel deniqve, qvod oſtia fluviorum, navibus, ubi opus erat, veteri more ſubducendis commodisſima eſſent. Nullum igitur dubium eſt, qvin ſaltem de qvibusdam horum oſtiorum navibus aptandis ſolliciti eſſe Islandi debeant, ſi commeatum navalem, qvalem majores habuere, reſtituere unqvam feliciter velint. Portum autem oſtii Gufäenſis præter autorem memorant *Olafs-Saga* (ed. Isl. Lib. II. p. 63.), *Landnama-Saga* (ed. Havn. p. 40.), *Biarnar Saga Hytdæla-Kappa*, *Egils-Saga*, & plures.

(21) Antiqvam fuiſſe Islandis conſvetudinem aliunde advectos ſtatim adire, & qvæ notatu digna in exteris accidiſſent ſtudioſe ſciſcitari, novitatis ſvadet amor omnibus facile communis. Innuit & id *Þordar-Saga Hredo* (ed. Isl. c. 3. p. 61.) Thordum inducens, Eyulfo, longiorem ſolito acceſſus cunctationem excuſare volenti, hæc regerentem: *Mihi contra relatum eſt, ſolennem incolis morem eſſe, ut ad mercatores exteros, qvam primum poſſunt, feſtinent, nova percontaturi.* Haud tamen qvilibet ſine diſcrimine plebejus mercatores primus adire facile auſus eſt, ſed ſolis viris principibus id honoris inprimis deberi putabatur. Indicat & id Eyulfus (loc. cit.), *receptum eſſe,* obtendens, *ut primus naves adiret, & ex mercibus deligeret, qvæ maxime placerent, ex mercatoribus autem qvos præ cæteris vellet hoſpitio per hiemem excipere; qvod & Thordus inſignis opulentiæ indicium eſſe confeſſus eſt:* "qvad þat vana,

Digitized by Google

vang, at hann kiæmi fyrstr til skips, ok tæki þat af varningi sem hanum likadi, sva tæki hann ok af kaupmönnom, sem hann villdi, til vistar. Þórdur qvad mikit um rikilæti hans." Consentit Skeggii Midfiordensium Toparchæ colloqvium cum eodem Eyolfo, ut Thordum & socios prior adiret, qvosqve vellet eorum hospites sibi seligeret, hortante (loc. cit.): *Multis identidem experimentis didici, summos in omnibus honores te mihi deferre; nunc igitur vicissim tibi id honoris referam, ut qvos velis mercatorum hospites tibi eligas.* Ita etiam *Vatnsdalensium Historia:* (cap. 17.) *solebat*, inqvit, *Ingemundus*, Vatnsdalensium tunc temporis princeps, *mercatores inter primos adire, & ex mercibus, qvantum placeret, sibi pacisci.* Multæ rationes erant, cur viri in Islandia principes hanc sibi mercium hospitumve optionem deposcerent; & qvidem 1) familiæ sumtuumqve magnitudo, multo commeatu mercibusqve multis indigens. Erant 2) haud raro inter eos, qvi in Islandia negotiari solebant, multi optimatum Norvegicorum vel filii vel cognati; Etenim viros vel maxime spectabiles mercaturam tunc temporis secutos esse, varia exempla docent, in *J. Erici Disqvis.* de peregrinationibus (p. 44-48.) collecta, & *Speculi Regalis* autor (pag. 17.) diserte testatur (conf. *Sperling.* de bapt. ethnic. pag. 176.). Tales autem, ut homuncionum hospitiis excipi parum erat conveniens, ita contra optimates Islandiæ, & sibi in exteris gloriam, & tantorum virorum amicitiam, his hospitiis qvæsiverunt. Accedit, qvod exteros, ludis, qvi optimatum maxime auspiciis, per hiemem exerceri solebant, celebritatem, conviviis gratiam, heri autem comitatui splendorem & robur addituros esse haud abs re ominarentur. Nec aliud exempla svadent. Certum enim est Norvegos, id temporis, non tantum exercitiis corporis excelluisse, sed etiam, in Islandia hiemantes, ludis freqventes interfuisse, paremqve spectantibus admirationem ac voluptatem sæpe attulisse. Similis in conviviis publicisqve consessibus inter Norvegos festivitas; His enim, æqve ac Islandis, solenne fuit, instituta majorum, resqve eorum ac suo tempore gestas, inter epulas narrare, unde certe haud exigua tam publicæ qvem privatæ prudentiæ accessio audientibus facta; Imo fatendum est, his etiam Norvegorum relationibus magnam deberi historicæ illius scientiæ partem, qva Islandi olim gavisi sunt. Nobilium Islandorum comitatui splendorem & robur hospites hosce exteros attulisse *Svarfdæla-Saga*, *Viga-skuto-Saga*, *Niála*, *Gunnars-Saga þidranda-bana*, aliiqve haud pauci Islandiæ veteris historici docent, plurima horum suggerentes exempla, qvi heri dignitatem, occasione data, non solum strenue tutati sunt, sed pro hac vindicanda vitam etiam haud raro profuderunt; id enim hospitii religio postulavit, ut patremfamilias in publicum procedentem, satellitum, pugnam obeuntem, militum loco, hospites stiparent; eaqve ex causa dici paucis non potest, qvanti, in dissidiis Islandorum civilibus, momenti hospitia ista fuerint, qvantoqve sæpius ambitu qvæsita. 3) Tertia hujus hospitiorum optionis ratio, qvam prius tetigimus, rerum gestarum notitia erat; Hoc enim scientiæ

Digitized by Google

ſcientiæ genus veteres Islandi cenſuere, non magno ſolum ornamento principibus viris eſſe, ſed his etiam, præ plebe, deberi. Res qvod attinet intra patriam geſtas, de Thorſteine Ingemundi filio Vatnsdalenſium principe *Vatnsdæla-Saga* (cap. 31.) refert, *qvod omnes, ex aliis Islandiæ partibus ultro citroqve commeantes, debitum ſibi duxerint, eum primum omnium convenire, eiqve narrare qvæcunqve nova acciderint*: "ſkylldt þótti þat öllom utan heradz mönnom, at hitta Þorſtein fyrſtann, ok ſegia hanum öll tídendi, ok þat til nylunda vard." Idem & de aliis valet veteris Islandiæ proceribus, magnoqve his uſui fuit in legibus ferendis, judicii exercendis, & omni reipublicæ patriæ adminiſtratione. Verum nec minoris, hoc tempore, Islandorum optimatibus neceſſitatis erat rerum peregrinarum, vel intima, cognitio, qvam tanta etiam aviditate in Islandia qvæſitam eſſe, præter alios *Hungurvaka* docet, ut *univerſa Comitiorum concio, qvam primum Magnum Epiſcopum ab exteris reducem adeſſe comperit, judicia, & cauſas qvæ tum forte diſceptabantur, reliqverit, & ad eum confluxerit, donec nova, qvæ, dum peregre egerat, in Norvegia acciderant, palam narraverat.* Neqve id mirum. Reipublicæ enim Islandicæ, contra vicinos, Norvegos, Anglos, & Scotos, multo potentiores, unica erat, qvæ in conſiliis, vis; unica ſecuritas exiſtimatio illa, qva civium qvidam in finitimorum principum aulis fruebantur; amicitia, qvam cum circumjectarum regionum præcipuo qvovis & optimo colebant; notitia deniqve de vicinorum rebus exactisſima, moliminibus qvippe hoſtilibus, ſi a vicinis agitarentur, & mature prævidendis & prævertendis apta. Huc inter alia freqventes illæ ſpectarunt veterum Islandorum peregrinationes; & hæc utiqve principalis cauſa eſt, cur hiſtoriarum ſcribendarum ſtudium, ſtante Islandorum republica, tantopere floruerit, cadente vero, uno velut afflatu ſit exſtinctum, ſi paucisſimos tantum ſingularis eruditionis & diligentiæ viros excipias. Agnovit hoc *Torfæus*, multamqve id adhuc meretur diſqviſitionem, hic non interſerendam. Sufficit hactenus dicta ſatis cauſarum præbere potuiſſe, cur maximi qvilibet Islandiæ viri tali mercatores exteros ſæpius proſecuti ſint affectu, qvalem in Skulio Thorſteinis filio *Biarnar-Saga Hitdæla-Kappa* (cap. 2.) prædicat: "Skúla bóndi reid til ſkips, ok baud þegar Kaupmönnom til ſín, þvíat hann hafdi vanda til þeſſ at taka miök Kaupmenn, ok eiga gott vinſeingi vid þá." i. e. *Skulius ad navim profectus eſt, ſtatimqve mercatores ad ſe invitavit, tales enim excipere hoſpitio, arctamqve cum iis colere amicitiam ſolebat.* Nec Islandi hoc, qvicqvid fuit, operæ Norvegis aliisve exteris gratis locarunt; hi enim eorum filiis, cognatis vel amicis, ex Islandia ſecum peregre profectis, maxima ſæpius præſtitere beneficia, iisqve jam conjugia nobilisſima, jam Regum & principum exterorum gratiam, conciliarunt; ut nihil nunc de pace externa dicamus, præter oppugnandi difficultatem, ſimilesqve rationes, hujus etiam amici convictus ope, reipublicæ Islandicæ (ſi privatas tantum exterorum qvorundam cum Islandis ſimultates

Digitized by Google

tates exceperis) per tot secula servata, donec suis ipsa bonis nimium qvantum insolens, in propriam perniciem arma stultissime vertit. Cæterum qvamvis hæc ita sint, contra tamen interdum evenit, ut mercatores exteri magnas plebi Islandicæ inferrent injurias, multaqve vi grassarentur. Hoc, inter alios, *Viga-glums-Saga* prodit (ed. Isl. cap. 1. p. 180.) de Ingialldo Helgii Macri filio referens: *Erat ingenio protervo, torvo, fero, & pertinaci; mercatores peregrinos parum curavit, horum qvippe insolentiæ exponi detrectans; unde si qvid mercium appeteret, alios, qvi emerent, misit, ipse autem eos convenire noluit.* Hinc a prima statim Islandiæ occupatione, coloniarum ductores, generis, auspiciorum, occupationis, priorisve natali in terra imperii, titulo, jurisdictionem, qvam vocant, patrimonialem in advectos secum comites eorumqve posteros, plurimis in locis, exercentes, operam semper suam eo contulisse deprehenduntur, ne mutuis inter incolas & mercatores injuriis frena laxarentur; horumqve ideo præcipuos ad se recepisse, qvo facilius præsentes in obseqvio continere, mutuaqve eis incolarum officia asserere possent. Eadem de causa, inter alia, qvæ primus Legum Islandicarum Codex Ulfliotianus ordinavit in publicum utilia, hoc etiam fluit, ut Pontifices, qvi sacris faciendis juriqve in qvolibet territorio dicundo præficiebantur, (*Goda* vel *Hofgoda* veteres vocavere), mercantium licentiam cohiberent, justum mercibus pretium statuerent, modum tempusqve mercandi condicerent, & mercatoribus vicissim hospitia, & aliud qvodvis, si opus esset, necessitatis vel officii genus prospicerent. Cumqve Thorsteinem Egillis filium, de qvo hic autor noster, Pontificis munus hæreditario post patrem jure accepisse *Egils-Saga* doceat, facile patet ratio, cur & mercatores qvantocius inviseret, & mercatum sua dirigeret auctoritate. Hoc Pontificum in mercaturam arbitrium in *Supplem.* ad *Joh. Arnæi Processum Island.* (p. 476.) dudum indicatum est; hic autem probabimus; cumqve Codex Legum Ulfliotianus perierit, historicorum ejus ævi testimoniis utemur. In his *Gunnars-Saga-Kelldugnups-Fifls*, *Thorgrimus*, inqvit, *Pontifex ad navim venit pretium mercibus constituturus, renuit autem navarchus, sibiqve soli, ut rerum suarum, ita pretii arbitrium esse contendit. Thorgrimo vero hoc adeo displicuit, ut omne cum eo & sociis commercium, omnem venditionem permutationemve prohiberet.* "Þorgrímr Godi reid til skips, ok villde leggia lag á varning Kaupmanna; enn Bárdr villdi þat eigi, ok kvedz siálfr vilia ráda verde á varningi sinum; enn Þorgrími líkadi þat illa, ok bannadi hverjum manni at eiga vid þá skipti eda kaup." Similia *Hænsa-Þoris-Saga* (cap. 2.) de Oddo Tungensi refert: "Oddr var vanr í fyrra lagi í kaupstefnur at koma, ok leggia lag á varning manna, þvíat hann hafdi heradzstiórn; þótti engum dællt fyrr at kaupa, enn vissi, hvat hann villdi at gera. Nú hittir hann kaupmenn ok frettir eptir, hversu þeir ætla sína ferd, edr hve skiótar saulor þeir villdo hafa." i. e. *Oddus mercatum inter primos adire, pretiumqve mercibus statuere solebat, cum in eo territorio magistratum gereret; nec qvis incolarum facile sustinuit auctoritatem ejus*

mercando

Digitized by Google

mercando prævertere. Nunc igitur, pro more mercatores adit, & qvæ itineris ratio, qvæ mercandi festinatio proposita esset, rogat; Cum autem superbum tulisset responsum: *publice* inqvit, *edico, ne qvis vobiscum commercia exerceat, merces vestras alio transferat, aliave vobis auxilia præstet; qvi secus faxit, mulctator:* "er því at lysa, at ver bönnom öllom mönnom kaup vid ydur at eiga; ok sva flutningar allar; sva at ek skal se af þeim taka, er ydur veita nockora biörg." Novo apud Islandos legum Codice *Gragás* postea promulgato, hæc Pontificum in mercaturam potestas non tantum illibata perstitit, sed novis etiam juris præsidiis est aucta. Plura hujus rei sunt in hoc Codice documenta, qvam ut commode hic recenseri singula possint. Indicii loco sufficit *Sturlunga-Saga*, eorum temporum historiæ, narratio, qvæ Snorronis Sturlæi cum nauclero Orcadensi contentionem de pretio mercibus statuendo, ortumqve inde prælium, prolixe describit (Lib. III. c. 19. unde sua de eo *Torfæus* hausit Orcad. p. 152.). Eadem & alio loco (Lib. III. c. 9.) de Kolbeine Thomæ filio, Skagafiordensium Toparcha, refert, qvod, *annona ingravescente, conciliabulum suorum coegerit, publiceqve sanxerit, ne qvis mercatoribus exteris hospitia biberna minori pretio concederet, qvam qvod ipse, multa indicta, constituerat; eoqve invento subditos hospitiorum onere levaverit, cum mercatores in locis ditioni ejus subjectis biemare, ob pretii magnitudinem, nollent:* "þá var hallæri mikit-þá var Kolbeinn Tumason höfdingi í Skagafirdi, ok hafdi hann fund at því vid heradzmenn, at þeir skylldo eigi taka minni forgift, enn hann qvædi á, ok lagdi se vid; Austmenn vistuduz þvi eigi vestur um heidi." Alia scientes omittimus. Sublato in Islandia regimine aristocratico, hoc qvicqvid fuit in mercaturam imperii ad magistratus regios, qvi Pontificibus successere, migravit. Singulorum seculorum seriem perreptare opus non est, cum continuus omnium fuerit usus; talem autem fuisse, cum civitates Hanseaticæ, Hamburgenses inprimis, post Christiani IIdi tempora, mercaturæ in Islandia exercendæ privilegium obtinuissent, Consult. *P. Widalinus* (in Commentario de voce Maurk MSto §. 24.) annotavit, his verbis: *Nullum erat mercibus peregrinis vel Islandicis pretium legibus definitum; unde qvilibet toparcha,* (Syslomann vocamus), *singulos toparchiæ suæ portus invisere qvotannis solebat; qvam primum se institores composuissent, mercesqve expedivissent; hic cum institore de pretio transegit, pactumqve palam proclamavit, eo anno valiturum.* Seqventi tempore, postqvam mercium, qvibus in Islandia negotiatio fit, pretium auctoritate regia publice est constitutum, id semper fuit, estqve adhuc toparcharum officium, ut merces qvotannis inspiciant, qvasqve plane reprobas invenerint, judicialiter obsignatas, vendi prohibeant, vitiatis autem, si eis carere incolæ neqveant, pro re nata pretium minuant.

Digitized by Google

hver kaupstefna var, ok sva var enn. *Austmenn* (22) vistuduzc her ok hvar, enn *Þorsteinn* tók vid styrimanni, fyrir þvi at hann beiddizt þángat at fara, (u) ok var (x) fálátr jafnan um vetrinn, enn *Þorsteinn* veitti hanum vel. Austmadr hendi mikit (y) gaman at draumom. Um varit einn dag ræddi Þorsteinn um vid (z) hann, ef hann villdi rída med hanum upp undir *Valfell* (23); þar var þá þíngstöd þeirra *Borgfirdinga* (24); enn Þorsteini var sagt, at fallnir væri búdarveggir hans (25). Austmadr qvedz þat [vist] vilia,

(u) *chart.* Bárdr. (x) C. S. fataladr of *in loqvendo parcus.* (y) *al.* mark *pretii.* (z) *iid.* Bárd.

---

(22) Vox in genere viros significat ad orientem habitantes, vel ab oriente advectos. Hinc, *Verelio* (in Ind. Lingvæ Scytho-Scand.) annotante, Sveci Norvegis *Austmenn* sive Ostmanni dicti; Dani autem & Norvegi, imo & Germani, Anglis Scotis & Hibernis, qvod præter alia *Waræi* testimonium, a *Torfæo* (Orc. p. 44.) productum, nec non *Giraldus* (Topogr. Hib. Dist. III. c. 43. Coll. Camd. p. 750.) probant conf. *Cangii* Glossarium Latinum Voce *Ostmanni*. Sæpissime tamen Norvegi Islandis *Austmenn* appellantur; qva appellatione cum plenæ sint omnes historiæ, plura de ea dicere opus non est; interim conferri potest Lexicon *Bussæi* ad *Arium* Polyhistorem voce *Austur*. Præ cæteris autem notari meretur, ipsos interdum Norvegos se hoc nomine vocasse, teste Carmine autoris Norvegi de prælio Hafursfiordensi, a *Sturlæo* servato, in qvo Haraldus pulchricomus: alvalldr Austmanna. i. e. *Ostmannorum Dominus* appellatur, notatione ad Islandorum, Færöensium, Orcadensium aliorumqve occidentalium morem formata. Contra autem Islandi Hibernos eisqve vicinos, Scotos inprimis & Orcadenses, *Vestmenn*. i. e. occidentales, vocarunt, unde etiam *Vestmanna Eyar*, a servis Hibernis ibi occisis, nomen adhuc retinent (*Landnama-S.* Lib. I. c. 7. ed. Havn. p. 17.)

(23) *Membrana Havniensis*, qva usi sumus, *Vallfell* habet; chartarum vero qvædam *Vatzfell*, aliæ *Vallfall*, aliæ deniqve, ut & Codex Svecicus, *Valfell*, qvod retinuimus, *Bandamanna-Sagæ* consensu inducti; hæc enim (ed. Isl. cap. ult. p. 14.) monticulum ejus nominis, haud multis a prædio Borgensi stadiis situm, memorat.

(24) *Arius Polyhistor*, libri de Islandia cap. 5. (ed. Bussæi p. 26.), *Landnama-Saga* (Lib II.

Digitized by Google

in ordinandis nundinis pollere solebat auctoritate, hic etiam usus est. Ostmanni *hic illic hibernis excepti sunt, navis autem magistrum* Thorsteinn *recepit, qvod apud eum divertere petierat; sed qvamvis a* Thorsteine *liberaliter haberetur, magna tamen ex parte hiemem tacitus egit, nisi qvod in somniis multum delectationis poneret. Die qvodam sub veris initium* Thorsteinn *eum compellavit, ut secum ad montana,* Valfelliam *versus, eqvitare vellet; ibi tunc temporis locus erat, foro* Borgfiordensium *dicatus;* Thorsteini *vero relatum erat, tabernæ suæ parietes collapsos esse.*

D 3 *Annuit*

(Lib. II. c. 19. ed. Havn. p. 115.) consentiente, forum Borgfiordensium, anteqvam Islandia in qvadrantes divideretur, Thingnesiæ celebratum, & *þing-ness-þing* inde vocatum tradit; simul autem aperte indicat, hunc judiciorum locum, suo tempore, jamdudum mutatum fuisse. Nec contradicit autor noster, sed tantum monstrat, eam mutationem seculo decimo vergente jamtum factam, novumqve forum ad monticulum *Valfell* institutum esse. Id autem vel statim in ipsa Qvadrantum divisione, qvippe qvæ novam judiciis induxit formam, vel paulo post, factum esse necesse est; tempora enim qvæ autor hic describit, supremi judicii, qvod *fimtardóm.* i. e. Qvintum judicium vocarunt (*Arnesens* Isl. Retterg. p. 316.), institutionem, & factam ea occasione novam judiciorum inferiorum mutationem, antevertunt.

(25) Cum omnia olim judicia Islandorum publica sub dio celebrarentur, multosqve dies continuos durarent, aëris intemperies, ipsæqve ideo leges, refugii cujusdam qværendi necessitatem veteribus Islandis imposuere. Hinc tabernæ in locis judiciorum exstructæ, qvæ congestis humo & lapide parietibus constabant, superne tecto, sæpius tamen pannis, obductis; intus autem, nunc aulæis, nunc panno domestico, ut cujusvis conditio ferebat. Foro finito aulæa, omni cum apparatu, domum revecta, nudosqve parietes relictos esse, & res ipsa postulat, & Valgardi qverela docet, in *Supplem.* ad *Arnæi Procesf. Island.* (p. 474.) ex *Nials-Saga* relata. Istæ autem tabernæ primo conventus die ut plurimum instruebantur. Interdum tamen pridie instructas præter alios *Egils-Saga* tradit: "Þorsteinn kom til þings nótt fyrr enn adrir menn, ok tialldadi búd sina, ok sva þingmenn hans, er þar átto búdir." i. e. *Thorsteinn in locum judicii die prior aliis venit, tabernamqve suam tecto & aulæis instruxit; idem & illi subditorum fecere, qvi tabernas ibi habuerunt.*

De

Digitized by Google

vilia, ok rido þeir heiman of dagin III. ſaman, ok húskarlar Þorſteins, til þeſſ er þeir kvomo upp undir *Valſell*, (a) til bæiar þeſſ er at (b) *Greniutn* heitir; þar bió einn felítill madr, er *Atli* het; hann var landſeti *Þorſteins*, ok beiddi *Þorſteinn Atla*, at hann færi med þeim til ſtarfs, ok hefdi med ſer pál ok rekur. Hann gerir ſva. Ok er þeir koma til búdartóptanna, þá tóko þeir til ſtarfs allir (26), ok færdo

(a) *iid. add.* rido ſva, *& inde porro* &c. (b) *ita chartæ rectius, villula enim in hoc tractu adhuc extat,* Greniar *dicta. Membr. Havn. habet:* Grennum.

De foro qvodam provinciali hæc agunt, unde ex iis & ſimilibus aliis veterum teſtimoniis apparet, præter toparchas, colonorum qvosdam ſuas ibi ſub *Ulflioti* lege tabernas habuiſſe; ipſorum tamen arbitrio id relictum fuiſſe indicare videtur huic ſuccedens, eamqve ſine dubio imitatus, novus Legum Codex *Gragás* Lib. II. ſtatuens, *ſingulos, qvi toparchiæ cuivis ſuberant, tabernas ſibi in foro, ſi vellent, exſtruere debere:* "þingmenn allir eigo at gera ſer búdir þar er þeir ero í þingi, ef þeir vilia"; unde haud plebejum qvemlibet, ſed inſigniores tantum, & in his proprietarios, ſuas habuiſſe, hisqve tenuiores ſuſcipi ſolitos facile concluditur. Multæ harum ſpatioſæ ſatis fuerunt, licet eam non facile æqvaverint, qvam *Egils-Saga* tradit Thorſteinem Egilli patri inſtruxiſſe, octuaginta armatorum capacem. In Comitiis Islandiæ ſimilis erat tabernarum ſtructura, ſimilis ratio: Opulentisſimus qvisqve, licet privatus, ſuam pro lubitu habuit; necesſitas autem habendi ſolis Pontificibus vel toparchis lege erat impoſita, qvippe qvi omnes toparchiæ ſuæ incolas, comitia vel ſponte, negotiorum cauſa, petentes, vel eo a ſe vocatos, taberna ſua excipere, victumqve eis interea præbere tenebantur; egregio pauperibus, qvi lites ibi habuerunt, levamento, per tributum publicum, qvod *þíngfararkaup* vocabant, toparchis repenſo. Teſtis dictorum *Gragás* (Lib. I.) non univerſim tantum jubens: *toparchæ ſui tabernam petant, qvibus in Comitiis res eſt:* "þíngheyendur ſculo fara til búdar med þeim goda, er þeir ero í þíngi med"; ſed & multam indicens, toparchæ, ſi hoſpitium victumqve negaret, colono, ſi his a toparcha oblatis, ad negotia forenſia vocatus venire recuſaret. Tertius qvisqve colonorum toparcham ad comitia ſeqvi hac ex lege tenebatur, unde facile intellectu, qvantæ capacitatis toparcharum tabernæ tunc temporis fuerint. Certæ hic

Digitized by Google

Annuit Ostmannus, eoqve facto, tres una, præter domesticos Thorsteinis, Valfelliam, *atqve inde villulam* Grenias *vocatam, eqvis vecti petunt. Habitavit ibi pauperculus qvidam, cui* Atlius *nomen*, Thorsteinis *colonus; qvem ideo* Thorsteinn *rogavit, ut se operis socium adjungeret, palamqve secum & ligones adferret. Is dicto audit. Cumqve ad rudera tabernæ ventum esset, omnes una opus agressi, parietes reficiunt.* *Aër*

---

hic tabernæ certas interdum seqvebantur toparchias, ut *Hladbúd* Snorrungorum toparchiam (*Sturlunga-S.* Lib. 5. cap. 39.); nominaqve certa habuere, jam a loco, structura vel amplitudine, qvo referenda *Byrgis-bud*, nec non *Valhallar-dylkr*, qvasi Valhallæ filiam dixeris (ib. Lib. 5. cap. 48.); jam a possessoribus, qvales *Nials-Saga* memorat Dalamannorum, Mödruvellingorum, Nordlendingorum, Rangæringorum, Ölvesingorum & Skagfirdingorum tabernas (cap. 112. & 135.), *Sturlunga Saga* vero (Lib. 5. cap. 21.) *allzheriar-bud*, qvo nomine intelligimus tabernam, qva usus est Pontifex, in cujus ditione Comitia Universalia, *allzheriar-þing* dicta, celebrabantur, *allzheriar-godi* ideo appellatus, (conf. *Arnes.* Isl. Rettr. p. 476.). Deniqve & opifices omnis generis, machæropoeos, sutores, cerevisiæ coctores, & alios, suas hic tabernas habuisse antiqvitates memorant, ita ut comitiorum locus, his durantibus, oppidi speciem referre hoc tempore potuerit. Hodie conventus Islandorum judiciales sub dio amplius non habentur, excepto tantum foro generali, qvod *alþing* vocamus; unde hic solum adhuc viget tabernarum, qvales jam descripsimus, usus. Hæ structuram qvidem veterum imitantur, earum vero nec amplitudinem servant nec numerum, cum plurimi tentoriis utantur. Cætera de his conf. *Arnæi* Process. Isl. p. 449, & monita ad lectorem huic præmissa p. 8.

(26) Ne qvis miretur Thorsteinem, virum nobilissimum, ignobili adeo labori manus admovisse, sciendum est, eam fuisse antiqviorum seculorum simplicitatem, ut optimates ipsi eorumqve filii omnes labores domesticos obire, artesqve manuarias exercere haud dedignarentur. Testis hac in re *Egils-Saga* de Skallagrimo Kveldulfi Ducis filio: "hann var snemma umsyslomadr, ok hagr vid tre ok járn, ok gerdizt hinn mesti stórsmidr." i. e. *Erat is a teneris laboribus domesticis admodum intentus, artiqve fabrili tam lignariæ qvam ferrariæ deditus, donec tandem maximi nominis faber evaderet.* Suffragatur *Liosvetninga-Saga* (cap. 5.) Gudmundi Opulenti alumnos sive satellites describens: "þat var ok sidr hans, at láta löngum vera med ser göfigra manna sonu,

Digitized by Google

færdo út veggena. (c) Vedrit var heitt af sólu, ok vard þeim *Þorsteini* ok Austmanni erfvitt. Ok er þeir höfdo útfært veggina, þá settuzt þeir *Þorsteinn* nidr ok *Bárdr* í (d) búdar-dyrnar, ok sofnadi *Þorsteinn* ok let illa í svefni. *Bárdr* sat hiá hanum, ok let hann nióta draums sins (27), ok er hann vaknadi (e) var hanum erfidt ordit. Austmadr spurdi hvad hann hefdi dreymt, er hann let sva illa í svefni? *Þorsteinn* segir: ecki er marc at draumom. Ok er þeir rido heim um kvelldit, þá spyr austmadr ſenn at, hvat hann hefdi dreymt? *Þorsteinn* svarar: ef ek segi þer draum minn, segir hann, þá skalltu ráda hann sem hann er [til]. *Bárdr* qvedz á þat hætta mundo. *Þorsteinn* mællti þá: þat dreymdi mik, at ek þóttunzt heima væra at *Borg*, ok uti fyrir karldyrom, ok sá ek upp (f) á húsinn, ok á mæninum álpt eina (g) fagra ok væna, ok þóttunzt ek eiga, ok (h) þótti mer all-gód. Þá sá ek fliúga ofan frá fiöllonom örn einn mikinn, hann fló hingat, ok settizt hiá

(c) *C. S. seqventia addit, qvorum loco chartæ habent:* sem þeir höfdo nu uppkomit veggionom *utqve jam parietes erexerant.* (d) *C. S.* budartoptina *in area tabernæ.* (e) *al.* geck. (f) *iid.* í himininn *in coelum.* (g) *iid.* hábeina ok fagra, *altis pedibus &* (h) *al.* var *eratqve optimæ notæ.*

---

sonu, ok setti þá sva ágiætliga, at þeir skylldo eingann lut eiga at ydia, enn vera ávallt i samsæti med hanum; enn þat er þó sá sidr þeirra, er þeir varo heima, at þeir vunno, þó þeir væri af göfgom ættom." i. e. *mos etiam ei fuit qvosdam semper nobilium virorum filios secum habere, hosqve opulenter adeo tractavit, ut nihil eis aliud operæ esset, qvam eum seqvi, mensæqve ejus interesse; Consvetudo tamen & his fuit, cum domi essent, labores domesticos obire, qvamvis nobilibus essent natalibus orti.* Idem & de Ingemundi Grandævi filiis refert *Vatnsdalensium historiæ* autor (cap. 22.), qvamvis simul haud obscure qvestus, talem in magnis viris industriam suo seculo jam tum evanuisse cæptam: "Synir Ingimundar skipto med ser verkom,

Digitized by Google

Aër forte sole plurimum incaluerat, ita ut Thorsteinn *& Ostmannus haud parum lassarentur.* Thorsteinn *ergo, postqvam parietes erexerant, in foribus tabernæ cum* Bardo *consedit, somnoqve correptus, valde agitabatur. Assidebat* Bardus, *somniumqve ei indulgebat; tandem vero ille sua sponte expergefactus, difficilem, anhelantis instar, spiritum duxit. Tunc Ostmannus, qvid somniasset, rogat, cum per somnum adeo agitatus fuisset?* Thorsteinn *respondit: nullam inesse somniis veritatis notam. Cum autem sub vesperam domum eqvitarent, iterum Ostmannus rogat, qvid somniasset?* Thorsteinn *respondit: si somnium meum tibi dicam, id, sicut res est, interpretator.* Bardus *id suo fore periculo spondet. Tum* Thorsteinn: *Videbar, inqvit, mihi per somnium domi* Borgæ *constitutus, & qvidem ante fores per qvas domestici qvotidie eunt, utqve ædes forte suspexi, insidentem cacumini vidi olorem venustum & spectabilem, qvem possidere videbar, plurimumqve eo delectari. Mox evolantem vidi ex montanis aqvilam ingentem; Ea huc advolabat, oloriqve*

---

om, því þat var sidr gódra manna barna at ydia nockut í þann tíma." i. e. *Ingemundi filii negotia & opera domestica inter se partiebantur; solebant enim tunc temporis bonorum virorum filii aliqvid agere.* Artem fabrilem studiis principe viro dignis Rognvalldus Orcadum Comes apud *Bartholinum* (Ant. Dan. p. 421.) annumerat. Sigurdum Syr, in Norvegia Regulum, privignus Olaus, ab exteris redux, opera rustica curantem offendit (*Olafs-Saga Helga*). Imo, Odinus & socii talium sibi laborum artiumqve exercitium tribuisse passim leguntur, non tantum ut artium mechanicarum, qvæ eo tempore in Septentrione nostro rariores justo fuerunt, nuper qvippe introduci coeptæ, studium commendarent, sed etiam ut posteros, data qvasi opera, ad similem diligentiam incitarent. Nec plures hic nostratium, multo minus Græcos, Romanosve recensere opus est, cum hos Veterum mores tempora dudum mutaverint.

(27) De somniorum apud majores veneratione vid. *Erici* Spec. observat. ad antiqv. sept. obs. 1.

Digitized by Google

hiá álptinni, ok (i) klakadi vid hana blídlega, ok hón þótti mer þat vel (k) þýdazt; þat ſá ek, at Örninn var (l) ſvarteygr, ok járnklær varo á hanum; vaſkligr ſýndiz mer hann. Því nærſt ſá ek fliúga annann fugl af ſudr-ætt; ſá fló híngat til *Borgar*, ok ſettizt á (m) húsmæni hiá álptinni, ok villdi þýdazt hana; þat var ok aurn mikill. Brátt þótti mer ſá aurninn, er fyrir var, (n) ýfazt miök, er hinn kom til, ok barduz þeir ſnarpliga ok lengi, ok þá ſá ek at hvarumtveggia blæddi, ok lauk ſva þeirra leik, at (o) hvartveggi hne, ſinn veg hvarr, af húſveggnum, ok varo þá bádir daudir; enn álptin ſat eptir (p) ok helldz daupr. Ok þá ſá ek fugl einn fliúga ór (q) veſtrætt; þat var valr; hann ſettizt hiá álptinni, ok let vid hana blýdt; ſídan flugo þau íbrott bædi (r) ſamt i ſömu ætt, ok þá vaknada ek; ok er draumr þeſſi úmerkiligr, ſegir hann, ok man væra fyrir vedrom, er þau manu mætazt í lopti, ór þeim ættom, er mer þóttu (s) ernirnir fliúga. *Bárdur* mællti: Ekki er þat mín ætlan at ſva ſe. Þorſteinn ſegir: giör nú af drauminum ſlíkt er þer ſýniz líkligazt, ok lát mik heyra. *Bárdr* mællti: fuglar þeir muno vera ſtórra manna fylgior (28); enn húsfrú þín er eigi heil, ok man hón fæda meybarn frídt ok fagrt, ok (t) munut þit unna því mikit: göfigir menn muno bidia dóttur þinnar, ór þeim ættom, ſem (u) þer þótto ernirnir fliúga at, ok leggia á hana ofráſt, ok berjazt of hana ſídan, ok látazt bádir af því

(i) *iid.* kvakadi. (k) *C. S.* þeckiaz. (l) *al.* ſvarteygdr. (m) *C. S.* huſinn *ædibusqve.* (n) *al.* ylfazt. (o) *C. S.* & *al.* ſinn veg hne hvarr þeirra af hus-mæninum *pinnaculi.* (p) *C. S.* & *al.* hnipin miök ok dapurleg *tremebundus admodum* & *lugenti ſimilis.* (q) *C. S.* veſtri *occidente.* (r) *al.* ſaman. (s) *C. S.* & *al.* fuglarner *aves.* (t) *C. S.* mun þu *proſeqveris.* (u) *al.* ernirner flugo *aqvilæ advolaverunt.*

Digitized by Google

olorique asſidens, blando hunc garritu demulcebat, qvi & ei multum placere mihi videbatur; ipſa cetera aqvila nigros oculos habere, & ungves ferreos, ſtrenuumqve ad omnia robur præ ſe ferre viſa eſt. Deinde & alteram avem vidi ex plaga auſtrali evolantem; ea etiam huc Borgam *advolabat, ædiumqve cacumini juxta olorem inſidens, blandimentis hanc delinire conabatur; hæc etiam aqvila erat ingentis magnitudinis. Confeſtim autem qvæ prior adfuerat aqvila excandeſcere viſa eſt, ut altera advenit, prælioqve eas committi acri & longo, qvo utramqve primum ſangvine madere vidi, poſt conflictum earum ita finiri, ut ex ſuo qvælibet parietis latere in diverſa decideret, tumqve ambæ exanimes eſſent. Reſidebat olor lugenti ſimilis. Tum vero avem vidi ex plaga occidentali advolantem; accipiter erat; qvi olori adſidens blandiebatur; eoqve facto ambo una in eandem plagam avolaverunt; tumqve expergefactus ſum; hoc autem ſomnium notatu parum dignum eſt, nec forte aliud qvam tempeſtates ſignificabit, in aëre ſibi invicem occurſuras, ex illis coeli cardinibus, unde aqvilæ volare mihi viſæ ſunt.* Bardus *reſpondit: Mihi vero haudqvaqvam mens eſt rem ita eſſe.* Thorſteinn *regesſit: jam igitur tu ex ſomnio eruito qvid proximum vero videatur, mihiqve indicato.* Bardus *reſpondit: Aves iſtæ magnorum virorum genios ſignificabunt; uxor autem tua gravida eſt, & filiam infantem pariet formoſam & venuſtam, qvam magno vos amore proſeqvemini: Illuſtres viri filiam tuam uxorem petent, ex illis plagis oriundi, unde aqvilæ advolare tibi viſæ ſunt, eamqve ſupra modum*

(28) De geniis plura vid. l. cit. obſ. 2. eam vero in rem præ cæteris memorabile eſt *Vatnsdalenſium hiſtoriæ* teſtimonium, qvod *Maram* pro *genio humano* habet, eoqve *Keyſleri* obſervationem (antiqv. Sept. & Celt. p. 395 & 497.) a *Suhmio* noſtro (om Odin p. 288.) etiam probatam, qvod Mara ad *matres* vel *Matronas*, a Romanis olim religioſe cultas, & inprimis ad virgines fatorum moderatrices, referenda ſit, plurimum confirmat.

því efni; ok því nærſt man hinn þridi madr bidia hennar, ór þeirri ætt, ſem valrinn ſló, ok þeim man hón (x) geſin verda. Nú hefir ek þýddann draum þinn, ſegir hann, ſva ſem ek hygg eptir muni gánga. *Þorſteinn* ſvarar: illa er draumr þeſſi rádinn ok úvingiarnliga, ok læt ek þat um mællt, at þú mant ecki drauma ráda kunna. *Bárdr* mællti: þú mant ſiálfr at raun um komazt hverſu eptir (y) geingr. *Þorſteinn* lagdi fæd á Auſtmanninn, ok fór hann íbrott (z) um ſumarit, ok er hann ór Sögunni.

III. Cap.

Um ſumarit biózt *Þorſteinn* til þíngs, ok (a) hitti *Jófridi* húsfreyu ádr hann fór heiman, ok ſagdi. Sva er háttat, ſegir hann, at þú ert met barni, ok ſkal útbæra, ef (b) mey-barn er, enn uppfæda, ef ſveinn er. [þvi] þat var ſidr (c) nockr, er Island var heidit allt, at þeir menn, er felitlir varo, enn ſtód ómegd (d) mörg ſaman, leto útbera börn ſín, ok þótti þó illa gert ávallt (29). Ok er *Þorſteinn* hafdi þetta mællt, þá ſagdi *Jófrídr:* þetta er (e) úſimliga mællt, ſlíkr madr ſem þú ert, ok man þer eigi ſýnazt þetta at láta gera, ſva audigr madr [ok vinſæll] ſem þú ert. *Þorſteinn* ſegir: Veiztu ſkaplyndi mitt, at eigi man (f) hlýdiſamt verda, ef af er brugdit. Sídan reid hann til þíngs, enn *Jófrídr* fæddi [medan] mey-barn ákafa fagrt.

(x) *C. S. & chartæ:* gipt væra. (y) *al.* gengz. (z) *al.* at fardögum, *habitationum mutandarum tempore.* (a) C. S. mælti til *Jofridar* & *ad Jofridam dixit.* (b) *id.* þu fæder meybarn. (c) *chartæ:* nockurra, þvi land var allt alheidit *moribus qvorundam recept.* (d) *Eæd.* & C.S. til, & miök til handa. (e) *al.* uſvinnliga *inboneſte; unum, ut* & C.S. opinsliga *inepte.* (f) C. S. leidiſamt *al.* yndisſamt *inter nos conventurum.*

Digitized by Google

dum amabunt, & tandem de ea decertabunt, quæ contentio ambobus mortis causa erit. Post tertius eam uxorem petet, ex ea plaga ortus, unde accipiter advolavit, eique dabitur uxor. Jamque, inquit, somnium tuum explicui ut eventurum auguror. Thorsteinn *respondit: male somnium hoc explicatum est, & inimice, unde asserere audeo, te somnia interpretari non posse.* Bardus *regessit: ipse experieris, qualem eventum habebit. Post* Thorsteinn *Ostmannum austerius habuit; is vero æstate proxima discessit, nec ulla ejus amplius in hac narratione mentio.*

Cap. III.

Æstate proxima Thorsteinn *iter ad Comitia paravit, sed priusquam domo abiret, uxorem* Jofridam *convenit, eique dixit: Comperi, quod gravida sis; proles autem, quam utero gestas, si foemina erit, exponatur, si vero mascula, nutriatur. Erat enim usu quodam receptum, cum tota Islandia religioni ethnicæ addicta esset, ut, qui pauperes erant, sed multitudine liberorum gravati, liberos suos exponi curarent, quod tamen semper male factum censebatur. His a* Thorsteine *dictis,* Jofrida *respondit: Inepte hoc dictum, a viro, qualis tu es, neque tibi serio videbitur faciendum, cum & divitiis abundes & amicis.* Thorsteinn *respondit: Ingenium meum nosti, haud bene successurum esse, si mandatum negligatur. Post ille ad Comitia profectus est,* Jofrida *vero interea filiam peperit valde formosam. Ut autem mulieres, quæ aderant, hanc ei tradere volue-*

(29) De expositione infantum apud veteres Septentrionales ad calcem autoris plura videri possunt.

Digitized by Google

fagrt. Konor villdo bera þat at henni; enn hon qvad þeſſ litla þörf, ok let þángat kalla ſmalamann ſinn, er *Þorvardr* het, ok mællti vid hann: Heſt minn ſkalltu taka, ok leggia ſödul á, ok færa barn þetta veſtr í *Hiardarhollt Þorgerdi Egilsdóttur* (30), ok (g) bidia hana uppfæda med leynd, ſva at *Þorſteinn* verdi ecki (h) vis; ok þeim áſtar augom renni ek til barns þeſſa, at víſt ecki (i) nenni ek, at þat ſe útborit; enn her ero priár merkur ſilfrs, er þú ſkallt hafva at verdkaupi; enn *Þorgerdr* ſkal fá þer fari veſtr þar ok viſt um haf. *Þorvardr* gerdi ſem hon mællti; (k) reid hann nú veſtr í *Hiardar-hollt* met barnit, ok feck *Þorgerdi* í hendur, enn hon let uppfæda landſeta (l) ſinn, er bió inn á *Leyſingiaſtödom* í (m) *Hvammsfirdi* (31); enn hon (n) feck Þorvardi fari (o) veſtr þar í *Steingrímsfirdi* í *Skeliavík* (32), ok viſt of haf, ok fór hann utan um ſumarit, ok (p) kemr ecki ſídan vid þeſſa Sögu. Enn er *Þorſteinn* kom heim af þíngi, þá ſagdi *Jófrídr* hanum, at barnit (q) var útborit, ſem hann hafdi [fyrir] mællt, enn ſmalamadr (r) var í brott hlaupinn, ok ſtolit í brott (s) heſti hennar. *Þorſteinn* qvad hana vel hafa gert, ok feck ſer ſmalamann annann. Nu lída ſva (t) ſex vetur, at þetta verdr ecki víſt; ok þá reid *Þorſteinn* til heimbods veſtur í *Hiard-*

(g) C. S.] bid *al.* ſeg ek bid hana *dic me petere* &c. v. *meo nomine pete.* (h) *C. S. & al.* var vid. (i) *al.* vænti *exponi haudqvaqvam ſperem.* (k) *C. S.* ſidan reid hann & *poſtea.* (l) *id.* ſína er bioggo *colonis ſuis-incolentibus.* (m) *chartæ* Hrutafirdi *male.* (n) C. S. tók. (o) *id.* nordr *ad ſeptentrionem, & recte qvidem, reſpectu ad ſitum villæ Hiardarholtenſis habito.* (p) *C. S.* ok er hann nu ur Sögunni. (q) *chartæ* væri. C. S. er. (r) væri. (s) *al.* hroſſi ockru *corum.* (t) ſiö *ſeptem.*

Digitized by Google

voluerint amplexibus excipiendam; parum id prodesse regesfit; sed opilionem suum vocari fecit, cui Thorvardo *nomen, eiqve dixit: Eqvum meum sume, & insterne ephippio, puellamqve hanc* Hiardarholtum, *in occidentem, ad* Thorgerdam Egillis filiam *perfer, eiqve manda clam alendam, ut* Thorsteinn *certior non fiat; eo enim erga hanc prolem affectu feror, ut induci neqvaqvam possim eam exponere; hic autem tres marcæ argenti sunt, qvas tu mercedis loco habebis;* Thorgerda *vero transitum per mare victumqve tibi in occidentali Islandia paciscatur.* Thorvardus *qvæ imperata erant exseqvitur, moxqve infantem,* Hiardarholtum *translatam,* Thorgerdæ *in manus tradit, qvæ mancipi suo,* Leysingiastadas, *ad sinum* Hvamsfiordensem, *incolenti, nutriendam dedit;* Thorvardo *vero, in portu occidentalis Islandiæ* Steingrimsfiordensi Skeliavika, *trajectum per mare victumqve pacta est, isqve eadem æstate peregre profectus in hac narratione amplius non memoratur. Cum autem* Thorsteinn *ex Comitiis rediret,* Jofrida *ei dixit, infantem, ut mandaverat, expositam esse, sed opilionem aufugisse, eqvumqve ejus furto abstulisse. Ad qvæ* Thorsteinn, *recte eam fecisse professus, alium sibi opilionem conduxit. Ita sex anni, omnibus facti insciis, labuntur; tum vero* Thorsteinn *occidentem versus,* Hiardarholtum, *ad affinem suum* Olaum Pavonem

---

(30) *Thorgerda*, Egillis Skallagrimii filia fuit, Thorsteinisqve soror, Olai vero Pavonis Hiardarholtensis uxor, vide *aut. nostrum* infra hoc cap. nec non cap. 1. not. 6. 7 & 8. *Olai Trygg.* vit. ed. Isl. Lib. II. p. 87. *Landnama-S.* ed. Isl. p. 55. & alios.

(31) Sinum *Hvamsfiordensem* rectius hic poni qvam Hrutafiordensem *Laxdalensium historia* docet, ipseqve locorum situs confirmat; villa enim *Leysingiastadir*, adhuc habitata, in tractu *Hvams-Sveit*, qvo nomine sinus Hvamsfiordensis hodie venit, sita est.

(32) Portus *Skeliavicensis*, olim notissimi, mentionem etiam facit *Gisla Saga Surssonar* (ed. Isl. cap. 7. pag. 135.), ejusqve memoriam servat villula *Skeliavik*, ad sinum Steingrimsfiordensem adhuc existens.

Digitized by Google

Hiardarholt til *Olafs Pá Höfkolldsfonar* (33) mágs fíns, er þá þótti vera med meftri virdingu allra höfdingia veftr þar. *Þorfteini* var þar vel fagnat fem líkligt var. Ok einhvern dag (u) veizlunnar er þat fagt, at *Þorgerdr* fat á tali vid *Þorftein* bónda bródur finn í aundvegi, enn *Olafr* átti þá tal vid adra menn; enn yfir gegnt þeim í (x) beckinum fáto meyiar þríar. Þá mællti *Þorgerdr*: hverfu lízt þer bróder á (y) meyiar þeffar, er her fitia gegnt ockur? All-vel, fegir hann; ok er þó ein fegrft myklu, ok hefir hón vænleik *Olafs* (z) [*Pá*], enn hvíti ok bragd vart *Myramanna* (34). *Þorgerdr* fegir: víft er þat fatt, er þú fegir bródir! at hon hefir hvíti ok [ifir]-bragd vort *Myramanna*, ok eigi at helldr vænleik *Olafs*, því at hon er eigi hans dóttir. Hverfu má þat vera fegir *Þorfteinn*, enn þó (a) fe hón þín dóttir? Frændi! med fannendum at fegia þer, fegir hon, þá er þesfi [hin fagra mær] þín dóttir, [enn eigi mín]; ok fagdi hanum allt fva fem farit hafdi, ok bidr hann fyrirgefa fer ok (b) húsfreyu finni þesfi afbrigdi. *Þorfteinn* fvarar: Ecki kann ek (c) yckur at áfaka um þetta, [ok velltr þángat fem væra vill um flefta luti], ok hafit þid vel yfirflett (d) vanvirkiu mína; lítz mer fva á mey þeffa, at mer (e) fe mikil gipta í at eiga jafn-fagrt barn; edr hvad heitir hon? *Helga* heitir hón, fagdi *Þorgerdr*, hin fagra. *Þorfteinn* fegir: Nú fkalltu búa ferd hennar heim med mer. *Þorgerdr* gerdi fva. *Þorfteinn*

(u) C. S. at veitzlunni. (x) *Membr. Havn.* benikenum. (y) *chartæ & C. S.* ftulkur *puellæ.* (z) *iid.* hins Hvita, ok [yfir-bragd vort] yfirlit vorn *Olai Albi, vultumqve Myr. noftræ familiæ.* (a) *al.* er. (b) *C. S. & al.* konu. (c) *al.* at faka yckr um þenna hlut. (d) C. S. vanhyggiu *imprudentiam al.* umhyggiu *confilia mea dextre elufiftis.* (e) C S. þikkir.

Digitized by Google

vonem Hoſkulldi filium, *cui maximus tunc inter omnes occidentalis provinciæ optimates habitus eſt honor, convivatum proficiſcitur, ibiqve, ut vero erat ſimile, benigne excipitur. Qvodam convivii die relatum eſt,* Thorgerdam *cum fratre* Thorſteine *in ſumma ſede collocutam eſſe,* Olao *cum aliis convivarum ſermones conſerente; Adverſum vero ſubſellium tres virgines occupaverant. Tum* Thorgerda: *Qvid, inqvit, frater virgines iſtæ, qvæ hic nobis adverſæ ſedent, tibi videntur? Pulchræ ſatis, reſpondet; una tamen ceteris plurimum forma præſtat, venuſtatem qvippe* Olai Pavonis, *ſed albedinem vultumqve* Myrenſis *noſtræ familiæ præferens. Ad qvæ* Thorgerda: *Recte qvidem, frater,* Myramannorum *noſtrorum albedinem vultumqve referre dixiſti, neqvaqvam tamen* Olai *venuſtatem, ejus enim filia non eſt. Regerit* Thorſteinn: *Qvi hoc, eſſe poterit, ſi tamen tua filia ſit? Tunc* Thorgerda: *Ut, inqvit, verum tibi, cognate, fatear, pulchra illa puella tua filia eſt, non vero mea; tumqve omnem rei, ut geſta erat, ordinem enarrans, ut ſibi & uxori hunc mandati neglectum ignoſcat, rogat.* Thorſteinn *reſpondit: Non eſt qvod vos hujus rei magnopere accuſem, hæc enim, ut plurima alia, irrefragabili fatorum lege volvuntur, vos autem meam in hoc negotio culpam dextre eluiſtis; adeo qvippe puella hæc mihi probatur, ut magnæ fortunæ ducam, tam formoſam filiam habere; Verum qvodnam illi nomen?* Thorgerda Helgam *pulchram vocari reſpondit. Tum* Thorſteinn: *nunc, inqvit, illam, ut domum mecum proficiſcatur inſtrue.*

Thor-

(33) Olai hujus genus autores ſupra not. 30. laudati recenſent, vitam vero & res geſtas prolixe deſcribit *Laxdalenſium Hiſtoria*, & ex ea *Arngrimus* Crymog. Lib. II. Geneal. 4. p. m. 136, qvibus addenda ſunt qvæ, occaſione matrimonii cum Thorgerda contracti, *Egillis Skallagrimii vita* (cap. 79.) de eo narrat.

(34) Vide ſupra cap. 1. not. 6.

Digitized by Google

steinn var þadan útleiddr medr gódom giöfom, ok (f) veik heim, ok *Helga* med hanum, ok fæddizt þar upp at *Borg* med mikilli (g) virkt ok ást af fedur sinum ok módur [ok öllom (h) ödrom].

IV. Cap.

(i) Sva er sagt at í þann tíma byggi uppi á *Hvitár-sidu*, at *Gilsbacka* (35), *Illugi* hinn Svarti (36) *Hallkelsson Hross-*

(f) *id.* reid Helga heim med h. frændum *cognatorum.* (g) *id.* virdingu *multo bonore.* (h) *id.* (i) C. S. í þann tima bio *habitavit eo tempore.*

(35) Villa montana, hodie parochialis.

(36) Illugii Genealogiam vide ad calcem autoris. Vitam Oddus Poëta illi coævus complexus est carmine Heroico, qvod *Eyrbyggia-Saga* Illuga-drápo vocat, duasqve ejus strophas servavit; reliqvæ temporum injuria perierunt; unde haud satis adæqvata de ejus vita rebusqve gestis notitia superest. *Laxdalensium Historia* (cap. 4.), ejus & uxoris genus recensens, cum tabula genealogica, qvam autori subjungimus, consentit, additqve posteritatem ejus *Gilsbeckinga-kyn* s. Gilsbackensium gentem vocatam esse. *Torfæus* (Hist. Norv. T. III. p. 432.) virum memorabilem vocat. Manu fortem armisqve promptum fuisse multa testantur facinora, eo vel socio vel duce gesta. Ita hominem neqvissimum Musa-Bölverkum, qvi, postqvam fratrem ejus Thorarinem occiderat, villam suam muniverat, cum altero fratre Tindo adortus, munimento expugnato superavit (*Landnama-Saga* ed. Havn. P. II. c. 1. p. 54.). Ita & cum Torfio Valbrandi filio & Sturla Pontifice prælio Hellisfitiensi, qvo XVIII. *Hellismenn* occisi sunt, interfuisse traditur (ibid. P. I. c. 20. ed. Havn. p. 46. qvod ad verbum fere exscripsit *Bardar-Saga Snæfells-áss*, sed in ed. Isl. c. 11. pag. 170. erroribus librariorum misere deformatum). *Hellismenn* vi vocis antricolas notat; Certumqve est, exules aliosqve sceleratos fuisse, qvi in montes mediterraneos, Arnarvatnsheide, se receperant, antrumqve Fitiense occupaverant, ut rapinas & latrocinia conjunctis viribus exercerent. Audunem & Thorarinem, Smidketillis filios, duces eis *Landnama-Saga* (P. I. c. 20. ed. Havn. p. 46. & P. II. c. 1. p. 54.) tribuit; *Holmveria-Saga* vero (ed. Isl. c. 32. p. 115.)

Digitized by Google

Thorgerda *dicto audit; Eoqve facto* Thorsteinn, *opiparis mactatus donariis, domum reversus est, eumqve* Helga *seqvebatur, &* Borgæ *apud eum, multa cura, & maximo patris & matris, omniumqve aliorum amore, educabatur.*

Cap. IV.

Relatum est ea tempestate Gilsbackam *in* Hvitarsida *incoluisse* Illugium *Nigrum,* Hallkelis *filium,* Hroskelis *nepotem.*

115.) Thorkelem Girdilskeggum, post latronum, qvibus interfuerat, Holmensium cædem eos collegisse narrat. Contentionem, qvam cum Thorgrimo Kiallaki filio Illugius agitavit, ortumqve inde prælium, infra (ad cap. 5. autoris) pluribus memorabimus. Qvo vero pacto, cum aliis Borgarfiordensium Optimatibus, Gestum, Styrio occiso, ad eos profugum sublevaverit, supra (ad cap. 1. not. 8.) docuimus. Illugii in Thorgeirem Havardi filium merita, cui cædis commissæ impunitatem conciliavit, *Fostbrædra-Saga* (cap. 10.) narrat; & præterea *Heidarviga-Saga*, qvod Borgarfiordensibus, in pugna Heidensi contra Bardium constitutis, suppetias ferre tentaverit. Cum vero ad locum pugnæ non perveniret, priusqvam Bardius inde abierat, eum cum C armatis persecutus est, sed, qvo minus assеqveretur, nebula forte superveniente impeditus, re infecta reverti coactus est. Ita ipsi qvidem pugnæ Illugius non interfuit; contra vero hic utiliorem multo operam postea navavit, qvatenus unus judicum vel arbitrorum fuit, qvi a parte Borgarfiordensium his turbis componendis delegati, omnes feliciter sedarunt, pacemqve publicam restituerunt. Qvamdiu vixerit, qvove mortis genere defunctus sit, non constat; probabile tamen est filio Gunnlaugo diu non supervixisse. Reliqva, qvæ de vita ejus hodie supersunt, ex autore nostro peti possunt. Frater Illugio Tindus erat, vir insignis, & in armis strenuus. Hunc tempore Haraldi Grafelldi Norvegiæ Regis, cum aliis una Islandis, qvi Bergis tunc aderant, Geyrem Islandum, qvi Gunnhildæ Reginæ Thesaurarium interfecerat, nisi transactio intervenisset, vi defensurum convenisse *Holmveria-Saga* docet (ed. Isl. c. 12. p. 85.). Eadem etiam (c. 40. p. 125. 126.) svadere videtur, a Grimketille Hordi filio in Islandia interfectum esse; dubia tamen fide, cum aliorum testimonia desint. Nec minus dubium, utrum hic, an alter fuerit Tindus, qvem pugnæ Heidensi interfuisse, multaqve in ea vulnera accepisse *Heidarviga-Saga* narrat. Certius vero *Genealogia*

Digitized by Google

Hrosskelssonar. Módir *Illuga* var *Þórrídr Dylla* dóttir *Gunnlaugs Ormstúngu. Illugi* var annarr mestr höfdingi í *Borgarfirdi*, enn *Þorsteinn Eigilsson;* hann var (k) stórríkr madr, ok hardlyndr miök, ok hellt vel vini sina. Hann átti *Ingibiörgu* dóttur (l) *Asbiarnar Hardars-sonar* ór *Örnólfsdal;* Módir *Ingibiargar* var *Þorgerdr* dóttir *Midfiardar-Skeggia.* Börn *Illuga* ok *Ingibiargar* varo mörg, enn koma þó fá vid þessa Sögu. (m) *Hermundr* (37) het son þeirra, enn annar *Gunnlaugr.* Bádir varo þeir efniligir menn, ok þá frumvaxta. Sva er frá *Gunnlaugi* sagt, at hann var (n) snemma brádgiörr at öllum þroska, mikill ok sterkr, liósjarpr á hár, ok fór vel, svarteygr ok nockot nefliótr, ok þó skapfelligr í annliti, mid-miórr ok herdamikill ok kominn á sik (o) vel, ok hinn hermannligazti í vidbragdi öllu, hávadamadr mikill í skaplyndi ok framgiarn snemma, ok vid allt úvæginn ok hardr, skálld mikit ok helldr

(k) *C. S. & al.* stóreignamadr. (l) *iid.* Biarnar, *& omnes, præter Svec.* Hreidarssonar. (m) *C. S. hic & alibi* Hermodr, *vel rectius* Hermudr. (n) *C. S. hic & infra* snemmendis. (o) *C. S. & alii:* manna þezt *speciosissimo.*

---

nealogia Regum Norvegiæ, s. compendium Historiæ Norvegicæ docet Poëtam fuisse, & Haqvinum Hladarum Comitem *carmine intercalato* celebrasse, qvo prælium cum piratis Jomsburgensibus, cui ipse interfuerat, præ ceteris descripsit. Duas ejus Strophas *Sturlæus* servavit (ed. Sv. T. I. p. 253. 258.), & ob id Tindus suum in Catalogo Poëtarum Septentrionis (ib. T. II. p. 483.) meruit locum.

(37) *Hermundi* Illugii filii mentionem faciunt *Laxdalensium historia* & *Kristni-Saga* (cap. II. & XL), harumqve ultima (edit. Havn. p. 96.) addit, eum, jamtum anno Christi 1000 matrimonium contraxisse, uxoremqve habuisse Gunnhildam Ormi Kodranii *filiam*, qvam tamen supra (ibid. p. 12.) solo, ut videtur, librarii vitio, Ingvilldam vocaverat. *Olafs-Saga* (ed. Isl. Lib. II. c. 67. p. 243.) in nomine Gunn-

potem. *Mater* Illugio Thorrida Dylla, Gunnlaugi Ormstungæ *filia.* *Erat* Illugius, *post* Thorsteinem Egillis filium, *maximæ inter* Borgfiordenses *auctoritatis*, *opibus affluens*, *& durus ingenio*, *magno autem amicis præsidio.* *Uxor ei* Ingibiorga, *filia* Asbiornis Hordi *filii de* Ornolfsdal; *mater vero* Ingibiorgæ Thorgerda, Skeggii Midfiordensis *filia.* *Liberi* Illugio *&* Ingibiorgæ *multi fuerunt*, *quorum tamen pauci in hac narratione memorantur.* *Filiorum unus* Hermundus, *alter* Gunnlaugus *nominabatur.* *Ambo bonæ spei erant*, *&*, *cum hæc agerentur*, *adulti.* *De* Gunnlaugo *relatum est*, *omnibus animi corporisqve viribus cito maturum fuisse*, *magnum statura & robustum*, *coma subfusca sed concinna*, *oculis nigris nasoqve paulum deformi*, *facie tamen satis decenti*, *medio tenuem*, *crassum humeros*, *habitu corporis specioso*, *vultu gestuqve militari*; *animo autem in tumultum qvam maxime effuso*, *& jam a teneris audaci*, *cedere nescio & infracto*; *insignem deniqve poëtam*, *sed plus justo mordacem*,

Gunnhilldæ consentit, verum Ormi, non filiam, sed *sororem* fuisse tradit, qvod & rectius esse temporis ratio svadere videtur. Haud obscure hinc liqvet, Hermundum Gunnlaugo majorem natu fuisse. Magnæ autem auctoritatis virum brevi evasisse indicio esse potest, qvod Liotus Vallensis, *Vita* hujus perhibente, tres eorum, qvi Bödvarem Sigurdi & Bessium Hallii filios per insidias adorti occiderant, Hermundo miserit auxiliis sublevandos. Virum armis exercitatum strenuumqve bellatorem fuisse, præter testimonia autoris nostri, qvæ eo pertinent, *Heidarviga-Saga* satis confirmat, plus una vice innuens peroptato evenisse, qvod Hermundus, qvippe cum domesticis mercatum profectus, absuerit, cum Bardius expeditionem suam ad pugnam Heidensem suscepit. Ut autem Hermundus nuncium de ea in itinere accepit, omni commeatu relicto copias collegit, qvibus sine dubio cum Illugii patris agmine conjunctis Bardium cum eo persecutus est; sed cum hæc, ut supra dictum est, serius justo fierent, nihil hic Hermundus effecit. Plura de Hermundo habet *Bandamanna-Saga* sive Historia Conjuratorum; in eis enim numeratur, qvi contra Oddum Ofeigi filium, ut bonis ejus potiri possent, conjurationem fecisse traduntur (vide ed. Isl. p. 7.); cui narrationi temporum ratio non qvidem obstat; qvam vero cetera fidem per omnia mereatur dubio non caret.

Digitized by Google

helldr (p) nídſkarr, ok var [þvi] kalladr *Gunnlaugr Ormstúnga* (38). *Hermundr* var þeirra vinſælli, ok hafdi höfdingia bragd á ſer. Ok er *Gunnlaugr* var (q) XV. vetra gamall bad hann fedur ſinn farar-efnis, ok qvezt vilia utan fara, (r) ok ſiá ſido annarra manna (39). *Illugi* bóndi tók þvi ſeinliga, ok qvad hann æigi mundu (s) gódann þyckia i (t) ödrom löndom, er hann þóttizt traudt mega (u) ſemia hann heima þar [ſem hann villdi]. (x) Litlu ſidar var þat einn morgin, at *Illugi* bóndi geck út ſnemma, ok ſá at

(p) *al.* nídſkælldinn & nídſkælldr. (q) *al.* XII. *minus recte, vide infra.* (r) *chartæ* ſido at ſiá ok nema, *ut mores videret & diſceret.* (s) *al.* gódr. (t) *iid.* útlöndum *exteris.* (u) *al.* ſæma vid hann *eodem ſenſu.* (x) C. S. ok einnhvern morgin var þat alllitlu ſidar *Mane qvodam haud multo poſt.*

---

(38) De nominibus propriis & cognominibus Germanorum & aliorum populorum Septentrionalium præter alios egit *Herm. Adolph. Meinderſius* (in Miſc. Lipſ. T. VI. p. 1. &c.). Qvædam eo pertinentia ex Scriptoribus Islandicis collegit *J. Erici* in *Tentam de Nom. & Cognom. Septentr.* Hafn. 1753. edito, ad qvæ hic tantum monemus: Gunnlaugum noſtrum, qvod proavi materni nomen & cognomen retulit, novum eorum præbere exemplum, qvibus majorum cognomina olim adjecta fuiſſe (Tentam. cit. p. 102. 103.) probavit. Addi poteſt alter ex *Orkneyinga-Saga* (cap. 92.) Johannes Vængus ſ. ala, qvi hoc cognominis ab avunculo Johanne Vængo traxerat, pluresqve alii. Hanc tamen cognominum ſucceſſionem non proprie hæreditariam, ſed vulgi maxime arbitrio propagatam fuiſſe, vel memoriæ tantum cauſa, vel ſimilitudine qvadam cognominatorum ſvadente, exemplis qvam plurimis adſtruere poſſumus. Sic Ulfus Eyſteini Regis Satrapa & conſiliarius (*Halfsrecka-Saga* cap. 15.), Hognius (*Origg. Norveg.*), Thorſteinn (*Ari frode* ed. Buſſæi p. 22.), Ericus Gronlandiæ inventor (*ib.* c. 6. p. 30.), Ulfus, Olai Tryggvini Norvegiæ Regis proreta (*Olafs-Saga* ed. Isl. L. II. c. 93. p. 298.), Audun, Holenſis in Islandia epiſcopus, pluresqve alii, idem omnes *Rufi* cognomen geſſerunt, forte ob ſimilem aliqva ex parte corporis habitum, ſed nullo certe hæreditatis jure, cum tali invicem neceſſitudine conjuncti non eſſent. Sic Gormo Daniæ,

Digitized by Google

dacem, unde Ormstunga, *f. Vermilingvis cognominatus est.* Hermundus *amicitia plus valebat, moresqve præ se ferebat viro principe dignos. Cum autem* Gunnlaugus *XV. annos natus esset, commeatum a patre petiit, dicens se peregre proficisci velle, ut aliorum hominum mores videret. Renuit* Illugius, *in aliis regionibus haud probatum iri causatus, cum eum domi pro lubitu vix continere posse sibi videretur. Nec multo post* Illugius, *mane egressus, penuarium suum apertum vidit, & sex saccos, qvibus merces inerant, ejectos, stratosqve, qvi aveherent, eqvos; qvod*

Daniæ, & Hakoni, Norvegiæ, Regibus, nec non Thidrando (*Droplaugar-sona-Saga* cap. 3.) & Refo (*Holmveria-Saga* ed. Isl. c. 38. p. 124.) Islandis, multisqve aliis, ne minima qvidem cognatione junctis, *Grandævi* cognomen commune olim fuit, ob solam longioris vitæ similitudinem. Sic deniqve Thorleifus & Arnor, uterqve *Jarlaskálld* vel Comitum Poëta dictus est, ille qvod Hakonem Norvegiæ Comitem probrosô carmine laceraverat, hic qvod Comites Orcadenses carminibus laudaverat, ratione scilicet eatenus simili, qvod Comites uterqve cecinerit, impositione tantum diversa, cum suum ille cognomen a Rege Daniæ, Hakoni inimico, acceperit solenni formula impositum, hic a sola vulgi appellatione. Alios scientes omittimus. Idem autem judicium etiam ferendum est de cognominibus, qvæ pluribus ejusdem familiæ hominibus communia fuisse historici passim tradunt, qvale apud autorem est *Nigri* cognomen, Illugio & cognato ejus Thorkeli commune, apud alios alia, a simili tantum corporis habitu, vulgo observante, ducta. Omnium tamen clarissime genealogiæ, qvarum bene multas veteres Septentrionis historici, inprimis *Landnama-Saga* & *Liber origg. Norveg.* servarunt, recentiores vero, *Arngrimus*, *Ramus*, *Torfæus* & alii in tabulas redegerunt, demonstrant, cognominum successionem certo olim & constanti usu non fuisse stabilitam; plurimis enim nullum omnino cognomen tribuitur; aliis cognomina adeo inconstantia sunt, ut avus sæpe unum, pater alterum, tertium filius, diversa prorsus, habeant. Interdum contra unus vel alter cognatorum cognomine vel communi vel diverso, reliqvi nullo, insigniti apparent. Deniqve & cognominum, pluribus cognatis communium, usus, jam per plures gradus interruptus, jam ab uno ad alterum, a linea paterna ad maternam, vel ab hac ad illam, transitu tam vario propagatus deprehenditur, ut ad certam normam revocari nullo modo possit.

(39) Conf. *J. Erici Disqvis. de Perigrinat. Island.* Lips. 1755. editam.

Digitized by Google

at útibúr hanns var opit, ok varo útlagdir vöru-feckir (y) VI., ok lenur upplagdar á hesta; hann vard reidr miök. Þá geck at *Gunnlaugr* ok mællti: ek hefir (z) útlagit feckina. *Illugi* spyr, hví hann giördi (a) sua. Hann sagdi at þat skylldi vera fararefni hans. *Illugi* mællti: (b) Eingi rád skalltu af mer taka, ok (c) far hvergi, fyrr enn ek vil; ok kippti inn aptr vöru-feckionum. *Gunnlaugr* reid þá íbrott þadan, ok kom um kvelldit ofan til *Borgar*, ok baud *Þorsteinn* bóndi hanum þar at vera, ok þat (d) þecktizt hann. *Gunnlaugr* sagdi Þórsteini hversu farit hafdi medr þeim fedgom. Þá (e) baud *Þorsteinn* hanum þar at vera þeim stundom er hann villdi; ok þar var hann þau misseri, ok nam lögspeki at *Þorsteini* (40), ok (f) virdizt

(y) *C. S. & al.* nockrer á hladit, ok þar bönd [lenur] med; hann undradiz þetta miök. Þá geck at madr ok leiddi iv ross, ok var þat Gunnlaugr son hans, ok m. *aliqvot cum loris in aream ejectos. Magnam hoc ei admirationem movit. Tum vir accessit, qvatuor eqvos ducens, isqve filius ejus Gunnlaugus erat, eiqve dixit.* (z) *al.* útlátit. (a) *al.* þat. (b) *al.* eigi er rád slikt at taka af mer *haud consultum hæc mihi eripere.* (c) C. S. fara. (d) *C. S. & al.* þiggr. (e) *iidem* bad þ. hann. (f) *al.* var öll. m. vel til hans þar *amorem.*

---

(40) Haud abs re *Verelius* (not in Hist. Hervoræ p. 106.) providam illam majorum nostrorum curam laudat, qva liberos, non servis, Romanorum more, sed viris armorum artiumve scientia & virtutibus spectatissimis, vel ultro committere, vel petentibus concedere educandos solebant. Illis, qvi ita sollicitati juniores in familiam receperunt, mandati suscepti necessitas, negotii bene gesti gloria, & parentum aut cognatorum vel amicitia vel veneratio incitamento fuere, ut nihil omitterent, qvod eis nosse datum, alumnis vel rite formandis vel ornandis aptum. His, qvi proprio motu petierunt aliorum liberos sibi educandos credi, eædem rei bene gerendæ rationes fuerunt, & in his maxime parentum vel cognatorum, imo ipsius alumni favor. Qvi enim ad hoc sponte sese obtulere, aut viri principes fuerunt, vel amicitiam testaturi vel laudem sibi captaturi; alumno vero & cognatis habitusi

Digitized by Google

qvod magnam ei iram movit. Tunc accedens Gunnlaugus: *ego, inqvit, ſaccos extuli.* Illugius, *cur ita feciſſet, qværit. Is commeatum ſuum fore reſpondit. Ad qvæ* Illugius: *Nec inqvit, ullam poteſtatis dominicæ partem mihi præripere, nec peregre ire integrum tibi erit, priusqvam voluero; ſaccosqve in penuarium retulit.* Gunnlaugus *vero confeſtim eqvo inde avectus, eadem veſpera* Borgam *venit, & oblatum a* Thorſteine *hoſpitium lætus accepit. Cumqve narraſſet, qvid ſibi negotii cum patre interceſſerat,* Thorſteinn *ei poteſtatem fecit, ibi permanendi, qvamdiu vellet; qvo permotus, proximum annum ibi egit, & Juriſperitiam a* Thorſteine *didicit,*

---

habituri honorem; aut alii, boni qvidem, rerumqve periti, ſed tenuioris fortunæ, hoc officii genere potentiorum gratiam, rebusqve domi anguſtis ſubſidia, afflictis præſidium, qvæſituri. Præterea etiam de ſollicita educationis cura fides ante dari ſolebat, qvalem Besſius Sapiens in *Droplaugar-ſona-Saga* Droplaugæ obſtrinxiſſe narratur, cum filium ejus Helgium educandum invitaret: "Byd ek Helga ſyni þínum til fóſturs, ok því heiti ek þer, at kenna hanum ſlíkt mannvit, ſem ek kann". i. e. *Helgio filio tuo me nutritorem offero, tibiqve ſpondeo, ſcientiæ, qvanta in me eſt, eum me participem facturum;* qvali pacto promisſi, veteribus ſanctisſimi, religio etiam accesſit. Maxima hinc in Rempublicam utilitas. Nullæ qvidem Islandis ethnicis ſcholæ erant, nulla bonarum artium ſeminaria, publicis ſumptibus ſuſtentata; aſt, qvod reipublicæ defuit, iſta maxima ex parte ſupplevit privatorum induſtria, qvi juvenes, qvos vel a tenellis ſuſceperant, vel ex ephebis egreſſos, jamqve fere adultos, hoſpitio vel convictu forte complexi erant, omni, qvod illi ævo patuit, artium & ſcientiarum genere diligentisſime imbuerunt. Non eſt hic locus de ſingulis agendi. Sufficit autori noſtro illuſtrando, ſi probaverimus, hujus inſtitutionis partem haud minimam jurisprudentiæ fuiſſe dicatam. Neqve id difficile. Etenim vel ſola exemplorum multitudo ſatis ſuperqve indicat, veteres Islandos, etiam ethnicos, nulli prorſus ſcientiæ, ſi hiſtoriam exceperis, majus jurisprudentia ſtatuiſſe pretium, nec ulla in arte plures, vel diſcendi contentione, vel docendi ſolertia, excelluiſſe. Ita Bardus Snæfells-As Oddum, qvi

Digitized by Google

qvi poſt Tungenſis dictus eſt, cum apud ſe hiemaret, *maximo affectu proſecutus eſſe* narratur, *atqve ita in jure erudiviſſe, ut hac in arte aliis multo peritior evaderet* (*Bardar-Saga* ed. Isl. cap. 12. p. 171.). Ita & idem Bardus, cum ipſe apud Skeggium Midfiordenſem hiemaret, ſub Geſti nomine latens, filium ejus Eydum, *tanta juris cognitione imbuiſſe* fertur, *ut omnes alios ſuperaverit, atqve inde JURISCONSULTI cognomen reportaverit* (*Saga af Geſti Bárdarſ.* ed. Isl. c. 1. p. 173.). Nec probationi obſtat *Bardi* & *Geſti Vitas* fabulis eſſe qvam hiſtoriis propiores; partim cum monumentis fabuloſis omnis non ſit deneganda fides, qvatenus mores & inſtituta deſcribunt; partim cum ex aliis probatisſimæ fidei hiſtoricis conſtet, utrumqve horum, & Oddum Tungenſem, & Eydum Skeggii filium, celeberrimis Islandiæ ethnicæ Jurisconſultis merito accenſeri. Addunt auctoritatem alia juventutis Islandicæ, etiam ethnicæ, Jurisprudentiæ ſtudio non minus ſolerter qvam mature imbutæ exempla. Talis erat Thorleikus, Thorgilſis Snorrii filii alumnus, de qvo *Laxdæla-Saga*: "Þorgils baud heim Þorleiki, ok var hann laungom í Túngu, ok nam lög at Þorgils, þvi hann var lögkiænn madr". i. e. *Thorgils Thorleikum ad ſe invitavit, isqve ideo Tungæ ſæpisſime egit, & Jurisprudentiam a Thorgilſe hauſit, erat enim juris peritisſimus.* Talis & Thorhallus Asgrimi filius, Nialis alumnus, de qvo *Nials-Saga* pag. 40. cap 27.: "Niáll kendi hanum ſva lög, at hann vard meſtr lagamadr á Islandi". i. e. *Niall eum in jure ita erudivit, ut inter maximos Islandiæ Jurisconſultos numeraretur;* eam enim mentem his verbis ſubeſſe ſeqventia probant: "Þorhallr hafdi numit ſva lög, at hann var hinn þridi meſtr lagamadr á Islandi". i. e. *Ita Thorhallus Jurisprudentiæ dederat operam, ut inter Jurisconſultos Islandiæ maximi nominis tertium locum obtineret.* Vere hoc dici, reſponſa docent ab eo in Comitiis Islandorum edita, qvæ Eyulfum Bolverki filium, Thorhalli tunc adverſarium, ipſumqve juris peritisſimum, in tantam rapuerunt admirationem, ut ſtupefactus exclamaret, (ibid. p. 241.): "hefer her nu framkomit ſlægd Þórhalls, ok er hann eingum manni líkr at vitsmunom". i. e. *Thorhalli hic dexteritas enituit, is enim hercle! neminem ſcientia juris parem habet;* Skaptio vero Thoroddi filio, tunc temporis Nomophylaci, hoc extorſere elogium (ib. p. 237.): *legibus ea fulciri, ſed abstruſis, qvæqve paucis auditæ eſſent vel perſpectæ:* "at þetta væri lög, þótt fáheyrd væri, ok fáir kynni". Nec in ſola inſtitutione hæc ſubſtitit veterum Islandorum cura, ſed juventutem etiam, qvam primum fieri potuit, in forum produxerunt, ut cauſis dicundis mature exerceretur. Hinc tot Islandorum, & in his juvenum nobilium, exempla, qvi qvavis data occaſione cauſarum patronos egerunt. Varia tamen in eo variorum fuit mens. Plurimi, ut Thorhallus, de qvo nuper dictum, hoc ſtudii genus ſecuti ſunt, vel exercitationis cauſa, vel, ut amicis, aliisqve oppresſis, ſuccurrerent. Alii contra, ut hoſtes vexarent, qvalem *Hrafnkelis Freyi Pontificis vita* (c. 3. & 8) Samum producit, qvi ut erat in jure exercitatus, ita cauſis agendis multum vacavit, &

in

Digitized by Google

in his Einaris Thorbiornis filii caufam contra Hrafnkelem peroravit. *Fliotsdalenfium Hiftoria* Helgium addit, his verbis: "Helgi ok Grímr varo í Kroffavík, ok nam Helgi lög at Þorkatli; Helgi fór miök med fakfóknir, ok tók miök fakir á þingmönnom Helga Asbiarnar fonar". i. e. *Helgius & Grimus Kroffavikæ manferunt, Helgiusqve inprimis a Thorkele Geiteris filio Jurisprudentiam edoctus eft; quo facto multum qvidem ftudii caufis agendis, plurimum tamen Helgii Asbiornis filii, fibi inimici, fubditis vexandis, impendit.* Alii uni tantum vel alteri magnæ auctoritatis viro fuam in caufis perorandis operam locarunt, ejusqve vicisfim potentia & copiis fuffulciebantur, ut Hallus in *Vallnaliots-Saga:* "Hallr fór miök med fakir — gerdiz vel med þeim Halli ok Gudmundi, veitti hann Halla med fiölmenni, enn Hallr var griótpall fyrir málom hans". i. e. *Hallius caufis perorandis multum fe addixit — ut autem cum Gudmundo opulento amicitiam contraxerat, Gudmundus eum in foro copiis inftruxit, is vero caufarum, qvas Gudmundus agitavit, procuratorem egit.* Talium qvidem plurimi, ætate provectiores facti, hoc vitæ genus reliqverunt; multi tamen & ei per totam vitam adhæferunt, ut, feqventi tempore, Hrolfus de Skalmarnefia, qvi *uti juris peritisfimus erat, ita caufidici munere fungi vulgo folebat:* "Hrólfr var lögmadr mikill, ok fór miök med fakir *Sturlunga-Saga* Lib. 1. cap. 6. Singularia qvidem fateor hæc veterum Islandorum Juris doctrinæ deditorum exempla funt; Aft idem jurisprudentiæ ftudium populi Islandici, univerfim fpectati inftitutis annumerari etiam debere, tota argumento effe poteft veteris hiftoriæ feries; ea enim cum æqve fit Jurisconfultorum atqve hiftoricorum ferax, parem utriqve fcientiæ operam navatam ipfo rei experimento declarat; hiftoriam vero diligentisfime excultam effe omnes confitentur, unde & idem de jurisprudentia ftatuendum erit. Cæpit hoc in Islandia jurisprudentiæ ftudium, qvam primum regio incolis repleri coepit; *tunc* enim, *Vatnsdalenfium Hiftoria* (cap. 15.) tefte, *de legibus & jure ftatim cogitatum eft:* "þá gerdoz ok margar fveitir byggdar; tókuz þá upp lög ok landsrettr": communi fcilicet necesfitate & utilitate fvadente, ne incolæ omni lege carerent, qvamvis regiminis publici forma nondum ftabilita effet. Ipfa ita primæva Islandiæ occupatio originem Jurisconfultis dedit; unde & ab ea inde viri haud pauci hiftoricis memorantur, de jure, ubi res ferebat, refpondentes, qvales Ericum Guddalenfem *Liber origg. Island.* (P. III. c. 7. ed. Havn. p. 211.), Auffurem vero *Droplaugarfona-Saga* (cap. 3.), exhibent, aliiqve alios, ad *Joh. Arnæi Introd. ad. form. jud. Island.* (p. 4. & 5.) annotatos, qvibus Thorolfus Moftrarfkeggus & Thorfteinn Ingolfi filius eo majori jure annumerandi veniunt, cum duo celeberrima, qvæ Islandia ab ipfa ftatim occupatione nacta eft, judicia publica, Thorsnefenfe nimirum & Kialarnefenfe, inftituerint (conf. ib. not. 4. p. 9. & 10.). Incrementum Jurisprudentiæ addiderunt, folennis legum promulgatio & regiminis publici ordinatio circa ann. 930. facta, & eam haud longo intervallo fecuta infulæ in Qvadrantes vel Provincias divifio; plures enim Pontifica-

Digitized by Google

virdizt þar öllom mönnom vel. Jafnan ſkemto þau ſer *Gunnlaugr* ok *Helga* at tabli, ok lagdi (g) brátt hvart þeirra gódann þocka til annars, ſem raunir (h) bar á ſíd-ar; þau varo miök jafn-alldrar. *Helga* var ſva fögur, at þat

(g) C. S. bradligha. (h) *chartæ:* raun komzt at ſidan *eodem ſenſu.*

---

tus, pluresqve magiſtratus tunc inſtituti, pluribus juris diſcendi necesſitatem impoſuerunt. Primum horum ſpecimen præbent Legiferi ejus temporis, poſt *Arium Multiſcium* & *Landnama-Sagam*, ab *Arngrimo* (Crymog. Lib. I. c. 8. p. m. 81.) collecti, qvorum plurimos juris conſultisſimos fuiſſe reſponſa eorum docent hiſtoricis antiqvis laudata. Alterum ſuppeditant Pontifices ſive toparchæ bene multi eorum temporum, e. g. Arnkell Thorolfi Bægifoti filius (*Eyrbyggia-S.* cap. 16.); Thoroddus de Hialla Olveſiæ Skaptii Legiferi pater (*Floamanna-S.*); &, qvi primo loco nominari debuerunt, *Snorrius* de *Helgafelli* & *Giſſurus Albus*, plurimiqve alii, qvorum in leges & Jurisprudentiam Islandicam merita veteres pasſim commendant. Tertium deniqve alii qvlibet addunt, juris ſcientia clarisſimi, qvales in *Eyrbyggia-Saga* Steinthor de Eyri, in *Laxdæla-Saga* Thordus Ingunæ filius (cap. 42.), Geſtus Oddleifi filius (cap. 43.), & Thorkell Eyulfi filius (cap. 89.), omnes juris ſcientia, & duo poſterioris, Geſtus inprimis, ſingulari adhæc ſapientia celebres. Unde etiam Islandia, circa annum 1000, qvo religio chriſtiana publice recepta eſt, tantum Jurisconſultorum numerum habuiſſe deprehenditur, ut magnitudinem regionis, temporisqve longitudinem, fere ſuperare videri posſit. Exemplo ſint ex ſola *Nialis Vita:* 1) *Maurdus Gygia* Rangarvallenſium Jurisconſultus, tanti qvidem nominis, ut nihili prorſus haberetur forum cui non interfuit, unde & ab eo tota vicinia reſponſa petere ſolebat (conf. *Landnama-S.* ed. Havn. p. 332. 337.): 2) *Niall* (de qvo plura *Arngrimus* Crymog. Lib. II. Gen. 12. p. m. 160.), juris adeo peritus, ut eo mortuo Skaptius Legifer teſtaretur, *eum ſe ſolum noviſſe, qvi legem, de qva tum in foro diſceptabatur, calluiſſet:* " hugda ek, at ek einn munda kunna þeſſa lagagrein, ſídan Niáll er daudr, þvíat hann einn viſſa ek kunna": 3) *Thorhallus Asgrimi filius*, Nialis alumnus, de qvo ſupra: 4) *Asgrimus Ellidagrimi filius*, prædicti Thorhalli pater, ita in jure exercitatus, ut *Nials-Sagæ* autor (cap. 60. p. 92.) inſtar rei prorſus inſolitæ annotaverit, qvod qvandam forte actionem minus recte inſtituerit: 5) *Mordus Valgardi* filius, & pater ejus Valgardus, celebres qvidem, prioribus tamen non comparandi; deniqve 6) ipſe *Skaptius Legifer*, de qvo ad caput 5. autoris plura dicemus: omnes ſynchroni, & in provincia Islandiæ auſtrali degentes; qvibus eadem *Nialis vita* adhuc addit, ex provincia

Digitized by Google

didicit, omniumqve favorem sibi conciliavit. *Interea* Gunnlaugus & Helga *aleæ lusu se sæpius oblectabant, reciproco confestim utrinqve affectu, qvem eventus postea docuit; erant vero fere æqvales.* Helga *adeo venusta fuit, ut historiarum periti tradant,*

vincia orientali *Thorkelem Geiteris filium*, qvem alios etiam jurisprudentiam docuisse supra probavimus; ex provincia vero occidentali *Eyulfum Bolverki filium*, qvem uno loco (cap. 139. p. 222.) *Juris peritissimum* vocat; imo *tertium maximi nominis in Islandia Jurisconsultum:* "(Eyolfr var allra manna lögkiænastr, sva hann var hinn þridi mestr lagamadr á Islandi"): altero vero, *in Provincia occidentali maximum.* Religione Christiana publice recepta Jurisprudentiam veterum Islandorum maxime promotam esse, nullum est dubium. Etenim supremum tribunal *Fimtardómr*, paulo post institutum, Pontificum numérum denuo auxit. Deinde etiam bonarum literarum studia, cum religione introducta, rapidum adeo progressum fecerunt, ut centum annis vix elapsis, plurimi optimatum literati essent (vide *Arium Multiscium* ed. *Bussæi* cap. 7. & *Kristni-Sagam* cap. 13. p. 117. 118.). Imo monumenta hujus rei exstant omni exceptione majora Leges Reipublicæ Islandicæ ecclesiasticæ & civiles, circa seculi XI. finem & XIImi initia conditæ; hæ enim argumenta jurisperitiæ autorum passim exhibent, pro temporum ratione, satis admiranda. Causæ vero, cur veteres Islandi jurisprudentiæ studio tantum statuerint pretium, variæ sunt; & prima qvidem, qvod hoc scientiæ genus, artibus ingenuo qvolibet dignis, qvas *iþróttir* antiqvitas vocavit, annumeratum fuerit (vide *Sturlæum* ed. Svec. T. II. p. 256.); harum autem summo Islandi eo tempore ducebantur studio. Specialem causam suppeditat ipsa reipublicæ Islandicæ constitutio. Nam omnes fere nobilium Pontificum officia gerebant, qvæ a majoribus accepta, jure hæreditario ad filios devolvebantur. Horum autem munus postulavit, ut in suo singuli Pontificatu juri dicundo præessent, in Comitiis vero Universalibus, non tantum judicia publica sive superiora moderarentur, sed & Senatui interessent, legibus qva condendis, qva reformandis operam daturi; deniqve ubi opus erat, cognatos, amicos, vel subditos in foro defenderent; Ast superiores in foro tenere partes maximo honori ducebatur (vid. *J. Arnæi* Processf. Isl. p. 7. & 8. not. 3.); unde maxima his omnibus juris perdiscendi necessitas, eo etiam aucta, qvod graves adsint dubitandi rationes, an leges Islandorum, ante finem seculi undecimi, in litteras referri coeperint. Similes præterea aliis qvam plurimis ejusdem studii rationes fuerunt, tam ut viam sibi ad honores aperirent, qvam ut causas aliorum & suas perorarent, cum nulli tunc temporis essent causarum patroni auctoritate publica instituit

Digitized by Google

þat er faugn fródra manna, at hón hafi fegrſt (i) kvenna verit á Islandi; hár hennar var ſva mikit, at þat mátti vel hylia hana alla, ok ſva fagrt, ſem (k) barit gull (41), ok (l) eingi koſtr þótti þá þvílíkr í öllum *Borgarfirdi* ok vídar annarsſtadar, ſem *Helga* var in fagra. Ok einhvern dag, er menn ſáto í ſtofu at *Borg*, þá mællti *Gunnlaugr* til *Þorſteins:* Einn er ſá lutr í lögom, er þú hefver eigi kent mer, þat er at faſtna mer konu. *Þorſteinn* ſegir: þat er (m) lítit mál, ok kendi hanum atferli. Þá mællti *Gunnlaugr:* Nú (n) ſkal vita hvad mer hefvir af ſkiliz, ok man ek nú taka í hönd þer, ok láta ſem ek feſta mer *Helgu* dóttur þína. *Þorſteinn* ſvarar: (o) þarfleyſu ætla ek þat vera. *Gunnlaugr* (p) þreif þá þegar í haund hanum ok mællti: veittu mer nú þetta. Giör ſem þú villt, ſegir *Þorſteinn:* enn þat ſkulo þeir vita, er hiá ero [ſtaddir], at (q) þetta ſkal vera ſem úmællt ſe, ok þeſſu ſkulo ecki undirmál fylgia. Sídan (r) nefndi *Gunnlaugr* ſer vatta, ok faſtnadi ſer *Helgu*, ok (s) fretti *Þorſtein:* hvart þá mætti ſva nýta? Hann qvad [vel] ſva vera mega; ok vard mönnom at þeſſu mikit gaman, [þeim] er vid varo ſtaddir.

V. Cap.

(i) *C. S.* kona. (k) *al.* á gull ſæi *auri ſpeciem referret.* (l) C. S. eigi. (m) *al.* ſkamt mál ok kennilegt atferli *formaqve verborum facilis diſci.* (n) *C. S. & al.* ſkalltu vita hvart mer hefir [hafi] ſkilizt *utrum recte intellexerim experiere.* (o) C. S. þarfleyſi. (p) *id.* þreyfadi *attrectans.* (q) *al.* þat er (r) *iid.* faſtnadi Gunnlaugr. (s) *C. S.* ſagdi ſidan *& poſtea dixit.*

Digitized by Google

tradant, formosissimam in Islandia foeminam fuisse; tanta illi coma, ut totam facile tegere posset, tamqve pulchra, ut aurum malleatum æmularetur, nec ulla tunc temporis, in Borgfiordensi, *pluribusqve territoriis, virago, qvalis* Helga *formosa, repertum iri putabatur. Die qvodam, cum domestici* Borgæ *in caenaculo considerent,* Gunnlaugus *ad* Thorsteinem *dixit: Unus actus legitimus est, qvem me non docuisti, qva scilicet verborum formula uxorem mihi desponsem.* Thorsteinn *respondit: Brevis hæc oratio est, formulamqve solennem eum docuit. Tum* Gunnlaugus: *Jam, inqvit, qvantum ex his perceperim, experiar, manumqve tuam apprehendam, & me* Helgam *filiam tuam mihi desponsare simulabo.* Thorsteinn *id sibi inutile videri respondit;* Gunnlaugus *vero manum ejus statim apprehendens: hoc tamen, inqvit, mihi jam permitte. Ad qvæ* Thorsteinn: *fac, inqvit, ut libet; sciant autem qvi adsunt, hoc ut indictum esse, nec ullas inde dolis offucias peti posse. Hoc facto* Gunnlaugus, *testibus vocatis,* Helgam *sibi desponsat, utqve a* Thorsteine *qvæsivit: num hoc negotii ita conceptum jure valeret? isqve valiturum affirmavit; magna hinc omnibus, qvi præsentes aderant, delectatio nata est.*

Cap. V.

---

(41) Promissam pulchramqve comam, haud exiguam, tam viris, qvam foeminis, formæ gratiam conciliare olim creditam esse monstrant, qvæ de coma Ingigerdæ Hreggvidi Russiæ Regis filiæ, *Gaungs-hrolfs-Saga;* de coma Arneidæ, *Fliotsdalensium historia;* de coma Steingerdæ, *Kormaks-Saga;* de coma Hallgerdæ Hoskuldi filiæ *Nials-Saga*, & Hallgerdæ Oddi filiæ *Landnama-Saga* (Lib. II. c. 30. ed. Isl. p. 76.); deniqve & de coma Kiartanis Olai filii *Laxdalensium historia*, autoris nostri verbis perqvam similia narrant. Plura hac de re desiderantibus *Clesselius* (Ant. Germ. cap. 9. pag. 302. &c.) facile satisfaciet.

Digitized by Google

V. Cap.

Aunundr het madr, er bió ſudr at *Mosfelli*, hann var (t) audigr madr at fe, ok hafdi godord ſudr þar [um neſin]; hann var kvangadr madr, ok het (u) *Geirny* kona hans, *Gnúps* dóttir *Mollda-Gnúpsſonar*, er nam ſudr *Grindavík;* þeirra ſynir varo þeir *Rafn*, ok *Þórarinn*, ok (x) *Eyvindr;* allir varo þeir efniligir menn, (y) ok þó var *Rafn* fyrir þeim í (z) hvevetna; hann var mikill madr ok ſterkr ok manna (a) ſiáligaſtr, ok ſkálld (b) mikit; ok er hann var (c) þroſkadr fór hann landa ámilli, ok (d) fórſt vel. Þá bioggo þeir ſudr á *Hialla* í (e) *Olbuſi* fedgar *Þóroddr* hinn ſpaki ok *Skapti* ſon hans (42). *Þóroddr* var (f) *Eyvindar-*

(t) *C. S. & al.* audmadr hinn meſti *opulentisſimus fuit.* (u) *C. S. & chartis* Oddny *male.* (x) *al.* Eindridi, *librarii vel conjectura vel lapſu.* (y) *iid.* enn. (z) C. S. hveriuvetna *al.* öllu *ad omnia.* (a) *al.* áſiáligaſtr. (b) *C. S. & al.* gott. (c) *iid.* miök roſknadr. (d) *iid.* virdr [virdiz] hvervetna vel þar ſem hann kom. i. e. *qvocunqve venit, magni habitus eſt.* (e) *al.* Aulveſi *nec non* Olvos-ſveit. (f) *chartis male* Einarsſon.

---

(42) Qvæ de Rafnis Poëtæ genere ejusqve cum Skaptio Legifero cognatione autor noſter hic habet, tabula genealogica, qvam ejus cum aliis optimæ notæ hiſtoricis conſenſum monſtraturi ad calcem ſubjecimus, ſatis confirmat; inde enim patet, qvod Rannveiga Skaptii mater, tam Grimi Legiferi, qvam Geirnyæ, Rafnis matris, ſoror fuerit, ea tamen differentia, qvod Grimus priori Arnbiorgæ cum Svertingo, Rannveiga vero & Geirnya poſteriori, cum Gnupo, matrimonio originem debuerint. Eſt autem Skaptius, ſi qvis alius, inter veteres Islandiæ Legiferos, tam Reipublicæ diu beneqve geſtæ laude, qvam natalium ſplendore, inſignis. Principem virum ſuo tempore reputatum fuiſſe, vel illud, ſi plura non ſuppeterent, argumento eſſe poſſet, qvod Olaus Sanctus Norvegiæ Rex Hrærekum Regulum, ſibi cognatum, qvem ipſe in officio continere vix potuit, Skaptio cuſtodiendum mittere

Digitized by Google

Cap. V.

Interea vir, cui Aunundo *nomen*, Mosfelliæ *in australi Islandia habitavit, divitiis abundans, & Pontificis per vicina promontoria munere conspicuus. Nec dignum viro matrimonium defuit; uxor enim ei* Geirnya, *filia* Gnupi, Mollda-gnupi *filii, qvi* Grindavikam *australis Islandiæ occupaverat; Eorum filii*, Rafn, Thorarinn *&* Eyvindus *erant; singuli qvidem optimæ spei;* Rafn *tamen ceteris ad omnia præstans, utpote statura magnus, manu fortis, formaqve præ aliis spectabilis, & poëta egregius; ut autem togam virilem sumserat, mercaturæ maritimæ operam dedit, optato successu gavisus. Eodem tempore* Hiallam Olvosiæ *in australi Islandia* Thoroddus *sapiens & filius ejus* Skaptius

---

mittere decreverit (vid. *Sturleum* ed. Svec. T. I. pag. 499.). Ulterius autem id *Nials-Saga* adstruit (cap. 56. pag. 86.) de Skaptio & Thoroddo patre referens, *utrumqve qvidem principem virum, & maximi nominis Jurisconsultum fuisse, Thoroddum tamen malevolum & subdolum plerisqve visum esse;* plene vero confirmat *Grettis-Saga* (ed. Isl. cap. 34. pag. 110.) addens: *Skaptium suo seculo facile sapientissimum fuisse, & rogatum saluberrima consilia dedisse, atqve in eo Thoroddo patri, qvem haud pauci suspiciosum subdolumqve judicarunt, dissimilem fuisse, qvod, qvæ maxime profutura putaret, cuivis consulere soleret, unde &* fedurbetrúngr i. e. *Melior patre, vulgo appellatus est.* Iræ ergo magis qvam rei veritati tribuenda videri posset increpatio, qvam, *Nials-Saga* (pag. 227.) teste, Gissurus Albus Skaptio, auxilium sibi in justa causa deneganti, objecit: *qvod* scilicet *a patre, qvi, licet ingenii non omnino probati, attamen, ubi necessitas urgebat, amicis semper præsidio & auxilio fuit, multum degenerasset;* nisi forte Gissurus indicare tantum voluerit, Thoroddi patris, qvam filii Skaptii, animum, suas in partes proniorem fuisse. Qvod utiqve verum erat: Skaptius enim, non tam proprio favore ductus, qvam Thoroddi patris auctoritate permotus, controversiis Gissuri forensibus patronus initio adfuisse, post vero ejus partes reliqvisse, videtur. Certe, cum patre una, a Gissuri & sociorum, Gunnari de Hlidarenda & Kolskeggo fratribus, ob Otkelem & comites occisos

Digitized by Google

occisos, exilii poenam intentantium partibus in Comitiis stetit (*Nials-Saga* pag. 87.). Ast contra, non ita multis post annis, Asgrimo Ellidagrimi filio, Gissuri cognato & in communi causa socio, enixe roganti, ut affines suos Nialis filios, qvi Hoskuldum Hvitanesensium pontificem occiderant, sublevaret, non tantum suppetias ferre denegavit, sed insuper Skarphedinem Nialis filium contumeliosis verbis lacessivit, qvi, ut erat ingenio petulanti, nonnulla ei vicissim, qvæ pusilli animi, & indigni forti viro timoris notam inurerent, dicteria reposuit (ibid. p. 181.). Nec locus est objiciendi: vel prudentem a tumultibus civilibus cessationem, vel solam causæ injustitiam, hoc apud Skaptium effecisse. Nam cum seqventi æstate Gissurus & Asgrimus, contra Nialis, æqve crudeli ac injusto cum tota familia incendio deleti, interemptores, Skaptii opem in Comitiis implorarent, hic plus privato in Skarphedinem odio, qvam causæ æqvitati, tribuens, non solum omne eis auxilium renuit, sed & utrumqve opprobriis adortus, tantam in se Asgrimi iram concitavit, ut gravem ei optaret, & tantum non minaretur, contumeliam (ibid. pag. 227.). Huic autem occasionem brevi præbuit Gudmundus opulentus Modruvallensis, qvi Asgrimi & Gissuri partes secutus, & Skaptium eis auxilium denegasse ægerrime ferens, filium Skaptii Thorsteinem Holmunnum, qvi filiam ejus Jodisam in matrimonio habuit, ut prælio, ob hanc causam commisso, secum interesset, suo coegit imperio, hac potissimum ratione Skaptium se pugnæ dirimendæ interpositurum auguratus (ib. 229.). Nec fefellit conjectura. Nam ut Skaptius filium a Gudmundo in prælii discrimen adductum accepit, ad Snorrium Pontificem, certaminis componendi auxilia petiturus, properavit; sed tum prætereuntem forte conspiciens Asgrimus, in maximo pugnandi ardore constitutus, hasta misfili utrumqve pedem trajecit, qvo humi prostratus, in proximam tabernam trahitur; mox tamen ad se rediens, cum Snorrio una, pugnantibus disjungendis accurrit, tandemqve resarcitationem pecuniariam pro vulnere accepto obtinet; probrum vero imbellis animi, a Kario Solmundi filio, qvem, qvod cum Nialis occisoribus in gratiam redire nollet, objurgavit, sibi objectum, impune pati cogebatur (ib. p. 247. 249. 251.). Ex qvibus omnibus satis superqve liqvet, Skaptium, ex his cum Gissuro & sociis controversiis, nec æqvitatis laudem, nec honorem, reportavisse.

Contra multo felicius Skaptius cognatum suum Asmundum Hærulangum Midfiordensem, ejusqve filios & socios, juvit, responso in Comitiis edito, vi cujus Thorgeir Havaris filius, qvamvis viri maxime auctoritatis, Thorgilsis Arii filii Reykholensis, auxilio suffultus, ob Thorgilsis Masi filii, Asmundi cognati, cædem, relegationis poenam subire cogebatur (*Grettis-Saga* ed. Isl. cap. 29. pag. 106.). Nec minus omnibus cordatis placuerunt, qvæ Thoreri Adaldalensi, Gretterem Asmundi filium, qvem filios ejus occidisse incertus rumor attulerat, exilii poena plectendum postulantis, Skaptius objecit: scilicet: ***indictam, una solum parte referente,***

referente, causam videri debere, nec vulgi, omnia in deterius vertere promioris, sermonibus tantum jure tribuendum esse, ut accusatus condemnari posset: qvibus impedire qvidem non potuit, qvominus Gretter, a potentiori, qvam cui resistere posset, adversario, exilii reus perageretur, animum tamen satis declaravit, tam veritatis, qvam Asmundi studiosum (ibid. cap. 48. pag. 121.). Pari fide haud multo post ejusdem Asmundi cognatis patronus in Comitiis adfuit, idqve hac occasione: Thorbiorn Yxnamegn, sine justa causa, Atlium Asmundi filium, & vicissim Gretter, hanc fratris cædem ulturus, Thorbiornem cum filio occiderant. Hanc homicidii causam Thoroddus Drapustufus, ceteriqve Thorbiornis amici ad forum Hunavatnense deducunt, sed, obsistentibus Atlii cognatis, nil proficiunt. Res ergo ad Comitia venit, judicesqve, qvi definitivam sententiam pronunciarent, delegantur. Hos autem ut Skaptius, ab Asmundianis in auxilium vocatus, Gretterem Atlii fratrem legitimum causæ actorem agnituros, atqve adeo Atlii & Thorbiornis cædes æqvales judicaturos, comperit, in judicium procedens, interposita exceptione: *qvod Gretter, cum Atlius occidebatur, jam tum exul, adeoqve caussis in foro qva agendis, qva defendendis ineptus, fuisset:* institutam ab adversariis actionem penitus elisit, eosqve ita attrivit, ut causa ad proximos Gretteris cognatos, opibus & potentia multo superiores, delata, Thoroddus ingentem pro Atlii cæde pecuniam expendere cogeretur, nullam vero pro Thorbiorne & filio, a Grettere occisis, compensationem reciperet (ibid. cap. 53. p. 126.). Ceterum etiamsi Skaptius in Gretterem, sibi qvippe cognatum, propensus esset, eum tamen, qvod vi & rapinis in incolas grassaretur, & graviter reprehendit, & ad se profugum recipere noluit, ratione addita: *qvod se, utpote Legiferum, exulum hospitio leges violare, haud deceret* (ibid. cap. 57. pag. 130.), unde juris satis observantem fuisse apparet. Nec obstat, qvod in Thorgilse Reykholensi, ut dignum viro principe facinus laudasse memoretur (ibid. cap. 53. p. 126.), qvod tres illos exules, qvi in omne injuriarum genus maxime expositi fuerunt, ita, per integram hiemem, qvam apud eum simul agebant, in officio continuerat, ut nullam sibi invicem vim inferrent; qvippe qvo non ipsum exulum hospitium, legibus prohibitum, sed prudens Thorgilsis in eos moderamen probavit. Exilii vero cessationem, qvam se, viginti annis elapsis, Gretteri procuraturum Skaptius promiserat, præmaturus hujus, anteqvam ille decimum nonum exilii annum impleverat, obitus, antevertit (ib. cap. 81. pag. 149.).

Præter eas, qvas hactenus recensuimus, Optimatum lites, Skaptius primis Gudmundi Modruvallensis cum Lioto Vallensi dissidiis, qvibus componendis arbiter præfectus est, suam haud sine laude operam navavit. Ast cum postrema inter eos transactio fieret, Gudmundum, cui Lioti magis, qvam suo, honori velificasse videbatur, haud leviter offendit; Verum id non in ejus ignominiam, sed pacis publicæ per eorum concordiam firmandæ causa factum esse, haud omnino præter

verum obtendens, se qvidem excusavit, ipso tamen facto se a potentiori Gudmundi imperio haud parum pependisse simul ostendit (*Vallna-Liots-Saga*).

Militare ingenium, qvod tanto olim apud veteres septentrionales in pretio fuit, naturam æqve larga manu, ac alias animi dotes, Skaptio haud concessisse, multa svadent. Imbecillitatem animi Skarphedinem & Karium ei inprimis vitio vertisse supra vidimus. Nec omnino diversa nos sentire facit controversia illa, qvæ ei cum Thorgilse Orrabeinio fuit. Hic, una cum Asgrimo Ellidagrimi filio, Helgæ Thoroddi filiæ, Skaptii sororis, nuptias ambiit. In Thorgilsem Thoroddi, in Asgrimum Skaptii, studia propendebant. Thorgils vero, hoc incensus, seqventi anno, viam, per qvam ad portum Einarshöfn Skaptio forte eundum erat, cum sex armatis obsidet, qvod hic animadvertens ulterius progredi non ausus est, sed, nondum curatis, qvorum gratia iter susceperat, negotiis, domum revertitur; eoqve patris, repentini adeo reditus causam facile conjicientis, & sororem Thorgilsi elocare, qvam in tanto ejus qvotidie versari metu, ut ultro citroqve per provinciam commeare non liceret, satius ducentis, gravem incurrit reprehensionem. Re igitur in Comitiis denuo agitata, Skaptius qvidem, ut ante, Asgrimo favit, Thoroddus autem, Thorgilsem, uxoris negatæ vindictam de Skaptio sumturum, turbasqve moturum, Asgrimum vero donariis acceptis facile in gratiam rediturum, urgens, effecit, ut Helga Thorgilsi uxor daretur. Hoc autem Skaptius ex sua sententia factum non esse ægre ferens, domesticos incitavit, ut Thorgilsem postea, uxorem, qvæ, eo relicto, ad patrem redierat, domum reducturum, armati aggrederentur; verum Thoroddi, qvi Thorgilsem, suum qvippe repetentem, lacessere vetuit, auctoritate ab incepto desistere coactus est. Cumqve adeo se, patre semper contra nitente, nihil contra Thorgilsem effecturum prævideret, ex necessitate virtutem faciens, oblatam sibi haud multo post ab eo transactionem, lætus accepit, & perpetuam cum eo iniit amicitiam, qvæ Thorgilsi, in tumultus proclivi, ut alias sæpius, ita in lite, cum Asgrimo Ellidagrimi filio agitata, maximo fuit commodo. Hic scilicet, levi offensa inductus, ipsius Thorgilsis servum, data pecunia, percussorem in eum subornaverat; qvo Thorgils commotus, & cum 40 armatis, Asgrimum citandi gratia aggredi parans, ab hoc qvidem instituto, Gissuro Albo dissvadente, destitit, actionem tamen adversus Asgrimum instituit, sed legibus non conformem; qvo audito Skaptius, Thorgilsem, cum nullam ab Asgrimo ignominiam hactenus passus fuisset, sed plus simplici vice superior discessisset, jam contra, qvamvis justa in causa, ob neglectas juris solennitates judicio inferiorem fore, demonstrans, eo perduxit, ut rebus sic stantibus contentus, a lite desisteret; qvibus omnia hæc Thorgilsis cum Asgrimo dissidia, magno, ob utriusqve potentiam, Reipublicæ damno futura, tranqvillitatis publicæ, veræqve amicorum utilitatis, qvam inanis, ex vindicta turbisqve civilibus, gloriæ studiosior sedavit (*Flóamanna-Saga*).

Celeber-

Digitized by Google

Celeberrimum ſui temporis Juriſconſultum Skaptium fuiſſe uno ore teſtantur qvotqvot ejus mentionem fecerunt veteres hiſtorici, inter qvos *Kriſtni-Saga* (ed. Isl. pag. 22.) omnium Islandiæ legiferorum ſapientisſimum vocat. Tales autem laudes, ut ſibi debitas, ipſum etiam agnoviſſe, innuere videtur ejus de Niale teſtimonium, ſupra adductum; cui merito jungendum ejus cum affine Thorgilſe Orrabeinio colloqvium in *Floamanna-Saga* (cap. 33.) relatum, qvo huic, de reſponſi, ab eo in foro editi, veritate dubitanti, atqve ideo hujus rationem poſtulanti, ſuam juris ſcientiam, omnium inſtar argumentorum eſſe debere profeſſus perhibetur. Qvæ cum ita ſint, neſcimus an ab omni vanitatis & oſtentationis nota hac in parte abſolvi poterit; niſi forte utrumqve hocce elogium, hiſtoricis potius, qvi ſuam de inſignibus viris ſententiam dicturi, ipſos ſæpe loqventes introducere ſolent, qvam ipſi Skaptio, tribuendum veniat; qvod nobis qvidem eo magis arridet, cum ſimilis proſopopoeias exempla in noſtris antiqvitatibus freqventisſima ſint. Cæterum de eximia Skaptii jurisperitia dubitare nos non ſinunt varia reſponſa ab eo edita, variaqve juris capita ab eo reformata, qvorum memoriam veteres ad nos transmiſerunt. Unum horum ſpecimen *Grettis-Saga* (ed. Isl. pag. 106.) exhibet, qvæſtionem de æqvali omnium in fluminibus fundisqve publicis, qvos *almenninga* leges noſtræ vocant, capturæ jure, ſuo tempore controverſam, Skaptium ita definiviſſe referens: *qvod hæc captura omnibus qvidem ex æqvo, ſed æqvalis tantum dignitatis viris, pateret, adeoqve colonis prius, qvam frugiperdis circumforaneis deberetur.* Idqve optimo jure: nihil enim æqvitati magis adverſum erat, qvam colonis, qvi munera & onera publica ſuſtinebant, res ad rem familiarem ſuſtentandam neceſſarias eripi ab inſolentibus nobilium qvorundam filiis & cognatis, qvi ut haberent, qvæ rapinarum miniſtris & ſociis ſufficerent alimenta, vi & armis omnia miſcere ſolebant; unde hoc Skaptii reſponſum tali eorum licentiæ oppoſitum fuiſſe cenſeri debet. Addit *Arius Polyhiſtor* Libri de Islandia cap. 8. (edit. *Buſſæi* pag. 51. 52.) duas leges a Skaptio latas, unam, *qva homicidam, alium, qvam ſe ipſum, occiſorem profiteri vetuit*, eoqve ipſo actiones de homicidiis multo qvam antea faciliores reddidit; alteram, *qva qvintum judicium inſtituit.* Erat ſcilicet Islandia, ante Skaptii tempora, in qvatuor provincias, *fiórdúnga* i. e. qvadrantes, dictas, diviſa, qvarum qvælibet ſuum in Comitiis tribunal vel dicaſterium habuit. Hæc qvatuor dicaſteria generatim *Fiórdúngsdómar* i. e. qvadrantum, vel provinciarum judicia, vocabantur; ſpeciatim vero eorum qvodlibet ſuo etiam, a provincia, qvæ ei ſuberat, ducto nomine inſigniebatur, & ad id ſinguli provinciæ incolæ omnes, qvæ, in judiciis inferioribus ſive domeſticis, vel plene cognoſci vel cetera terminari non potuerunt, lites deducere debuerunt; unde hæc dicaſteria ſecundam, ſimulqve ultimam inſtantiam conſtituiſſe apparet. Cum autem facilis admodum in eis eſſet cavillandi juraqve pervertendi occaſio, celebris ejus temporis Juriſconſultus Niall, auctor fuit, ut tertia inſtantia omnibus Islandiæ

Digitized by Google

A. C. 1003 *vindar-son.* *Skapti* var þá lögsögumadr á *Islandi.* Móder *Skapta* var *Rannveig* (g) *Gnúpsdóttir Mollda-Gnúpssonar*, ok varo þeir systrasynir at frændsemi *Skapti* ok *Auundarsynir*, ok var (h) med þeim vinátta mikil med frændsemi. Þá bió út á *Raudamel Þórfinnr* (i) *Sel-Þórisson* (43) ok

(g) *ita & C. S. alii:* Stiupdottir Mollda Gunnlaugss. *Molldii Gunnlaugi filii privigna*: manifesto librariorum errore. (h) þar (i) *ita & C. S. al.* Selr.

---

incolis communis, qvinti judicii (fimtardómr) nomine reliqvis superinduceretur, qvod Skaptius reipublicæ proficuum sentiens judicium hocce, uti rogaverat, in jus recepit; ipsam autem ejus formam & occasionem, una cum prolixa æqve ac facunda Nialis super utraqve oratione, ex Codice legg. Island. *Grágas* & *Nials-Saga*, *Job. Arnæus* (Introd. ad Processum Island. cap. 13. pag. 316-23.) exhibet. *Monomachiarum* sive singularium certaminum usum, ex judiciis Islandorum, Skaptii auctoritate, sublatum fuisse ignoraremus, nisi id nos autor noster (cap. 11.) docuisset; jam vero & occasionem & successum hujus Senatusconsulti inde discere licet, qvare plura de eo hic dicere opus non est. Inter omnia tamen, qvæ leges Islandorum Skaptio debent, præcipua merito habetur: *juris Ecclesiastici Reformatio*, per qvam *infantum expositio*, *eqvinæ carnis esus*, *occultusqve numinum ethnicorum cultus*, qvæ omnia *Arius* (Libri de Islandia cap. 7. ed. Buss. pag. 44. 45.) incolis primo permissa, *Nials-Saga* autem (cap. 106. pag. 164. 165.) clam tantum permissa, palam vero probibita fuisse, refert, pluresqve ejusmodi consvetudines, a sacris christianorum abhorrentes, legibus Islandorum exemtæ & penitus abrogatæ sunt, post *Sturlæum* (ed. Sv. T. I. pag. 435. 440. & 601.) & *Olai Sancti* Norvegiæ Regis *Vitam*, a S. V. *Finno Johannæo* (Hist. Eccl. Isl. T. I. pag. 73-79.) pluribus descripta. Qvamvis enim ea prædicti Regis auspiciis, & optimatum Islandiæ, inprimis Hialtii Skeggii filii consiliis & auxiliis peracta sit, nullum tamen est dubium, qvin Skaptio, utpote tunc temporis legifero, magna ex parte tribui debeat. Qvi se in hoc officio ceterа gesserit, omni major exceptione testis est *Arius* (l. cit. pag. 52.), *multos principes viros & optimates potentia ejus severoqve imperio compulsos, ob cædes vel pugnas relegationis vel exilii poenam subiisse* docens; qvale testimonium, tam ipsa Arii, 38 anno post Skaptii mortem nati, fide, qvam similibus, qvæ alii historici memorarunt, ejusdem rigoris exemplis confirmatum, suspectum reddere minime valet

Digitized by Google

tius *incoluere.* Thoroddus Eyvindi *filius erat.* Skaptius *vero tunc temporis legiferi officio in* Islandia *fungebatur. Mater* Skaptio Rannveiga, Gnupi *filia*, Mollda-Gnupi *neptis*, *atqve ita* Skaptius & Aunundi filii *consobrini erant*, *arctaqve inter eos cum cognatione amicitia.* Raudameliæ *tunc habitavit* Thorfinnus Sel- A. C. 1003

Thore-

valet unus alterve specialis casus, ubi Skaptium, necessitate qvadam coactum, optimatibus forte interdnm cessisse supra notavimus. Magistratum enim, qvalis ille fuit, cui ab una parte lex admodum dura versatur ob oculos, ab altera vero talis Reipublicæ status, in qvo optimates, qvæcunqve jure obtinere non licuit, vi & armis capessere non verebantur, majorem sæpius, in controversiis eorum componendis, pietatis humanitatis, publicæqve ante omnia tranqvillitatis, qvam strictissimi juris rationem habere vere debuisse, cordatissimus qvisqve sine dubio fatebitur. Skaptii autem prudentiam præter cætera commendat consilium, qvo, una cum Snorrio Pontifice, ne Optimates Islandiæ, ab Olao Sancto Norvegiæ Rege invitat:, dubiæ ejus fidei se crederent, effecit, eoqve ipso patriæ libertatem asseruit (vide *Sturl.* ed. Sv. T. I. p. 605. 606.). Legiferi officium, sibi ab avunculo & antecessore Grimo Svertingi filio Mosfellensi impetratum, teste *Ario Polyhistore* (ed. Bussæi p. 52.) 27 annos tenuit, eoqve, cum vita simul, excessit eodem anno, qvo prædictus Olaus Rex Stiklastadis cecidit; cum vero hic annus ex *Arii* calculo 1030 fuerit, & præterea ex *Grettis-Saga* (ed. Isl. pag. 149. cap. 81. & 82.) constet, Skaptium hieme mortuum, novumqve Legiferum Steinem eodem anno ei sublectum esse, primus officii suscepti annus, nempe 1003. qvem *Bussæus* etiam ad ductum *Arii* (p. 51.) recte observavit, facile colligitur. Poëtam fuisse indicant poëmata heroica, qvibus Hakonem Norvegiæ Comitem & Olaum Sanctum Norvegiæ Regem celebravit, qvorum posterius per filium Steinem transmisit (vide *Sturl.* l. c. pag. 637.); eaqve causa est, cur Skaptii nomen in Catalogum Poëtarum aulicorum Olai & Hakonis, qvalis a *Wormio* & qvi eum seqvuntur, editus est, & qvidem merito, olim relatum fuerit, cum contra in editione *Peringskioldiana* ad calcem *Heimskringlæ* (ed. Sv. T. II. pag. 481.) inter poëtas Magni Boni immerito numerari videatur. Religionis Christianæ in eo observantiam, templum, qvod in latifundio suo Hialla propriis eum sumtibus ædificandum curasse *Flomanna-Saga* (cap. 34.) testatur, haud obscure innuit.

(43) In numero filiorum Thorfinni septenario *Landnama-Saga* (ed. Isl. pag. 34.) cum autore nostro plene consentit; in nominibus vero dissentit, utpote nec Eyvindum

vel

Digitized by Google

A. C. ok átti (k) VII. fono, ok varo allir efniligir menn, þeir hétô fva: *Þorgils* ok (l) *Eyvindr* ok *Þorir*, ok varo þeir meftir menn út þángat; ok þesfir menn, (m) er nú ero nefndir, varo allir uppi famtída. Ok þeffu nærft vrdo þau tídendi, er
1000 bezt hafa ordit her á *Islandi*, at landit vard allt kriftit; ok allt fólk hafnadi fornum átrwnadi (44). *Gunnlaugr Ormstúnga*, cr (n) fyrr var fráfagt, var nu ymizt at *Borg* med *Þorfteini*, edur heima med *Illuga* fédur finum á *Gilsbacka*
1006 (o) þriá vetur, ok var hann þá (p) XVIII. vetra gamall, ok famdizt þá (q) mikit. Madr het *Þorkell*, (r) ok var kalladr *Svartr*, hann var heimamadr *Illuga* ok [ná]-frændi, ok hafdi þar uppvaxit. Hanum tæmdizt arfr nordr í *Vazdal* í *Afi* (45), ok beiddi hann *Gunnlaug* at fara med fer; ok þat (s) giördi hann; ok rída nordr tveir faman í *As*, (t) ok greiddu þeir feit af höndom, er (u) vardveitt höfdu, med atgaungu *Gunnlaugs*. Enn er þeir rído nordan, gifto þeir í *Grímstúngom*, at *Audgils* bónda, er þar bió; ok um morgininn tók fmalamadr heft (x) þeirra ok reid, ok var þá fveittr miök, er þeir fingu nád. *Gunnlaugr* lauft

(k) *al.* Sex. (l) *C. S.* & *al.* Eyolfr. (m) *al.* ero nefndir, ok varo allir uppa [uppi á] einn tíma, *hi memorantur, omnesqve eodem* &c. (n) C. S. ádr. (o) *Membrana Havn.* tva *duos*, Apogr. Cod. Svec. VII. fed male. (p) al. male XV. (q) C. S. mikit [*al.* vel] med þeim fedgum *multumqve cum patre in gratiam rediit.* (r) *C. S.* Svarti. (s) *C. S.* hann gerdi fva, ok ridu. (t) *id. add.* ok feingu fëit & *bonis potiti funt.* (u) *al.* vardveittu *cuftodiverunt.* (x) *C. S.* & *al.* Gunnlaugs *Gunnlaugi.*

---

vel Eyolfum, nec Thorgilfem, fed Gilfem, agnofcens. Utrum rectius fit, definire non poffumus; qvædam tamen *Eyrbyggia-Saga* exemplaria, qvæ Thorgilfis Thorfinni hujus filii mentionem cap. 79. faciunt, relationem autoris confirmare videntur.

Digitized by Google

Thoreris filius, *& septem filios habuit, inter qvos* Thorgils, Eyvindus & Thorer, *omnes bonæ spei; hiqve in ea regionis parte præcipui viri erant. Omnes autem, qvi hactenus memorati sunt, eodem tempore vixerunt. Proxime accidit, qvod* Islandia *nostra auspicatissimum experta est, ut universus populus, veteri religione rejecta, Christianam amplecteretur.* Gunnlaugus Ormstunga, *de qvo ante dictum est, jam* Borgæ, *apud* Thorsteinem, *jam* Gilsbackæ, *domi apud patrem suum, alternis vicibus tres annos egit, tumqve octodecim annos natus, mores multo mitiores sectari coepit. Erat* Gilsbackæ Thorkell *qvidam, cui* Nigri *cognomen datum,* Illugii *domesticus & proximus cognatus, qvi ibi adoleverat. Huic in tractu* Vatnsdalensi *borealis Islandiæ, prædio vero* Asensi, *hæreditas deferebatur, unde* Gunnlaugum *rogavit, ut eo secum proficisceretur; cumqve hic annueret, ambo* Asum *eqvitant, ubi bona qvi custodiverant*, Gunnlaugo *auctore, tradunt. Reversi a septentrione* Grimstungis, *apud* Audgilsem *qvendam, ibi habitantem, hospitabantur; seqventi vero mane opilio eqvum eorum, clam surreptum, ita eqvitando fatigaverat, ut, cum reciperent, multo sudore maderet.* Gunnlaugus *ergo opilionem*

A. C. 1000 1006

videntur. Thorfinnum Gudlaugus opulentus, prædio Raudamelensi inhians, ad singulare certamen provocavit, qvo utrumqve graviter vulneratum Thurida Oddi Tungensis filia, Josridæ, Thorfinni uxoris, soror, sanavit, & postea reconciliavit (*Landnama-S.* l. c. p. 35.). De liberis Thorfinni plura vide ibid. p. 46. cap. 13. & pag. 56. cap. 19. Prædium autem Raudamelense, cum altero cognomine, in valle montana jacet, qvæ tractum Kolbeinsstada-Hrepp, extra Borgarfiordum, versus promontorium Snæfellense situm, efficit.

(44) Sc. Anno Christi 1000. vide *Arium Multiscium* ed. *Bussæi* cap. 7. *Christni-Sagam*, pag. 102. *Arngrimum* Crymog. Lib. I. cap. X. & plures.

(45) Utrumqve prædium *Asense* & *Grimstungense* in tractu Vatnsdalensi adhuc superest, Asense qvidem hodie parochiale, inferius, Grimstungense vero, juxta autorem, superius, montibusqve mediterraneis propius.

A. C. 1006 lauſt ſmalamann med breid-auxi í úvit. Bóndi villdi eigi ſva búit hafa, ok (y) beiddizt bóta fyrir. *Gunnlaugr* baud (z) mörk. Bonda þótti þat oflítit. *Gunnlaugr* qvad þá víſu (46):

Maurk baud ek mundángs ſterkum
    Manni [(a) tygiazt tanna
Gráſena ſkalltu góna
    (b) Glóſpýir þat] nýa.
Ydrazt muntu ef ydrum
    Allrádz flóda ór ſiódi
Lætur eydanda lída
    Linnz ſamlagar kindar.

Þeſſi vard ſætt þeirra ſem *Gunnlaugr* baud, ok ſkildo þeir vid ſva búit. Ok litlu ſídar beiddi *Gunnlaugr* fedur ſinn (c) utan-ferdar í audru ſinni. *Illugi* ſvarar: [Nú ſkal vera ſem þú villt, hefir þú nú helldr ſamit þik, úr því ſem var. Reid *Illugi* þá heiman [ſkiótt], ok keypti ſkip hálft til handa (d) *Gunnlaugi*, er uppi ſtód í *Guſár-óſi*, (e) af þeim manni [er *Audun* het, ok var kalladr *Feſtar-garmr* (47). Ok er *Illugi* kom heim, þackar *Gunnlaugr* hanum vel.

(y) C. S. beiddi, *Membr. H.* bad bæta. (z) *C. S. add.* at giallda bonda *colono expendere.* (a) *al.* tyggiazt. (b) *al.* glóſpyr þik nyta. (c) *chartæ* farar-efna, C. S. fararefnis, í annat ſinn *commeatum.* (d) C. S. ſer *ſibi.* (e) C. S. at Auduni Feſtargram *ab Audune Feſtargramo.*

---

(46) Ordo verborum in priori hujus carminis parte hic eſt: "Ek baud mundángs ſterkum manni nya mörk, þat ſkalltu gráſena tanna glóſpyir tygiazt góna". i. e. *obtuli mediocriter forti viro marcam novam, id tu, cineracei coloris dentes prodens cachinnorum vomitor! præcipuum aſpectabis.* Poſterioris partis hic eſt ordo: "muntu allrádz ydrazt, ef lætr lída ór ydrum ſiódi eydanda flóda ſamlagar linnz kindar". i. e.

opilionem securi bellica percussit, ut deliqvium pateretur, herus autem, hoc impune pati nolens, multam pecuniariam postulat. Gunnlaugus *marcam obtulit; cumqve hæc resarcitio nimis exigua illi videretur, hoc carmen addidit.* A. C. 1006

Marcam novellam (satis hoc pro fortibus ausis)
Obtulimus; tu sumito spectabile munus,
Qvi ferrugineos dentes
Divaricas indecente cachinno.
Ni feceris, & rite claudas carcere,
Rutilantes qvod coërcet undiqve
Fratres, qvi flumina torrent,
Elapsum sero flebis draconis stratum.

Qvo audito, conditione, qvam Gunnlaugus *obtulerat, accepta, reconciliati, a se invicem discedunt. Paulo post* Gunnlaugus *peregre eundi veniam altera vice a patre petiit.* Illugius *respondit: Jam tibi hoc ex voto permittam, etenim mitiores opinato mores nunc induisti; Postqve domo brevi profectus, navim dimidiam, qvæ in* Ostio Gufäensi *subducta erat, ab* Audune *qvodam, cui* Festargarmo *cognomen, in usus* Gunnlaugi *comparavit, qvi domum reduci magnas ideo gratias egit.*

 Thor-

---

i. e. *poenitebit te toto animo, si pateris elabi, ex vestro fluviorum consumtoris (s. ignis i. e. auri) receptaculo* (i. e. thesauro), *contubernalem* (vel *catillo*) *serpentini generis* (i. e. aurum vel pecuniam).

(47) Qvidem hic addunt: "Þessi Audun hinn sami villdi eigi utan flytia sonu Osvifis hins spaka (gamla), epter víg *Kiartans Olafssonar*, sem segir i *Laxdæla-Sögu*, oc var *Gunnlaugr* (þat) þó sidar enn þetta (þá)". i. e. *Idem hic Audun*, *ut in Laxdalensium historia perhibetur*, *Osvifi sapientis* (grandævi) *filios*, *post cædem Kiartanis Olai filii*, *peregre vehere recusaverat*, *Gunnlaugus* (hoc) *tamen* (illo) *tempore posterior* (posterius) *erat*. Ea vero ad contextum autoris nostri non pertinent, sed a librario qvodam vel Scholiaste antiqvo, Laxdalensium historiæ ab eo dissensum monstraturo, annotata, & post in ipsum textum, etiam in Membranis, tam Svecica, qvam

A. C. 1006 vel. *Þorkell Svarti* redzt til ferdar med *Gunnlaugi*, ok var fyrr fluttr varnadr þeirra til ſkips, enn *Gunnlaugr* kiæmi; (f) hann var at *Borg* medan þeir (g) bioggozt, ok þótti (h) ſkemtiligra at tala vid *Helgu*, enn vera í ſtarfi med kaupmönnom. Einnhvern dag fretti *Þorſteinn Gunnlaug*, ef hann villdi rída med hanum til hroſſa hans upp í *Lánga-Vazdal* (48). Hann qvedz þat vilia. Nú rída þeir (i) bádir ſamt, þar til er þeir kvoma til (k) ſelia Þorſteins, er heitir á *Þorgils ſtödum*; þar varo ſtódhroſſ, er *Þorſteinn* átti, iiii ſaman, ok varo raud at lit, enn heſtrinn var allvænligr ok lítt reyndr. *Þorſteinn* baud at gefa *Gunnlaugi* (l) hroſſin (49). Enn hann qvedz þá eigi hroſſa þurfa, er hann ætladi (m) af landi. [Ok] þá rído þeir

(f) *al.* reid Gunnlaugr ſva til Borgar, ok var þar medan ſkip var búit *Gunnlaugus enim Borgam eqvitavit, ibiqve, dum navis inſtruebatur, egit.* (g) C. S. bioggo ſkipit. (h) *id.* gladara. (i) *id.* II. ſaman. (k) *Membr. Havn.* Sönar *forte pro* Sätra. (l) C. S. heſtinn *eqvum.* (m) *al.* at ſigla *navigare.*

---

qvam Hafnienſi, recepta ſunt. Res autem hæc eſt. Laxdalenſium hiſtoria, ad annum chriſti 1003 vel 1004, narrat, Audunem Feſtargarmum Oſvifi grandævi filiis, ob injuſtam Kiartanis cædem patria proſcriptis, vecturam denegaſſe, qvod, vivis Kiartanis amicis, æqve in Norvegia, ac in ipſa Islandia, exules futuri eſſent; eo vero incenſum patrem eorum Oſvifum non tantum certum eadem æſtate interitum Auduni vaticinatum eſſe, ſed & eum revera, eodem autumno, in Norvegiam reverſurum, fracta ad Færoas navi, cum nautis una, periiſſe. Contra autor noſter h. l. docet, Audunem, circa annum 1006, Gunnlaugum ad exteros vexiſſe. Qvæ licet ſecum invicem plene conſiſtere non poſſint, conciliari tamen qvodammodo poſſe videntur, & qvidem hoc modo: Audunem naufragio periiſſe, facile credi poteſt, ea inprimis ex ratione, qvod autor noſter, poſt primum Gunnlaugi ab eo diſceſſum, nullam ejus mentionem faciat, cum tamen Gunnlaugus partem navis a ſe emtam illius fidei diſcedens commiſerit. Aſt mortem ejus, non ſtatim anno 1003

Thorkell-Niger *se pregriuationis socium* Gunnlaugo *adjunxit*, A. C. 1006
mercesqve eorum ad navim deportatæ sunt, *anteqvam* Gunnlaugus *veniret; hic enim, dum navim instruebant*, Borgæ *egit, majori oblectamento ducens, cum* Helga *confabulari, qvam mercatorum munia obire. Die qvodam* Thorsteinn Gunnlaugum *rogat, num ad eqvitia sua* Langavatnsdaliam *secum eqvitare vellet? Cumqve annuisset, ambo una eqvis avecti ad æstiva* Thorsteinis, Thorgilsstadas *vocata, perveniunt. Eqvitium ibi erat, qvod* Thorsteinn *possidebat, fulvi coloris, constans tribus eqvabus & admissario, specioso qvidem, parum tamen experto.* Thorsteinn Gunnlaugo *eqvitium dono offert, is vero se eqvis haud egere respondit, cum peregre proficisci statuisset. Inde ad aliud eqvitium transeunt, in qvo eqvus cineraceus*

1003 vel 1004, sed multo serius, nempe post annum 1006 vel 1007, primum contigisse putamus. Totam enim Laxdalensium historiæ hac de re narrationem haud parum suspectam reddit, qvod Audunis mortem, tanqvam indubium præsagi in Osvifo animi argumentum afferat, qvæ superstitio ejus autorem sine dubio movit, ut Audunis naufragium, rumore cætera haud vano acceptum, qvo certior Osvifi augurio eventus, certiorqve constaret commendatio, ad eundem, qvo hoc editum erat, annum referret, qvales anachronismos eum sæpius commisisse, si e re nostra esset, facile probari posset. Cætera Audunis cognomen, in qvo autoris nostri exemplaria admodum differunt, (qvædam enim *Festingar-gramr*, alia *Festar-gramr* habent) in Membrana Universitatis Havniensis per *Festargarmr* (qvod & retinuimus) recte exprimi, probat nomen *Festarbundr*, (ejusdem cum priore significatus, qvatenus *Garmr* appellatio canis poëtica est), qvo Osvifum hac occasione Audunem per contemptum compellasse *Laxdæla-Saga* perhibet.

(48) Valle Langavatnsdalensi, per distantiam locorum, Thorsteinn pro pascuis facile uti potuit, qvemadmodum & hodie Borgarfiordenses ea utuntur, tunc tamen temporis, saltem pro parte, habitata fuisse videtur. Sed Thorgilsstadarum nulla hodie memoria superest, unde statuendum, vel hunc locum non in ipsa hac valle, sed alicubi in vicinia, forte ad meridiem, situm fuisse, vel hocce nomen temporis lapsu obsolevisse, novumqve successisse.

(49) Conf. *J. Erici Disqvis. de Philippia veterum boreal.* Lips. 1755. edita.

Digitized by Google

A. C. 1006 þeir til annarra [stód]-hrossa, ok var þar hestr grár med iiii merom, ok var sá beztr í *Borgar-firdi.* Ok baud *Þorsteinn* (n) *Gunnlaugi* at þiggia þann. *Gunnlaugr* svarar: Eigi vil ek (o) þenna helldr enn hinn. (p) Edr hví býdr þú mer eigi þat, er ek vil þiggia. Hvat er þat, segir *Þorsteinn? Helga* [hin fagra] dóttir þín, segir *Gunnlaugr.* Eigi man þat sva skiótt rádazt segir *Þorsteinn*, ok tók annat mál; ok rída heimleidis ofan med *Lángá* (50). Þá mællti *Gunnlaugr:* vita vil ek hverju þú villt (q) svara mer um bónordit vid *Helgu* dóttur þína. *Þorsteinn* svarar: Ecki (r) gef ek gaum at hegóma þínum. *Gunnlaugr* mællti: þetta er alhugi minn, enn eigi hegómi; enn þú mant vita hverju þú villt svara. *Þorsteinn* svarar: vita skylldir þú fyrst hvat þú villdir; ertú eigi rádinn til utanferdar, ok lætr þó sem þú skylir (s) bidia þer konu? Er (t) þat eigi jafn-rædi med yckur *Helgu*, medan þú ert sva úrádinn; ok man því ecki verda álitit. *Gunnlaugr* mællti: Hvar ætlar þú til um giaford dóttur þinnar, ef þú villt eigi gipta syni *Illuga* hins *Svarta?* Edr hverir ero þeir [her] í *Borgar-firdi*, at meira háttar se enn hann? *Þorsteinn* svarar: Ecki fer ek í (u) mannjafnad (51); enn værir þú slíkr

(n) C. S. at gefa þann Gunnlaugi. (o) C. S. þessi helldr enn hin *hoc sc. eqvitium præ altero.* (p) *id.* enn. (q) *al.* mer tilsvara. (r) C. S. finni ek hegóma þ. (s) C. S. kvangaz *matrimonium te contracturum.* (t) *al.* þá er þat ok. (u) C. S. mannjöfnud.

(50) *Membrana Havniensis* fluvium *Ranga* vocat, sed cum locorum periti hunc non agnoscant, *Lángá* substituimus, exemplarium qvidem chartaceorum & membranæ Svecicæ, maxime tamen *Egils-Saga* auctoritate inducti; hæc enim, Steinaris & Thorsteinis Egillis filii lites describens, fluvium Langäensem in tractu Myrensi memorat, isqve vere ex valle Langavatnsdalensi in toparchiam Myrensem effunditur.

Digitized by Google

A. C. 1006

cum qvatuor eqvabus, qvi in tractu Borgfiordensi *generosissimus habebatur. Hunc etiam* Thorsteinn Gunnlaugo *donarium offert.* Gunnlaugus *vero: Haud hunc, inqvit, præ altero curo; Cur autem mihi non offers, qvod libenter accepturus sum!* Thorsteinn, *qvid hoc rei esset, rogat?* Gunnlaugus *respondet:* Helga *pulchra filia tua. Ad qvæ* Thorsteinn: *Id tam cito haud decernetur, & sermonem alio vertit. Cumqve, domum repetentes, juxta fluvium* Langäensem *descenderent,* Gunnlaugus *dixit. Pervelim scire, qvid petitioni meæ, de* Helga *filia tua, respondeas. Ad qvæ* Thorsteinn: *Jocos, inqvit, tuos non moror.* Gunnlaugus *contra: hæc serio mihi, non joci tantum causa, dicta sunt; tu igitur perpende, qvid respondere velis. Tum* Thorsteinn: *Opus, inqvit, esset, ut scires qvid velles; nonne peregre proficisci nuper decrevisti, nihilo tamen minus uxorem te ambiturum simulas? Unde haud æqvalis tua &* Helgæ *conditio, qvamdiu consiliis ita fluctuas, nec ulla tuæ petitionis ratio habebitur.* Gunnlaugus *respondet: Ubinam, qvæso, matrimonium filiæ tuæ circumspicis, si* Illugii Nigri *filio nuptum dare renuis? Qvinam enim in* Borgfiordensi *nostro tractu, qvi majoris eo nominis viri sint?* Thorsteinn *regerit: Nullam qvidem virorum comparationem instituo; attamen,*

---

(51) Contentioni meritorum, qvæ antiqvitatibus nostris *Mannjafnadr* i. e. virorum comparatio, vulgo audit, primam sine dubio originem dedit ardentissima illa gloriæ cupiditas, ingeniorum militarium indivulsa comes, qvæ veteres septentrionales in omne animavit contentionum genus. Antiqvissima autem, qvantum qvidem meminimus, hujus moris indicia partim procorum Sygnis, Sigari Daniæ Regis filiæ, comparatio, *Saxoni* (Lib. VII. ed. Sor. p. 128.) memorata, eoqve præeunte a *Stephanio* (not. p. 156.) observata, partim varia exhibent berserkorum s. athletarum furentium exempla, qvi convivia aliosqve conventus solennes freqventare, & singulos, qvi aderant, vel viritim interrogando: utrum qvis se illis parem profiteretur?

Digitized by Google

A. C. 1006 ifikr mædr sem fadir þinn, þá mundi þer eigi frávísat. Gunn-

fiteretur? vel alio modo, tentare solebant, an qvis forte vel illud, vel aliud, qvod eis displiceret, reponere auderet; qvod ubi evenit, ita obloqvi ausos ad singulare secum certamen e vestigio provocabant. Præter plures veterum, qvi data occasione talium mentionem fecerunt, *Vigaglums-Saga* (ed. Isl. cap. 6. pag. 191-92.) Biornem Jarnhaus, in aula Vigfusi Vorsiæ Ducis, *Svarfdæla-Saga* (cap. 7.) Molldium, in aula Herraudi Comitis, & *Hrolfs-Saga Kraka* (ed. Biörneri cap. 37. pag. 85. seqv.) duodecim Berserkos, qvos Holfus Krakius, celeberrimus olim Daniæ Rex, secum habuit, in ipsa ejus aula, hoc modo se gessisse, operose enarrant, eoqve ipso satis declarant, meram hanc fuisse barbariem & insolentiam, qva tales athletæ omnis periculi contemptum palam ostentare, aliis autem terrorem incutere, imo occasionem eis insultandi, qvin vim inferendi, captare sategerunt; unde prædictus Rex, pro seculi captu boni moris studiosissimus, hunc qvidem, qvod magna, ex Berserkorum expeditionibus bellicis & victoriis, gloria in eum prædaqve redundaret, tolerasse, minime vero probasse, perhibetur. Seqventibus temporibus hoc meritorum certamen, inter ludos militares vel heroicos, locum obtinuisse *Svarfdæla-Saga* innuere videtur, Grisium, in convivio suo nuptiali, inducens ita loqventem: "vel sómir þat í sva gódu samsæti, at tala mest þat epter megi hafa, ok streingia heit, edr taka ser jafnadarmann — hóf Karl hinn raudi þat fyrst, ok tók ser jafnadarmann Liótólf goda, ok streingdi þess heit, at hann skylldi hafa heimilat ragmæli á hendr hanum at þriggia vetra fresti". i. e. *In consessu adeo exoptato apprime convenit talia maxime loqvi, qvæ memorando digna sint, adeoqve vel vota (heroica) concipere, vel parem sibi nominare — Incipiens ergo Karlius Rufus parem sibi nominavit Liótolfum Pontificem, votumqve fecit, se eum intra tres hiemes timiditatis coarguturum.* Ast ubi ulteriorem *Svarfdæla-Sagæ* hac de re narrationem inspicimus, statim apparet, omnia hic, a Karlio & sociis, æqve insolenter, ac olim a berserkis, gesta fuisse; ut enim Liotolfum tunc temporis, cum paucis tantum famulorum, domi agere acceperant, illico, ne stolidæ garrulitati eventus deesset, multis armatis stipati ad villam ejus advolaverunt, eumqve, cum ab eis provocatus, exire, vitamqve eorum sævitiæ credere nollet, testibus vocatis timiditatis coarguerunt; qva etiam ratione inductus Thorsteinn Svarfadus, hoc Grisii consilium statim ab initio, ut ab omni prudentia alienum, improbavit, facile prævidens, qvod & eventus docuit, perpetuarum id inter eos & Liotolfum inimicitiarum, utrisqve fatalium, causam fore. Neqve id immerito. Plurima enim historicorum antiqvorum testimonia plenissime evincunt, talia olim meritorum certamina cædibus vel odiis semper terminari solita esse. Ut exemplis utamur, comparatio Erici Rufi Grönlandiæ occupatoris & Thorgilsis Orrabeinis alumni, in Grön-

Digitized by Google

attamen, si vir esses, qvalis pater tuus, repulsam non ferres. A. C. 1006
Gunn-

Grönlandia instituta, homicidii primum, post etiam odiorum inter eos causa fuit (*Floamanna-Saga*). Ex comparatione Arnkelis & Snorrii Pontificum in convivio autumnali apud Snorrium facta, inprimis vero, qvod qvidam Arnkeli primas deferre viderentur, Snorrius, *Eyrbyggia-Saga* teste, occasionem aucupatus est, conjurationem cum convivis faciendi, ut inde discedentes Arnkelem occiderent. Comparationem inter Hafgrimum & fratres Bresterem & Beinerem in Sudureya institutam, omnibus inter Færeyenses dissidiis, belloqve civili, ex his tandem nato, primam dedisse originem *Olafssaga Tryggvasonar* (ed. Isl. Lib. I. p. 105. seqv.) docet. Simili modo comparatio qvorundam Norvegiæ Procerum *Orkneyingasaga* (cap. 49.) perhibente, jurgia primum, dein cædes & odia peperit; Idqve haudqvaqvam mirandum ita evenisse inter viros militares & supra modum ambitiosos, qvorum unusqvisqve, ut ipse primas tenere omni studio affectavit, ita alium sibi æqviparari vel etiam præferri concoqvere minime potuit; utpote hac in re eodem modo animatus, ac Gunnhillda Norvegiæ Regina, qvam *Laxdæla-Saga vel inscitia vel etiam invidia loco habuisse* refert, *si qvem Ruto*, ab ea adamato, *æqviparari contingeret* ("Þótti mönnom gánga til hyggioleysi edr ok öfund, ef at nockrum manni væri til hans jafnat"). Certe Gudraudum Regem Gunnhildæ filium, ubi fratrem Haraldum sibi in tali contentione prælatum esse comperit, adeo excanduisse *Olafs-Saga Tryggvasonar* (ed. Isl. Lib. I. p. 33.) & *Sturlæus* (ed. Sv. T. I. p. 181.) testes sunt, ut hunc, ni cordatiores viri intervenissent, armata manu aggressus fuisset; qvalis ira, qvamvis aliqva ex parte simulata videri possit, ut insidiæ Tryggvio Regi structæ eo melius laterent, naturæ tamen hujus rei accurate satis respondet, qvatenus ex eodem *Sturlæo* (Tom. II. p. 255.) constat, similem inter fratres Eysteinem & Sigurdum Norvegiæ Reges contentionem mutua utrinqve ira terminatam esse, nulla utiqve alia de causa, qvam qvod eorum qvilibet eminentiam sibi præ altero vindicare averet. Qvid qvod hujusmodi contentiones ad dissidia & inimicitias seminandas eo magis comparatæ fuerunt, cum in conviviis & compotationibus institui vulgo solerent, ubi homines factiosi & petulantes omnem in eo operam posuerunt, ut qvæcunqve comparatis vel laudi vel vitio verti possent, procacitate & Baccho verba præeuntibus, qvam maxime exaggerarentur, qvemadmodum Jamti & Norvegi, in tali de Norvegorum & Svecorum præstantia contentione, a *Sturlæo* (ed. Sv. T. I. p. 655.) descripta, suarum esse partium duxerunt, cædes, rapinas, aliasqve injurias uni horum populorum ab altero olim illatas, qvam potuerunt plenissime recensere; qvo ad animos utrinqve exulcerandos nihil utiqve aptius cogitari potuit. Prudenter ergo Thorsteinn, apud autorem, tale meritorum certamen declinavit.

Digitized by Google

A. C. 1006 *Gunnlaugr* mællti: Hverjum villt þú helldr gipta dóttur þína her í *Borgarfirdi* enn mer?. *Þorsteinn* svarar: (x) gott er her mannval: *Þórfinnr* á *Raudamel* á ser VII. sonu ok alla vel (y) mennta, ok má slíks eigi mun giöra mikinn. *Gunnlaugr* mællti. (z) Eigi er *Þórfinnr* jafnmenni fedur míns, þvíat þik skortir [sumt] vid hann; eda hvat hefir þú (a) ímóti því, er hann deilldi kappi vid *Þórgrím* [Goda] *Kiallaksson* [á *Þór-ness-þingi* (52), ok þá sonu hans, ok hafdi einn þat er vid bord lá]. *Þorsteinn* svarar: Ek stöckta á brott *Steinari* syni *Aunundar Sióna*, ok þótti þat helldr mikilrædi (53). *Gunnlaugr* svarar: *Egils* nautztu at því

(x) *id.* margt er her gott. (y) *id.* & *chartæ* mannada. (z) *Membr. Havn.* & *al.* Hvergi þeirra Þórfinns ne Hermundar er jafningi f. m. i. e. *Nec Thorfinnus nec Hermundus patri meo pares; ast qvis ille Hermundus fuerit, neqve ex præcedentibus, nec ex seqventibus intelligi potest.* (a) *al.* þarimot.

---

(52) Haud immerito Gunnlaugus ut insigne facinus commemorat, qvod Illugius cum Thorgrimo Kiallaki filio contendere ausus sit. Etenim Thorgrimi & cognatorum, Kiallako grandævo natorum, qvi inde *Kiallaklingi* dicti sunt, familia in tota Breidafiordensium provincia numerosissima erat, tantaqve eorum, *Eyrbyggia-Saga* teste, superbia, ut neminem sibi æqviparari paterentur; nec minor tunc temporis Thorgrimi in foro Thornesensi potentia, toparchiæ qvippe imperio, æqvali cum Thorsteine Thorscabito jure, Thordo Gellere conciliante, potiti. Lis autem, qvæ hic memoratur, Ingibiorgæ Asbiornis filiæ, Illugii uxoris, dotem spectabat, qvam Kiallaklingorum unus, Tinfornius nomine, injuste detentavit. Illugius centum delectis viris stipatus judices protexit, qvos cum Thorgrimus per vim loco deturbare frustra tentasset, (orta enim tempestas cognatorum copiis trajectum ex ora Medalfellensi præcluserat, qvo viribus ejus plurimum decessit), multis cordatis viris intercedentibus tandem effectum est, ut Tinfornius pecuniam dotalem solveret. Cum vero, sedata tempestate, cognatorum copiæ mox subvenirent, Thorgrimus pactis stare noluit, sed Illugium armis aggreditur. Atrox hinc pugna, qva Illugius

Digitized by Google

Gunnlaugus *porro: Qvem igitur mihi, in tractu* Borgfiordensi *generum præfers?* Thorsteinn *respondet: Magnus hic bonorum virorum delectus:* Thorfinnus *enim* Raudamelensis *septem filios habet, omnes tam bene formatos, ut haud multo inferiores censeri qveant.* Gunlaugus *contra: Minime, inqvit,* Thorfinnus *patri meo æqviparandus est, cum vel tibi qvædam desint, qvin ei par haberi possis; qvid enim habes, qvod parentis facto opponas, cum* Thorgrimum *Pontificem* Kiallaki *filium, ejusqve filios, in foro* Thornesensi *palam aggrederetur, & re, de qva litigabatur, solus potiretur.* Thorsteinn *respondit: Ego* Steinarem Aunundi Sionii filium *profligavi, idqve egregium facinus omnibus visum est.* Gunnlaugus A. C. 1006

gius qvatuor, Kiallaklingi tres, viros amiserunt; plures vero amisissent, nisi Snorrius Pontifex, assumtis qvotqvot eum seqvi voluerunt, mature intercurrens, eos diremisset; unde Illugius Snorrio magnas gratias egit, eumqve ad se invitatum donariis ornavit, indeqve cum eo amicitiam aliqvantisper coluit. Hæc autem Illugii cum Kiallaklingis contentio in causa fuisse videtur, qvod Styrii, Thorgrimi Pontificis filii, occisorem (vid. cap. 1. not. 8.) postea sublevaverit, nam Styrius ipse in hoc prælio contra eum militaverat; Snorrius vero Styrii filiam uxorem nondum duxerat; hæc enim jamtum circa annum 982 gesta sunt. Historiam Kiallaklingorum plenissime tradit *Eyrbyggia-Saga;* qvædam etiam eo spectantia tangunt *Grettis-Saga* (ed. Isl. cap. 54. pag. 127.), & *Landnama-Saga* ed. Isl. pag. 44-46. 57, nec non p. 174. ubi Thorgrimum inter principes Occidentalis Provinciæ viros numerat.

(53) Aunundus Sionius, Anii de Anabrecka filius, variorum Egillis Skallagrimii itinerum socius fuerat, multumqve ei amatus; cum vero senesceret, prædium Anabreckense, reiqve familiaris administrationem, filio Steinari, viro qvidem statura & robore insigni, sed iniqvo & turbulento, tradiderat. Hic Thorsteinem Egillis filium odio statim habere, & mox suis spoliare cæpit, boves in pratis ejus pascendo; cumqve Thorsteinn consvetos pascuorum limites observandos modeste rogaret, ille boves pro lubitu vagaturos respondet. Qvo facto Thorsteinn boves primum a pascuis arcet, post servum Steinaris, suos intra fines pascentem, occidit, qvod reliqvum erat æstatis de pastu securus. Steinar contra alterum sibi servum comparat robustissimum, eumqve magna securi armat, addito mandato, ut pascua Thor-

A. C. 1006 því fedur þíns; enda man þat (b) fám mönnum vel endazt, at fynia mer mægdar. [*Þorsteinn* svarar: haf þú í frammi kúgan vid (c) þau fiallmennin (54), enn þat kemr (d) þer fyrir ecki út her á mýrunum]. Um kvelldit koma þeir heim. Eptir um morguninn rídr *Gunnlaugr* upp á *Gilsbacka*, ok bad fedur finn rída til kvonbæna med fer út til *Borgar*. *Illugi* svarar: þú ert úrádinn madr; [þar sem þú] ert rádinn til utanferdar, enn lætr nú sem þú skulir

(b) *chartæ* fáum einum bóndum *paucis colonorum*. (c) *C. S. & al.* þá uppi vid fiaullinn. (d) *al.* þeim ecki vid *talia non tangunt.*

Thorsteinis usurparet, nulla habita domini ratione, sed vel ipsum, si contradiceret, palam aggrederetur. Hoc cognito Thorsteinn domesticorum qvendam primo ad servum misit, fines regundos indicaturum, post ipse ad eum accessit similia monens, sed superbe & minaciter respondentem, occidit. Steinar confestim Borgam se confert, servosqve occisos Thorsteini exprobrat; is vero unum hac, alterum priori æstate se occidisse non tantum fatetur, sed & unum se qvalibet æstate occisurum esse, minatur, qvamdiu sua usurparet; qvibus Steinar ab incepto qvidem non deterrebatur; attamen, domum redux, Einaris Pontificis Stafholtensis, & mox etiam, hoc consultore, Oddi Tungensis auxilia, mercede promissa, sibi paciscitur; hisqve principibus magnoqve comitatu stipatus, foro provinciali instante Borgam denuo proficiscitur, & Thorsteinem in jus vocat, exilii reum arguens, qvod ex lege eorum temporum pretium servorum occisorum ante tertium a cæde solem sibi non rependisset. Thorsteinn contra nihil forense agitat, sed nuncio tantum Mosfelliam misso, patrem Egillem de his omnibus certiorem facit, qvi eis haud multum commotus est, omnes tamen circumstantias studiose perqvirit. Hinc forum vernum celebratur, qvo Thorsteinn, magna subditorum multitudine stipatus, primus omnium venit; cumqve tentoria fixisset, tabernam instruit reliqvis multo capaciorem, nemini tamen habitandam concessit. Venit etiam Steinar multis Oddi Tungensis & Einaris Stafholtensis copiis suffultus, causæqve gravitatem plurimum extollit, qvam contra Thorsteinn despicere videbatur, cum nec legibus experiri, nec transactionem offerre vellet. Ita utriqve sententiam judicialem, proxima vespera pronunciandam, exspectant. Tum vero adeqvitantem vident Egillem Skallegrimium cum LXXX. viris, ad prælium qvasi armatis. Legerat

Digitized by Google

laugus *regerit:* Egillis *patris tui opera id maxime effecisti; ce-* A. C.
tera, vix erunt, qvibus integrum erit affinitatem mihi denegare. 1006
Tum Thorsteinn: *Minas, inqvit, tuas in eos, qvi montana habitant, ut libet, jacta, nos vero, qvi palustria incolimus, talia non moramur. Vespere facto domum veniunt. Seqventi mane* Gunnlaugus Gilsbackam *proficiscitur, patremqve rogat, ut* Borgam *secum descenderet nuptias sibi conciliaturus. Ad qvæ* Illugius: *nimis, inqvit, dubia tibi consilia sunt; etenim jam pridem peregre*

---

rat is secum promptissimos qvosvis vicinorum colonorum filios; jamqve tabernam, qvam Thorsteinn instruxerat, occupavit, & mox, a Thorsteine exceptus, ejusqve & suis copiis stipatus in locum judicii processit, prolixaqve oratione habita, Aunundum Steinaris patrem eo tandem perduxit, ut causam solius Egillis arbitrio subjiceret; idqve tam ob veterem amicitiam & beneficia, qvam qvod indignum videretur, filios eorum, ipsis viventibus, ab Oddo Tungensi & Einare in se invicem concitari. Male hoc consilii Oddum habuit & Steinarem, multæ id patri poenitentiæ causam fore auguratum. Nec fefellit eventus. Egillis enim arbitrium, seqventi die pronunciatum, hujus fuit tenoris: *Pater meus Skallagrimus, tractum Myrensem jure occupandi nactus, prædium Anabreckense Anio, tuo Steinar, avo, habitandum dedit; id hodie tu & pater Aunundus, parentis & meo beneficio tenetis. Terminos prædiorum nostis. Sciens igitur Steinar, pascua Thorsteinis filii mei usurpasti; scientes & servi tui, in recenti flagitio juste a Thorsteine occisi sunt. Cumqve ita beneficio, tibi & majoribus a nobis præstito, abusus, suis Thorsteinem fundis jure hereditario acceptis spoliare tentaveris; prædio tuo Anabreckensi, nullo accepto pretio, cedas, nec in hoc territorio intra amnem Langaënsem habites, secus a Thorsteine & amicis impune occidendus.* Hac sententia audita Aunundus pessima qvælibet Thorsteini minatur; sed frustra; proximo enim habitationum mutandarum tempore Steinar Leyrulækum, & deniqve Snæfellsnesum migrare a Thorsteine coactus est, postqvam ei aliqvoties insidias struxisset. Plura de Steinare habet *Kormaks-Saga*, nam Kormakus Steinaris ex sorore nepos erat; qvædam etiam *Fostbrædra-Saga*, etenim Thorgeiris Havardi filii mortem ulturus Grönlandiam petiit, qvamvis minimam hujus ultionis partem fata ei destinarent; vid. *Torfæi* Grönl. cap. 24. p. 191. seqv. De genere Steinaris conferri potest *Liber Origg. Isl.* Lib. II. cap. IV. p. 32. & cap. IX. p. 40.

(54) Vis hic intelligi videtur Audgilsi Grimstungensi a Gunnlaugo pridem illata.

Digitized by Google

A. C. 1006 ir (e) ſtanda í kvonbænum; ok veit ek at (f) *Þorſteini* er eigi ſlíkt at ſkapi. *Gunnlaugr* mællti: Ek ætla þó (g) at fara allt at einu; ok líkar mer eigi, nema þú fylgir (h) þeſſu. Sídan (i) reid *Illugi* heiman vid tólfta mann ofan til *Borgar*, ok tók *Þorſteinn* vid hanum allvel. Um morgininn (k) eptir ræddi *Illugi* til *Þorſteinns:* ek vil tala vid þik ok *Gunnlaugr.* *Þorſteinn* mællti: Gaungum upp á (l) breckuna (55) ok tölum þar; ok ſva giörđo þeir. *Gunnlaugr* geck med þeim. Þá mællti *Illugi: Gunnlaugr* frændi minn (m) qvedz hafa vakit bónord vid þik fyrir ſína hönd, at bidia *Helgu* dóttur þinnar; enn nw vil ek vita, hvern ſtad eiga ſkal málit; er þer (n) kunnig ætt hans ok fiáreign; þar ſkal ok hvarki til ſpara af minni hendi ſtadfeſtu ne manna forrád (56), ef þá (o) er nærr enn ádr. *Þorſteinn* ſvarar: þat eitt finn ek *Gunnlaugi* ſyni þínum, at (p) mer þickir hann væra úrádinn; enn ef hann væri þer líkr í ſkaplyndi, þá munda ek lítt ſeinka þeſſu. *Illugi* ſvarar: þetta man ockur (q) verda at (r) ſundrþyckiu, ef þú

(e) *al.* ſtarfa kvonbænir. (f) *C. S. & al.* slíkt er eigi vid ſkaplyndi Þorſteins, *Thorſteinis ingenio haud convenire.* (g) *C. S. & al.* utan allt at eins [líku]. (h) *al.* mer *mibi.* (i) *iid.* fer J. med. (k) *al.* ſnemma taladi J. vid Þorſteinn. (l) *al. & C. S.* í Borgina *aſpretum, caſtelli inſtar ab igne ſubterraneo formatum, qvod nomen prædio dedit.* (m) *al.* þyckizt *videtur.* (n) *Membr. Havn.* kunnit *cum noveris g. e. & opes.* (o) *chartæ* væri endat *confecta eſſet.* (p) *al.* hann er *ſit.* (q) *al.* ecki verda at vinſkap *amicitiæ non erit cauſa.* (r) *al.* ſundrþycki C. S. vinslitom *amicitiæ rumpendæ.*

---

(55) Aſpretum, vel clivum, Thorſteinn elegit vel ob majorem loci, ſeorſum ſiti, opportunitatem, vel forte antiqvam reſpiciens de geniis, loca edita tenentibus, doctrinam

Digitized by Google

gre proficisci decrevisti, nunc vero uxori petendæ operam te daturum simulas; idqve Thorsteini *haud probari scio.* Gunnlaugus *contra: ego nihilominus peregre proficisci constitui; unde ægre fero, si operam ad hoc abnuas.* Illugius *ergo cum duodecim comitibus domo mox eqvitans* Borgam *descendit, & a* Thorsteine *honorifice exceptus, seqventi mane ad eum dixit: Ego &* Gunnlaugus, *qvod tecum loqvamur, habemus. Ad qvæ* Thorsteinn: *Age, clivum, prædio imminentem, ascendamus, ibiqve colloqvamur; idqve faciunt.* Gunnlaugus *eos seqvitur. Tum vero* Illugius: Gunnlaugus *inqvit, filius meus* Helgam *filiam tuam uxorem se a te petiisse narrat; itaqve sciscitatum veni, qvalem eventum res habitura sit; genus ejus & divitiæ tibi notæ sunt; nec mea ex parte vel latifundium, vel dignitas deerit, si res tum voto propior esset.* Thorsteinn *respondit: Unicum* Gunnlaugo *filio tuo vitio verto, qvod fluctuantis animi mihi videatur; si vero tui simile ingenium haberet, vix esset, cur hoc differrem.* Illugius *contra: Nobis, inqvit, discordiæ erit causa, si mihi & filio æqvalis conjugii facultatem abnuas.* A. C. 1006.

---

ctrinam (vid. *Erici* Obs. de somn. §. 21.), qvasi horum auspicia captaturus, qvomodo Snorrius Pontifex, *Eyrbyggia-Saga* testante, consilia de berserkis occidendis cum Styrio communicaturus, svasit, ut *montem Helgafellensem ascenderent, qvod consilia, ibi inita, raro irrita fuissent:* "Þá skulom vid gánga upp á Helgafell, þvíat þáu rád hafa sizt at engu vordit, er þar hafa verit rádin".

(56) Dignitatem hic Illugius intelligit Pontificis, Sacrorum antistitis, vel Toparchæ, sive Jurisdictionem patrimonialem, *Godord* eo tempore dictam, qvæ, dum forma regiminis aristocratica in Islandia viguit, præcipuum illustribus familiis ornamentum fuit; hæreditaria enim erat, qvippe ex primævo aboriginum occupandi jure orta. Hinc qvi nobilium virginum nuptias filiis conciliare voluerunt, hanc eis vel ipsi cedere solebant, vel alio qvocunqve modo comparare. Cetera de ea conf. *Arngr.* Crymog. Lib. I. c. 7. p. m. 71. seqv. & *Arnæi* introd. ad form. jud. Island. inprimis cap. 13. p. 311. 312 & 472-76.

Digitized by Google

A. C. 1006 ef þú ſyniar ockur fedgum jafn-rædis. *Þorſteinn* mælti; fyrir ord þín ok vingan ockra þá ſkal *Helga* vera heit-kona *Gunnlaugs* enn eigi feſtar-kona, ok bída þriá vetur; enn *Gunnlaugr* ſkal fara utan, ok (s) ſemia ſik eptir ſid annarra manna; enn ek ſkal laus allra mála ef hann kemr eigi þá út, (t) er mer virdizt ecki (u) ſkapfærdi hans. Ok vidr þetta ſkilia þeir. Rídr *Illugi* heim, enn *Gunnlaugr* til ſkips; ok (x) er þeim gaf byr, ſigldu þeir í haf; ok kvamo ſkipi ſínu vid (y) *Noreg*, ok ſigldo inn (z) í *Þrándheim* til *Nidar-óſs*, ok (a) lögdo þar til lægis ſkipinu, ok ſkipodo upp.

VI. Cap.

(b) Þá red fyrir *Noregi Eirekr* Jarl *Hakonar-ſon* ok *Sveinn* bródir hans. *Eirekr* Jarl hafdi þá adſetu (c) at *Hlaudom* á födurleifd ſínni ok var ríkr höfdingi. *Skúli Þorſteins-ſon* var þá med Jarli; hann var ſon *Þorſteins Eigilsſonar* á *Borg*, ok var hirdmadr hans, ok vel metinn. Þat er (d) ſagt, at þeir *Gunnlaugr* ok *Audun Feſtar-garmr* gingu med XII (e) menn inn á *Hladir*. *Gunnlaugr* var ſva búinn, at hann var í grám kyrtli ok hvítom leiſta-brókom (57); Sull hafdi hann á fæti (f) nidri á riſtinni ok

(s) *C. S. & al.* ſkapa ſik eptir gódra manna ſidom *moris bonorum virorum.* (t) *al.* enn *mihi vero ing. e. n. probatur.* (u) *al.* ſkaplyndi. (x) *Membr. Havn.* gaf hanum brátt byr *isqve brevi ſecundum ventum nactus &c.* (y) C. S. Noreghi. (z) *Membr. Havn.* eptir Noregi *per Norvegiam* C. S. eptir Þrándheimi *rectius.* (a) *C. S.* lágu þar í lægi. (b) C. S. þenna tima. (c) *id.* inn á. (d) *id.* fráſagt. (e) *id.* manna ſaman *omnes duodecim numero.* (f) *id* nidur.

Digitized by Google

abnuas. Tunc Thorſteinn: *Per tuam petitionem, noſtramqve amicitiam,* Helga *pacta* Gunnlaugo *erit, non deſponſata, tresqve annos exſpectabit,* Gunnlaugus *autem peregre proficiſcatur, & ſe ad mores aliorum componat; Siqve tum non redeat, omni hac obligatione ſolutus ero; cum ingenium ejus mihi non probetur. Sic re confecta a ſe invicem diſcedunt.* Illugius *domum equitat,* Gunnlaugus *vero ad navim; Cumqve ſecundum ventum nacti eſſent, pelago ſe committunt, tandemqve ad littora* Norvegiæ *delati, per* Thrandiam, Nidroſiam *usqve navigant, ubi commoda potiti ſtatione, merces expediunt.* A. C. 1006

Cap. VI.

Eo tempore Ericus *Comes* Hakonis *filius cum fratre* Sveine Norvegiæ *præfuit.* Ericus *Comes* Hladis, *in villa ſua avita, ſedem tunc habuit, magnæqve potentiæ princeps fuit. Eodem tempore apud Comitem egit* Skulius, Thorſteinis Egillis filii *de* Borga, *filius, ſatellitis dignitate ornatus, magniqve habitus. Relatum eſt* Gunnlaugum *&* Audunem Feſtargarmum *cum duodecim viris* Hladas *ambulaſſe.* Gunnlaugus *pallio griſeo braccisqve caligatis albis indutus erat; ulcus vero in inferiore pedis parte, in convexo plantæ, habuit, unde pus & ſangvis,*

(57) Præter braccas vulgares, qvæ femora tantum tegere ſolebant, duo alia braccarum genera, majoribus noſtris etiam uſitata, antiqvitates interdum memorant, & primum qvidem *ökul-*, *bökul-* vel *bökla-bråckur*, a *Verelio* in Verſione Svecica *Gautreks-Sagæ* pag. 44. ſyda Dalkars Byxor, & in indice vocum, ad calcem ejusdem, *femoralia talaria* recte appellatæ, ſed in qvibusdam *Kialneſinga-Sagæ* exemplaribus Mſtis melioris notæ ita deſcriptæ: höklabrækur (cujus loco impreſſa ed. Isl. pag. 12.

Digitized by Google

A. C. 1006 ok (g) fell ór blód ok vogr er hann geck. Med þessum búningi geck hann fyrir Jarl, [ok þeir *Audun*], ok qvaddi hann vel. *Jarl* kendi *Audun* ok spurdi hann tídinda af *Islandi;* hann sagdi slík sem varo. Jarl (h) spurdi *Gunnlaug:* hvær hann væri? Enn hann sagdi hanum nafn sitt ok sva ætt. Jarl mællti: *Skúli Þorsteinsson!* hvat manna er þessi á *Islandi?* Herra! segir hann, (i) takit hanum vel, því hann er hins bezta mannz son [á *Islandi*], *Illuga Svarta* á *Gilsbacka*, ok (k) fósturbróder minn. Jarl mællti: hvat er á fæti þínum *Islendingr?* Sullr er á Herra! segir hann. Ok geingr þú þó ecki halltr, segir Jarl? *Gunnlaugr* svarar: Ecki skal ek halltr gánga, medan bádir fætur eru jafnlángir. Þá mællti hirdmadr [Jarls], er (l) *Þórarinn* het: þessi rembizt mikit *Islendingrinn*, ok væri vel, at ver freystadim hans nockot. *Gunnlaugr* leit vid hanum ok mællti:

Hird-

(g) *id.* & *al.* freyddi or upp *eodem sensu.* (h) C. S. spyr. (i) *al.* fagna þú, *eodem sensu.* (k) C. S. fóstbródir *sodalis.* (l) *id.* & *al.* Þórer *Thoreri.*

---

p. 12. Hökulkrækiur male habet) ok nádu nidr á ökla i. e. *braccæ qvæ ad talos usqve demissæ erant;* unde patet eas non tantum femora, sed & crura texisse, atqve adeo ejusdem fuisse generis, qvod & hodie multis nautarum in usu est; qvod vel solum nomen, qvippe ab *ökli*, talus, originem ducens, satis evincit. Alterum braccarum genus illæ constituunt, de qvibus hic sermo est, nomine a *leisti* v. *Leistr* soeculus, vel ea tibialium pars, qvæ plantam pedis tegit, ducto, *Lista-* vel *Leistabrækur* dictæ, qvas longioribus itineribus, qvæ pedibus fiebant, præ ceteris aptas ve-

teres

Digitized by Google

ſangvis, cum ambularet ebulliverunt; taliqve habitu, [*cum* Audune *una*] *in conſpectum Comitis processit, eumqve decenter ſalutavit. Comes primo* Audunem, *qvem novit, de rebus qvæ in* Islandia *acciderant, interrogat, qvas & hic ex rei veritate expoſuit. Poſt* & Gunnlaugum, *qvis eſſet? rogat: Is vero nomen ſuum & genus edidit. Tum Comes porro:* Skuli Thorſteinis fili! *Qvalibus hic in* Islandia *natalibus ortus? Ad qvæ hic: Domine! infit, honorifice eum excipias oportet, etenim viri inter* Islandos *maxime inſignis* Illugii Nigri *de* Gilsbacka *filius eſt; meusqve ſodalis. Tum Comes ad* Gunlaugum: *Qvid, inqvit, pedi tuo* Islande *ineſt? Is ulcus ineſſe reſpondit; tu tamen, regerit Comes, non claudicas; is vero contra: Haudqvaqvam, dum ambo pedes æqve longi, claudicabo. Hoc audito unus ſatellitum* [*Comitis*], *cui* Thorarini *nomen, hic, inqvit*, Islandus *admodum ſe oſtentat, unde æqvum eſſet, ut qvoddam virtutis ejus periculum faceremus.* Gunnlaugus *eum reſpiciens dixit:* A. C. 1006

L 2 *Ecce*

(78) Haud abs re autor noster judicia publica Upsaliæ habita hic memoravit, cum tam *Olai Sancti Vita*, a *Verelio* (not. ad Gotrici Hist. pag. 58. & ad Hist. Hervoræ pag. 59.) laudata, qvam *Snorro Sturlæus* (ed. Svec. T. I. p. 477.), testes adsint omni exceptione majores, qvod mercatus est comitia, qvæ ethnicismi tempore Upsaliæ haberi solebant, post christianam religionem introductam etiam permanserint, qvamvis sacrificia, qvæ ethnici simul peragere soliti erant, abrogata essent. Nec offendere debet, qvod comitia hic ad vernum tempus referat, cum contra *Sturlæus* & *Olafs-Saga* ea mense *Goe* celebrata fuisse tradiderint; nam si ratio anni computandi a celeb. *Schönningio* (Programm. de Solis in Septentrione reditu pag. 14. & 5. not. h.) inita admittatur, mensis Goe, a 14 Februarii ad 14 Martii computandus, in eam incidit hiemis partem, qvam autor noster, qvatuor anni tempora distingvere solitus, suo loqvendi modo veris nomine jure insignire potuit, idqve eo magis, cum Gunnlaugum post convivia Jolensia, tempore Christianis solito in Gothia celebrata, in Sveciam demum profectum fuisse supra narraverit.

Digitized by Google

A. C. þer segir Kongr. *Gunnlaugr* mællti. Kvædi hefer ek ort at færa ydur, herra! ok villda ek at þer hlyddit (a). Kongr segir: ecki er nw tóm til (b) at sitia yfir qvædom, [gángit fyrst (c) at sitia]. Þeir giordu sva: tako þeir þá tal (d) medr ser *Gunnlaugr* ok *Rafn*, ok seger hver ödrum frá
1007 ferdom sínom. *Rafn* qvedzt farit hafa ádr um sumarit af *Islandi* til *Noregs*, enn (e) á andverdum vetri frá *Noregi* til *Svíþiódar;* giördizt þá brátt vel med þeim. Ok einn dag er lidit var þíngit, varo þeir bádir fyrir Konungi
1008 *Gunnlangr* ok *Rafn*. Þá mællti *Gunnlaugr:* nu villda ek Herra, segir hann, at þer (f) hlyddit qvædinu! þat má nw vel, segir Kongr. Nw vil ek ok flytia mitt qvædi, Herra! segir *Rafn*, ef þer vilit sva! þat má vel, segir Kongr. Þá vil ek fyrr, segir *Gunnlaugr*, ef þer vilit sva, Herra! Ek á fyrr at flytia [mitt qvædi, Herra!] segir *Rafn*, (g) er ek kom fyrr til ydvar. *Gunnlaugr* mællti: hvar komu fedur ockrer þess, at fadir minn væri eptirbátr födur þins? Hvar, nema allz hvergi? Skal nú ok sva med ockr vera. Gerum þá kurteysi, seger *Rafn*, at (h) ver færum oetta eigi í kappmæli, ok látum Konung ráda. Kongr mællti: *Gunnlaugr* skal fyrre flytia, fyrir því at hanum eyrir (i) verr, ef hann hefir eigi sitt mál (79). Þá qvad

(a) *C. S. add.* ok giæfit hlíd (*forte* hliód) til, *eodem sensu, sed abundanter.* (b) *id.* yfir kvædum at sitia. (c) *id.* ok sitid. (d) *al.* sin á milli. (e) *C. S.* ok öndverdann vetr austr *orientem versus.* (f) *id.* heyrdit kvædit. (g) *al.* þvi. (h) *iid.* færa. (i) C. S. illa *ægre.*

(79) Hæc Gunnlaugi cum Rafne coram Rege contentio, si cum carmine, qvo ipse infra (cap. 10.) Rafnem sibi æqviparari imo præferri qvestus esse perhibetur, nec non cum eis, qvæ a nobis supra (not. 51.) dicta sunt, conferatur, primo unum ex multis

qvod vellem audires. Rex respondit: Nunc tempus minime A. C.
vacat carminibus audiendis, [*ite primo sessum*]. *Illi dicto parent; moxqve* Rafnem *inter &* Gunnlaugum *colloqvium coaluit, unusqve alteri itinerum suorum rationem exposuit. Speciatim* Rafn *priori se æstate ex* Islandia *in* Norvegiam, *hieme* 1007
vero ineunte ex Norvegia *in* Sveciam *profectum esse narravit, magnaqve tum inter eos amicitia jungi coepit. Die qvodam, postqvam forum finitum erat, ambo forte,* Gunnlaugus *&* Rafn, *coram Rege fuerunt. Tunc* Gunnlaugus: 1008
Jam, inqvit, Domine! carmen audires vellem. Rex: imo id jam satis opportune fieri potest. Tum & ego, infit Rafn, *meum carmen recitare volo, si ita, Domine! velis. Neqve id importune, respondit Rex. Tum ego prior,* Gunnlaugus *inqvit, si ita velis, Domine! Ego vero Domine! regerit* Rafn, *meum carmen prius recitare debeo qvia prius ad te veni. Ad qvæ* Gunnlaugus: *Qvonam qvæso patres nostri venerunt, ubi meus tuo sit posthabitus? ubi, nisi nusqvam? Atqve ita nunc inter nos agetur.* Rafn *contra: Eam, inqvit, urbanitatem observemus, ut hæc in contentionem non deducamus, verum Regis subjiciamus arbitrio. Rex respondit:* Gunnlaugus *prior recitabit, ægrius qvippe fert, ni ex suo sensu fiat. Tumqve* Gunnlaugus *poëma*

---

multis documentum præbet, qvod talis olim Islandos invicem primatus æmulatio, vel verius invidia, tenuerit, qvalem Erlingus Skialgi filius apud *Sturlæum* (ed. Svec. T. I. p. 574.) ingenue confessus est, solam fuisse omnium inter se & cognatos dissidiorum causam; qvæ æmulatio, ex gloriæ cupiditate, qvam militaris educatio inde a pueris accenderat, & annis accedentibus magis magisqve foverat, enata, & post etiam per ipsam regiminis aristocratici, vel verius, oligarchici, formam ulterius confirmata, adeo demum invaluit, ut Islandis non tantum in naturam vere abierit, sed & suo apud eos, ut apud plerosqve alios populos, simili regimine usos, excessu

Digitized by Google

A. C. 1008 qvad *Gunnlaugr* drápona; (k) ok er hann hafdi wti, þá mælti *Olafr* Kongr. *Rafn!* segir hann: hversu er qvædit ort? vel Herra! segir hann. Þetta er (l) stort qvædi ok ófagrt [ok nockvat stirdt], sem *Gunnlaugr* er siálfr í skaplyndi. Nú skalltu flytia þitt qvædi *Rafn!* segir Kongr. Hann gerdi sva. Ok er lokit var, þá mælti Kongr: *Gunnlaugr!* segir hann: hversu er (m) qvædit ort? vel Herra! segir hann. Þetta er fagrt kvædi, sem *Rafn* er siálfr [at siá], ok yfirbragdzlítit. (n) Edr hvi ortir þw (o) flock um Konginn segir hann, edr þótti þer hann eigi drápu verdr (80)? *Rafn* svarar: taulum þetta eigi leingr; til man verda

(k) *C. S. & al.* er hann hafdi orta um Olaf Kong, ok er lokit var drápunni, þá mællti Kongr *al.* Konungur spurdi Rafn. *qv. de Olao Rege composuerat, cumqve absolvisset. Rex Rafnem interrogavit.* (l) *C. S. & al.* stórordt *magna sonans.* (m) C. S. kvædi þetta. (n) *al.* enn. (o) *iid.* kvædi.

---

excessu bella civilia, qvæ Rempublicam tandem perdidere, suscitaverit. Deinde & ipsa hæc contentio novo exemplo illustrat varia, qvæ olim circumferebantur, de gentis Islandicæ indole & ingenio judicia, & in his Kiartanis in *Olafs-Saga* (ed. Isl. Lib. II. p. 94.), *qvod se semper dictis factisqve audaces & inflexibiles* (" uvæger bædi i ordum ok verkum") *præstiterint;* nec non Olaforum Tryggvini & Sancti Norvegiæ Regum, qvorum prior (l. cit. pag. 210.) Thorsteinem Skelkum, posterior vero, *Laxdæla-Saga* perhibente, Bollium Bollii filium suis exemplis comprobasse censuit, *qvod Islandi*, ut vulgo tum ferebatur, *suorum consiliorum plurimum tenaces* (" miök einræner") vel, qvod eodem recidit, *in plerisqve tenacissimi* (" um flest einardir") sive *pertinacis ingenii* essent; qvod & ipsum *Olafs-Saga* (Lib. II. p. 316), Halthorem Snorrii filium *duri, ut alios Islandos, ingenii virum fuisse, atqve inde, si qvid negotii ex suo sensu non procederet, ægerrime tulisse*, *Sturlæo* (ed. Sv. T. II. p. 101.) consentiente, docens, ulterius adstruit. Ista vero ingenii pertinacia ut ab una parte vitii loco haberi omnino debet, ita vicissim, ab altera, sua non caret laude, qvatenus insignem prorsus in dictis factisqve constantiam & fidem vere produxit,

Digitized by Google

poëma heroicum intercalatum recitavit; ut vero absolverat, A. C.
Rex Rafnem *rogat: Qvi hoc poëma elaboratum? Bene, inqvit,* 1008
Domine! magnum hoc poëma, sed illepidum [& duriusculum], qvali ipse Gunnlaugus *ingenio est. Porro Rex: Jam & tuum* Rafn! *Poëma recitabis. Is dicto audit. Cumqve recitasset, Rex* Gunnlaugum, *rogat: Qvid de poëmate sentiret? Bene, inqvit, Domine; venustum hoc carmen est, qvalem* Rafn *ipse vultum præfert, sed visu tenue. Tu vero (Rafn!) cur Poëma continuum de Rege composuisti? An intercalato indignus tibi videbatur?* Rafn *respondit: Hæc diutius hac vice ne disputemus, sed alio potius tempore a capite repetamus;*

---

produxit, idqve effecit, ut inconstantia animi dedecori haberetur, qvale apud autorem nostrum (cap. 5.) Thorsteinn Gunnlaugo objecit, Thorgrimus vero Orrabeinn præ ceteris sententiose perstrinxit: *puerile* judicans *nunc hanc nunc aliam vivendi rationem seqvi* (qvedz eigi hafa barna-scap, at hafa sinnSid a hverjum tima *Floam. S.* c. 18. *Landn.* Lib. V. c. 10.)

(80) Poëma ejus generis, qvod *Drápa* vulgo audit, majoris a veteribus habitum fuisse, qvam alterum, vulgo *Flockr*, Stufi Poëtæ exemplum apud *Torfæum* (Hist. Norv. T. III. p. 333.) indicat, qvi Haraldo Severo Norvegiæ Regi ejusqve aulicis tum demum fidem facere potuit, Poësi se satis valere, ubi, præter Flokkos, totidem Drápas a se confectas recitaverat; plene autem confirmat *Snorro Sturlæus* (ed. Svec. T. I. pag. 712.) Canutum Magnum Daniæ & Angliæ Regem, Thorarini Loftungæ Islando suspendii poenam minatum esse docens, nisi culpam, qvod Flokkum, qvem suo Rex fastigio indignum judicavit, de eo composuerat, contractam, Drápa, postridie discumbenti offerenda, redimeret. Præterea tam *autoris* nostri, qvam plurimis aliorum, testimoniis satis superqve constat, veteris ævi Poëtas Jarlos f. Comites Flokkis, Reges vero Drapis maxime celebrare solitos esse. Duplicem autem horum Poëmatum differentiam *Sturlæus* (l. c.) memorat, nempe primo, qvod Flokki breviores vulgo esse solebant, minorisqve multo moliminis, unde tale carmen Canutus per contemtum *Dræpling*, qvasi *Drapulam*, appellavit; secundo, qvod in continua serie uniformiter procedebant, cum contra Drapæ pluribus capitibus f. classibus constare solerent, per versus intercalares, interdum eosdem, interdum diversos, distinctis

P

Digitized by Google

A. C. 1008 verda tekit (p) þótt sidar see; ok skildo vid sva buit tal sitt. Litlu sídar giördiz *Rafn* hirdmadr *Olafs* Kongs, ok bad hann orlofs til (q) brottferdar. Kongr veitti hanum þat. (r) Ok er hann var (s) buinn þá mælti hann til *Gunnlaugs:* lokit skal ockarri vinattu, (t) er þú villder hrópa mik her fyrir höfdingia; nw skal ek einhverju sinni ecki (u) minnr vanvyrda þik, enn þú villdir mik her. Ecki hryggva mik hót þín, segir *Gunnlaugr;* ok hvergi manum ver (x) þess koma, at ek se minna vyrdr enn þw. *Olafr* Konongr gaf *Rafni* gódar giafver at skilnadi, ok fór hann ibrótt sidan. *Rafn* (y) fór austan um varit ok kom til *þrandheims*, ok bió skip sitt, ok (z) sigldi um sumarit til *Islandz*, ok kvom skipi sinu í (a) *Leyruvog* (81) fyrir (b) nedan heidi, ok urdu hanum fegnir frændur

(p) *iid.* þó at sidar verdi. (q) *iid.* utanf. (r) *iid.* sidan. (s) *C. S. add.* til brottferdar. (t) *id.* fyrir þvi, at þú v. hræpa. (u) *al.* eigi þik midr vanv. (x) *iid.* þar. (y) *iid.* kom a. u. v. til. (z) *iid.* for sva. (a) *iid.* einn Leynivog *sinum qvendam seorsum situm.* (b) *iid.* nordan *a septentrione montium.*

---

distinctis, cujus exempla maxime illustria Egillis Skallagrimi filii *Epinicium*, & *Lilium* Eysteinis Monachi, qvorum prius a *Wormio* (in Append. Lit. Run. in Fol. p. 207.), posterius vero a S. V. *Johanneo* (Hist. Eccl. Isl. T. II. p. 398. seqv.) editum est, nec non *Epicedium Friderici Qvinti* Daniæ Regis, ab Egerhardo Olavio Poëtarum Islandicorum hujus seculi facile primo, ad veterum normam adornatum, exhibent. Cætera vero eandem in Flokkis ac Drápis verborum pompam & majestatem, imo idem metri genus sæpius a Poëtis adhibita esse, ex plurimis utrorumqve fragmentis, qvæ adhuc supersunt, qvidqvid ex hoc ipso Thorarinis exemplo ad oculum patet, qvippe qvem ex Flokko suo, versu tantum intercalari distincto, & strophis aliqvot aucto, Drápam, qva non solum veniam, sed gratiam etiam & præmia promeruit, confecisse *Sturlæus* (l. c.) conceptis verbis docet; cujus loco *Knytlinga-*

tamus; bisqve dictis colloqvium diremunt. Paulo post Rafn A. C.
satelles Olai *Regis factus discedendi veniam ab eo petiit.* 1008
Rex id ei permisit. Cumqve abeundo paratus esset, ad Gunnlaugum *dixit. Hic nostræ finis amicitiæ esto, cum me coram principe contumelia afficere tentavisti; unde non minorem aliqvando contumeliam tibi inferam, qvam hic mimibi inferre decrevisti. Ad qvæ* Gunnlaugus: *Haud me, inqvit, minæ tuæ tristiorem reddent; nec eo unqvam veniemus, ubi ego te minus honorer. Rex* Olaus *Rafni*, *cum discederet, egregia donaria largitus est, eoqve facto abiit; moxqve eodem vere ex* Svecia Nidrosiam *reversus, navi sua ibi instructa,* Islandiam *eadem æstate repetit*, *& in portum* Leyruvog *infra montana* (Mosfellensia) *delatus, a cognatis & amicis læte excipitur, eamqve hiemem*

Knytlinga-Saga (cap. 19. pag. 32.), qvæ cætera prædictam Flokki a Drápa differentiam haud obscure agnoscit, generatim tantum Thorarinem, cuncta, qvæ in priori exstabant, posteriori, qvantum potuit, intexuisse perhibet, modum vero, qvo id præstiterit, non exponit. Interpres Sturlæi Danicus, notationes harum vocum grammaticas secutus, *Flock* pro carmine de exigua militum turma, *Drapa* vero pro Poëmate de justo exercitu, sumsit, in qvo eum suo sensu abundare facile patimur, cum res eodem recidat, & omni probabilitate minime careat, hisce poëmatum nominibus, ipsius militiæ appellationes, inter qvas ut *Flockr*, ita *Vig*, qvod cum *Dráp* idem est, locum vere obtinet, originem dedisse; ita ut per *Flockos* Poëmata heroica minora, vel breviora, per *Drapas* vero majora vel prolixiora, data velut opera indicarentur.

(81) Per portum *Leyruvogensem*, cujus autor, tam hic, qvam infra (cap. 10. & 12.) mentionem facit, is intelligi videtur, qvi intra insulam Videyensem, in paroechia Gufunesensi, Mosfellensi annexa, infra viam montanam Mosfellsheidi, situs est; is enim habitationi Rafnis, qvi Mosfelliæ degebat, ut autor innuit, proximus, eoqve mercibus ultro citroqve vehendis commodissimus fuit. Qvidam Codices h. L *Leyruvog* scribunt, cujus nominis portum, qvi etiamsi non idem cum priori, certe ab eo haud longe dissitus videtur, Reyse igiennem Island pag. 77. in sinu Kollafordensi

A. G. 1009 frændur ok vinir, ok var hann heima þann vetr med fedur sinum. Enn um sumarit (c) á alþíngi funduz þeir frændur *Skapti* Lögsögumadr [ok *Skálld-Rafn*]. Þá mælti *Rafn:* þitt fullting villda ek hafva (d) til kvonbæna vid *Þorstein Eigilsson*, at bidia *Helgu* dóttur hans. *Skapti* svarar: Er hon ecki ádr heitkona *Gunnlaugs Ormztungu? Rafn* mælti: Er ecki lidin siá stefna nw, seger hann, sem (e) mælt var medr þeim. Enda er nú miklu meiri offi hans, enn hann muni þessa gá (f). *Skapti* svarar: (g) giór þá sem þw willt. Sídan gengo þeir fiölmennir til budar *Þorsteins Eigilssonar*. Hann fagnadi þeim vel. *Skapti* mællti. *Rafn* frændi minn vill (h) bidia *Helgu* dóttur þinnar, ok er þer kunnig ætt hans, ok audr fiár, ok (i) menning gód, frændaafli mikill, ok vina [styrkr]. *Þorsteinn* svarar: Hon er ádr heitkona *Gunnlaugs*, ok vil ek (k) hallda aull mál vid hann [þau sem mælt varo]. *Skapti* mælti. Ero nú eigi lidnir þeir þrír vetur, er til varo nefndir med yckur? Já sagdi *Þorsteinn:* Enn eigi er lidit sumarit, ok má hann enn (l) wt koma í sumar. *Skapti* mælti. Hverja van skulum vær þá eiga þessa máls, ef hann kemr eigi til [sumarlangt]? *Þorsteinn* svarar: (m) Her manum vær koma annat sumar, ok má þá siá hvat (n) líkligazt þyckir, enn ecki tiár (o) þetta nw at mæla; ok vid þat skilldu þeir ok rido menn heim af þíngi. Ecki fór þetta [tal] leynt, at *Rafn* bad

Helgu

(c) *iid.* at þingi *circa tempora Comitiorum.* (d) *iid.* um kvanbænir. (e) *al.* er. (f) *C. S. add.* edr geyma *aut servet.* (g) *id.* Gerum sem þeir líkar *faciamus* &c. (h) *al.* fá *accipere avet.* (i) *chartis perperam* metnadr, *nisi forte dignatio intelligatur.* (k) *al.* enda. (l) C. S. til. (m) *al.* komum ver allir, *omnes venimus,* it. komum ver her *veniamus.* (n) *C. S. & al.* rádligazt *maxime consultum.* (o) *iid.* þetta at tala leingr at sinni *hoc ulterius hac vice disceptare.*

Digitized by Google

hiemem domi apud patrem agit. Sequenti æstate in Comitiis Rafn *Poëta cognatum sibi* Skaptium *Legiferum convenit. Tum* Rafn: *Tua, inqvit, opera sublevari pervelim, ad uxorem a* Thorsteine Egillis *filio petendam.* Helgam *nempe filiam ejus.* Skaptius *respondit: Nonne ea prius* Gunnlaugo Ormstungæ *pacta est?* Rafn *regerit: Nonne tempus, qvod inter illos præfixum erat, elapsum est? Cetera, multo jam major ejus insolentia est, qvam ut hoc curet. Ad qvæ* Skaptius: *tum ergo, ut libet, fac. Post, multis viris stipati, ad tabernam* Thorsteinis Egillis filii *ambulant, qvi eos humaniter excepit. Tum* Skaptius: Rafn, *inqvit, cognatus meus* Helgam *filiam tuam uxorem ambit; tibi autem genus ejus, vis adhæc opum, propria virtus, magnumqve ex cognatis & amicis præsidium, nota sunt.* Thorsteinn *respondit: Ea jam dudum* Gunlaugo *pacta est, egoqve omnia illi servare decrevi, [de qvibus inter nos convenit]. Tum* Skaptius: *Nonne, inqvit, tres illæ hiemes elapsæ sunt, qvæ inter vos erant præfinitæ?* Thorsteinn *contra: Ita certe! Nondum vero æstas elapsa est, unde hac adhuc ipsa redire poterit.* Skaptius *porro: Qvæ igitur nobis hujus negotii spes erit, si [hac æstate] non redeat?* Thorsteinn *autem: altera æstate huc veniemus, tumqve dispici poterit, qvid vero simillimum videatur, nunc vero de hoc loqvi non expedit; eoqve a se invicem discedunt, domumqve ex comitiis eqvitant. Nec celari diu poterat,* Rafnem *Hel-* A. C. 1009

 gam,

fiordensi etiam hodie notum esse indicat. Ab eo vero diversus est alter, etiam *Leyruvogr* dictus, & in sinu Borgarfiordensi, infra viam montanam *Skardsheidi*, situs, cujus, præter alios, *Vatnsdæla-Saga* mentionem facit; & magis adhuc tertius, *Kristni-Saga* (ed. Havn. p. 42.) teste, in Alptafiordo meridionali Islandiæ orientalis situs.

Digitized by Google

A. C. *Helgu* heitkonu *Gunnlaugs.* Ecki kom *Gunnlaugr* ut (p)
1010 á þvi sumri. Ok annat sumar á alþíngi flutto þeir *Skapti* bonordit ákafliga, ok qvádo þá *Þorstein* lausann allra mála vid *Gunnlaug.* *Þorsteinn* svarar: ek á fár dætur fyrir at siá, ok villda ek giarna, at (q) þær yrdi eingum manni at rógi; Nú wil ek finna fyrst *Illuga Svarta;* ok sva giördi hann. Ok er þeir (r) funduz, þá mællti *Þorsteinn:* þyckir þer ek ecki laus allra mála vid *Gunnlaug* son þinn? *Illugi* mælti: sva er (s) vist, seger hann, ef þú villt, ok kann ek her nú fátt til at leggia, er ek veit eigi giörla efni (t) *Gunnlaugs.* *Þorsteinn* geck þá til *Skapta,* ok keyptu þeir sva, at (u) brudlaup skylldi vera (x) at vetrnáttom at *Borg* hiá *Þorsteini,* ef *Gunnlaugr* kiæmi eigi ut; enn *Þorsteinn* laus allra mála vid *Rafn,* ef *Gunnlaugr* kiæmi til, ok vitiadi (y) radsins. Eptir þat ridu menn heim af þíngi; ok frestadizt (z) kvama *Gunnlaugs,* enn *Helga* hugdi all-íllt til rádanna.

X. Cap.

1008 Nú er at segia frá *Gunnlaugi,* at hann fór af *Svíþiódu* þat sumar til *Einglandz,* er *Rafn* fór til *Islandz,* ok (a) þá giafir af *Olafi* Kongi at skilnadi. *Adalrádr* Konungr tók (b) vel vid *Gunnlaugi,* ok var hann med hanum um vetrinn,

(p) *C. S.* at sumri. (q) *id.* öngum m. yrdi þer. (r) *al.* mættuz *obvii facti sunt.* (s) mællt, segir hann: *Ita vulgo fertur.* (t) *C. S. add.* sonar mins *filii mei.* (u) *al.* bod. (x) *iid.* nær *prope initia.* (y) *iid.* málanna *promissa.* (z) *C. S.* tilkvama *adventus.* (a) *C. S.* feck þá godar g. af. Ol. k. at skiln. þeirra *donisque opiparis.* (b) *id.* vidr Gunnl. allvel *bene satis.*

Digitized by Google

gam, *qvæ* Gunnlaugo *pacta, uxorem ambiisse. Nec* Gunn- A. C.
laugus *ea æstate rediit. Altera ergo æstate in Comitiis* 1010
Skaptius *cum sociis nuptias vehementer urgebant*, Thorsteinem *omnibus cum* Gunnlaugo *pactis solutum esse causati. Ad qvæ* Thorsteinn: *paucas tantum, inqvit, qvibus provideam, filias habeo, unde libenter vellem, nemini eas litis causam fore; jam igitur primum* Illugium Nigrum *conveniam; idqve fecit. Ut autem convenerunt*, Thorsteinn *qværit? Egone tibi omnibus erga filium tuum* Gunnlaugum *promissis solutus videor?* Illugius *respondit: Ita certe est, si tibi libet, nec ego jam multa hic in medium consulere possum, cum res* Gunnlaugi *plene haud noverim. His dictis* Thorsteinn *ad Skaptium regreditur, & ita cum eo pactus est, ut convivium nuptiale*, Borgæ *apud* Thorsteinem *ad initium hiemis celebraretur, si* Gunnlaugus *interea non rediret;* Thorsteinn *vero ab omnibus cum* Rafne *pactis liber esset, si* Gunnlaugus *adveniret, & sponsam posceret. Post ex Comitiis domum eqvitarunt*, Gunnlaugi *autem reditus differebatur*, Helgaqve *sibi ex novo matrimonio pessima qvævis ominabatur.*

Cap. X.

Jam de Gunnlaugo *dicendum: is eadem æstate, qva* 1008
Rafn *in* Islandiam *redierat*, Svecia *relicta, donis ab* Olao *Rege, cum abiret, mactatus, in* Angliam *navigavit; & ab* Ethelredo *Rege benigne exceptus hiemem apud eum magno*

cum

A. C. vetrinn, med gódri sæmd. (c) Þá red fyrir *Danmörku*
1009 *Knutr* Konungr hinn ríki *Sveinsson* (82), ok hafdi nytekit
vid

(c) í þenna tima *hoc tempore*.

---

(82) Cum ex serie narrationis constet, ea qvæ hic de Sveine, Canuto, & Thingamannis, s. stationariis Danorum in Anglia copiis, traduntur, ad annos 1009 & 10, secundum mentem autoris nostri referenda esse, manifestum evadit, eum, ex vulgari Islandorum calculo, Sveinis Regis mortem & regiminis Canuti initium ad annum Christi 1009 referre; cum vero hic calculus, immortali *Grammio* (not. ad Meurs. ed. Flor. p. 173-74.) dudum merito suspectus, a *Suhmio* nostro, tam in Forsøg til Forbedr. i D. og N. Hist. (pag. 10. not. H.), qvam in Kiøbenhavnske Selskabs Skrifter (Tom. VIII. pag. 101-118.) argumentis prorsus invictis plenissime confutatus sit, hæsitare non possumus, qvin errorem hic agnoscamus. Nec omni dubio caret, qvod ulterius innuere videtur autor, nempe omnia in Anglia, plus qvam integro anno, dum Gunnlaugus ibi morabatur, pacata fuisse, cum ex Anglorum relationibus haud obscure pateat, nonnulla eis etiam tunc temporis cum Danis prælia fuisse, nisi forte indicare tantum voluerit, Ethelredum ejusqve milites aulicos, qvorum ex numero Gunnlaugus fuit, his cum Danis velitationibus se non immiscuisse, certe eis non interfuisse, qvod, si opus esset, Anglorum consensu satis confirmari posset. Qvod vero de Thingamannis additur, annotatio esse videtur, ab alio qvodam margini adjecta, & post in textum recepta. Hæc tamen omni attentione indigna non est; nam primo, satis antiqvam esse inde jure colligitur, qvod in Codice Svecico, ex judicio b. A. Magnæi circa ann. 1360. exarato, appareat. Deinde etiam haud parum ea stabilitur *Knytlinga-Sagæ* assensu, qvæ (cap. 7. pag. 8. & cap. 8. pag. 10.) non tantum Danos, post Sveinis mortem, copias Thingmannicas in Anglia constituisse, eorumqve Proceres ibi residentes, qvo sine dubio hujus militiæ principes vel duces intelligit, operam dedisse, narrat, ut ea Angliæ pars, qvam Sveinn perdomuerat, in fide erga Canutum contineretur; sed etiam infra (ed. Havn. pag. 12.), qvod & *Torfæus* (Hist. Norv. T. III. pag. 35. cap. 21.) observavit, Hemingum Strutharaldi filium inter eos Danorum proceres numerat, qvi Canutum anno 1015. in Angliam comitati sunt. Nam etiamsi huic ultimo e diametro obstet Codicis Flateyensis relatio in *Historia Olai Tryggvini* (Lib. I. pag. 196-198.) Skalholti edita, & *Torfæo* (l. cit. pag. 15. & 16.) memorata, qvæ Hemingum in laniena illa, qva Thingamanni, brevi post Sveinis Regis mortem, qvam ad annum 1009 refert, oppressi sunt, occubuisse, statuit; utraqve tamen,
tam

Digitized by Google

cum honore egit. Daniæ *tum præfuit* Canutus *Rex* Magnus *vel præpotens* Sveinis *filius; hic hæreditatem pater*- A. C. 1009
nam

---

tam *Knytlinga-Saga*, qvam *Codicis Flateyensis*, narratio in eo consentit, qvod Hemingus ad minimum usqve ad finem anno 1009 vel 10 in Anglia vivere, & Thingamannis, ut autor noster vel ejus Scholiastes h. l. tradit, præesse per ætatem potuerit. Nihilo tamen minus mirum merito videri debet, qvi autor noster hanc lanienam, & Hemingi in ea cædem, ignorare potuerit, si secundum calculum Codicis Flateyensis eodem tempore evenissent, qvo Gunnlaugus in Anglia fuit. Ast, si obitus Sveinis Regis, qvem Islandi, conjecturis magis & calculis, qvam certa factorum notitia, ducti ad annos 1006, 1008 & 1009 retulerunt, ad annum 1014, qvo vere contigit, referatur, statim inde patebit, salva historiæ serie plurimarumqve narrationum veritate, credi posse: 1) qvod laniena, qvam Codex Flateyensis memoravit, post Sveinis mortem vere facta sit, ita tamen, ut bina tantum Danorum præsidia, Londinense nimirum & Slefortense in ea deleta sint, non vero universa Thingamannorum manus, qvippe qvorum multos, anno 1015 adhuc superstites, sub Erici Norvegiæ Comitis, Angliam cum Canuto oppugnantis, signis militasse *Knytlinga-Saga* (cap. 15. pag. 26.) docet. 2) Qvod ea, & Hemingi in ea cædes, vel ad finem anni 1014, vel secundum *Submium* (Forbedr. pag. 19. in not.) & *Langebeckium* (Script. Rer. Dan. T. II. pag. 460. & 463.) ad initum anni 1015 pertineant; unde ratio patet, cur eas autor noster ex suo instituto memorare non potuerit, utpote post Gunnlaugi mortem demum factas. Hinc vero porro 3) seqvitur, veras esse *Codicis Flateyensis* & *autoris nostri* narrationes, qvod Hemingus Thingmannis in Anglia præfuerit, falsam vero *Knytlinga-Sagæ*, qvod, cum fratre Thorkele, Canutum Angliam debellaturum 1015 secutus sit, cum aliqvot ante mensibus occisus fuerit, qvemadmodum & autor noster vel ejus Scholiastes suam, cætera veram, de Thingmannis relationem, qvæ ad annum 1014 pertinet, ad Gunnlaugi tempora perperam retulit, vulgari qvidem de Sveinis obitu ad annum 1009, Canuti vero expeditione Britannica tribus post annis s. ad annum 1012, sed falsa, opinione deceptus; qvo tamen non negamus, qvin Hemingus nonnullis ante Sveinis Regis mortem annis, & qvidem Gunnlaugi tempore, copiarum Danicarum parti in Anglia cum imperio præfuerit, qvod si admittatur, eo facilius perspicitur, qvod autor noster ejusve Scholiastes, hoc non ignoraus, res ab eo sub Sveine & Canuto gestas confundere, & qvæ ad Sveinis tempora referenda erant, ad tempora Canuti referre, potuerit. Hæc autem cum ita sint, præcedentium narrationum conciliatione a *Torfæo* (Hist. Norv. T. III. p. 17. & 18.) tentata vix indigemus.

Digitized by Google

A. C. 1009 vid faudurleifd finni, ok heitadizt jafnan at (d) berjazt til *Einglandz*, fyrir (e) þvi at *Sveinn* Konungr fader hans hafdi vnnit mikit ríki á *Einglandi*, ádr hann andadizt veftr þar. [I þann tíma var mikill her *Danſkra* manna veftr þar, ok var fá höfdingi fyrir, er *Hemingr* het, *ſon Strut-Haralldz* (f), enn bródir *Sigvallda* Jarls, ok hellt hann þat ríki undir *Knut* Konong, er *Sveinn* Konongr hafdi ádr vnnit]. (g) Adr um fumarit bad *Gunnlaugr* fer orlofs til brottferdar. Konongr fvarar: Eigi (h) famir þer nú at fara frá mer, til flíks ufridar fem nú horfir her í *Eing-landi*, þar fem þw ert minn hirdmadr. *Gunnlaugr* mælti: þer fkulit ráda Herra; enn gefit mer orlof at fumri til brottferdar, ef *Danir* koma eigi. [Konungr fvarar: (i) fiáum vid þá. Nú leid þat fumar, ok vetrinn eptir, ok kvomo
1010 *Danir* eigi]. Ok eptir (k) mid-fumar feck *Gunnlaugr* orlof til brottferdar af Kongi, ok fór þadan auftr til *Noregs*, ok fann *Eirek* Jarl í *þrandheimi* (l) at *Hlödom*; tók Jarl hanum þá vel, ok baud hanum med fer at vera. *Gunnlaugr* þackar Jarli bodit, enn qvedz (m) eiga þá fkylldt erindi til Islandz at vitia feftar-meyiar finnar. Jarl mællti: nú ero aull fkip íbrott, þau er til Islandz (n) ætla. Þá mælti hirdmadr einn: Her lá *Hallfredr Vandræda-ſkalld* (83) wt undir

(d) *C. S. & al.* heria *exercitum in Angliam moturum.* (e) *al.* þat. (f) *C. S. add.* Jarls *Comitis.* (g) *id. & al.* um varit *eodem vere.* (h) *al.* fómir. (i) C. S. fiám. (k) *id.* mitt. (l) *id.* á. (m) *id.* þó vilia fara fyrft vt til Islandz á vit. *ſe tamen prius Islandiam repetere velle.* (n) *id.* biugguz.

(83) Hallfredus, (cujus *Vita*, vulgo *Hallfredar-Saga*, feparatim primo fcripta, fed poft etiam in *Olai Tryggvii filii* Norvegiæ Regis *Vitam*, qvalis in Codice Flateyenfi exhibetur, & Skalholti edita eft, maxima ex parte, nonnullis tamen mutatis, tradučta adhuc

Digitized by Google

nam nuper adierat, seqve identidem minabatur Angliam *oppugnaturum, nam pater ejus* Seinn *Rex magnam* Angliæ *partem armis occupaverat, anteqvam ibi obiit. [Erant & tunc temporis ingentes* Danorum *militum in* Anglia *copiæ, qvibus Dux præerat*, Hemingus *nomine*, Strut-Haraldi *Comitis filius*, Sigvalldii *vero Comitis frater, isqve eam regni partem, qvam* Sveinn *Rex subegerat, in obseqvio* Canuti *Regis continuit*]. Gunnlaugus *eadem æstate abeundi veniam sibi concedi petiit. Rex vero respondit: te, qvi meus es satelles, a me jam abire minime decet, cum tanti belli metus* Angliæ *immineat. Ad qvæ* Gunnlaugus: *Hoc, inqvit, Domine: tui erit arbitrii; Verum proxima æstate, si* Dani *non veniant, abeundi libertatem concede.* [*Cui Rex: tunc, inqvit, videbimus, qvid factu optimum. Sic illa æstas, hiemsqve proxima*, Danis *nondum venientibus, labitur*]. *Ideoqve* Gunnlaugus *post medium seqventis æstatis licentiam abeundi a Rege impetravit, indeqve orientem versus in* Norvegiam *redux*, Ericum *Comitem* Hladis *in* Thrandia *convenit, qvi eum tum benigne excepit, eiqve apud se hospitium obtulit.* Gunnlaugus *oblatam a Comite benevolentiam gratissimus qvidem agnovit, tum vero sibi, ut sponsam viseret, reditum in* Islandiam *maturandum esse respondit. Ad qvæ Comes: omnes inqvit naves, qvæ* Islandiam *petere decreverant, hinc jam solverunt. Tum vero unus satellitum*: Hallfredus

A. C. 1009 · 1010 (margin years)

adhuc habetur, unde *Torfæus* Hist. Norv. T. II. Lib. X. cap. 2. p. 466-483. sua de eo desumsit) ab ingenio æqve difficili ac poëtico *Vandrædaskalld* cognominatus, honoratum inter antiqvos Septentrionis Poëtas locum dudum obtinuit; cum non tantum *Catalogi Poëtarum* eum inter Poëtas aulicos Olai Tryggvini & Erici Hakonis filii Norvegiæ Comitis numeraverint, sed *Skalda* etiam s. ars veterum poëtica qvædam ejus carmina poëseos studiosis imitanda proposuerit. Carminum autem ejus, qvorum memoria adhuc superest, præcipua sunt 1) Poëma heroicum, vulgo *Drapa*, de Hakone potente Norvegiæ Comite (*Olafs-Saga* ed. Isl. Lib. II. p. 86.). 2) Poë-

Digitized by Google

A. C. 1010 undir *Agda-Nesi* í giær. Jarl svarar: sva má vera; hann sigldi hedan fyrir (o) þrim náttom. *Eirekr* Jarl let þá flytia *Gunnlaug* wt til skips *Hallfredar*, ok tók hann vidr hanum med fagnadi; þat var síd sumars, ok gaf þeim þeg-ar byr undan landi, ok varo [vel] kátir. *Hallfredr* mælti til *Gunnlaugs:* hefer þú frett bónordit *Rafns Aunundar-son-ar* vid *Helgu* hina (p) vænu? *Gunnlaugr* qvedz frett hafa, ok þó ógiörla. *Hallfredr* (q) sagdi þá slíkt er hann vissi af, ok þat med, at (r) þat mælto margir, at *Rafn* væri eigi (s) órauskvari madr enn *Gunnlaugr*. Þá qvad *Gunnlaugr* vísu.

(84) Ræki ek lítt þó at (t) leki
Lík heyrda ek enn þeykan

Andar

(o) *C. S.* sim *qvinqve*, *male.* (p) *id.* fögru. (q) *id.* seger honum. (r) *id* marger menn mællto þat. (s) *al.* óvaskari, óhraustari *eod. sensu.* (t) *al.* leiki.

---

2) Poëmata duo, ejusdem generis, de Olao Tryggvino Norvegiæ Rege, unum qvo eum, paulo postqvam in aulam primo venerat, coram celebravit, ipso Rege judice, egregium, & concinne compositum, qvo res ab eo anteqvam Norvegiæ Regnum adeptus est, gestas complexus esse videtur, (ibid. pag. 109.); alterum, vulgo *Olafsdrápa*, omnium ejus operum præstantissimum, qvo amissum laudavit (ib. in Append. pag. 19.), qvorum strophas bene multas seqviorum seculorum historici, *Oddus Monachus* (ed. Svec. pag. 223. 224. 232. 243. 251. 252. 267 72. &, cum *Gudmundi Olavii* explicatione in notis pag. 89. 94. 98. & 100.), *Snorro Sturlæus* (ed. Svec. T. I. pag. 219. 227. 233-35. 360. 363. 365. 369. & 371.), *Genealogia Regum Norvegiæ* (pag. 90. 102. 108.), & *Olafssaga Tryggvasonar* (ed. Isl. Lib. I. pag. 63. 86. 90. 91. 92-98. Lib. II. 98. 284. 287-89. 291-93. 300-303.) ab interitu vindicarunt, suarum qvippe de hoc Rege narrationum testes. 3) Carmen encomiasticum ejus generis, qvod *Flock* antiqvi vocant, de Sigvaldo Comite Strutharaldi filio (*Olafs-Saga* Lib. II. pag. 126.). 4) Poëma Heroicum, vulgo *Drapa*, de Olao Skotkonung Sveciæ Rege (ibid. pag 131.). 5) Car-

Digitized by Google

fredus Vandræda-ſkalldus *heri hic ad* Agda-neſiam *ſtationem habuit. Cui Comes: Id vero haud abſimile; hinc enim ante triduum vela dedit; hisqve dictis* Gaunnlaugum *ad navim* Hallfredi *vehendum curavit, qvi eum lætus excepit. Vergebat tum æſtas, mox vero ſecundum ventum nacti terram hilares relinqvunt. Poſt* Hallfredus Gunnlaugum *interrogat: audiſtin*, Rafnem Aunundi *filium* Helgam *formoſam uxorem ambiiſſe?* Gunnlaugus *fama qvidem ſe, verum incerta, accepiſſe reſpondit. Tunc* Hallfredus, *qvid de hoc negotio compertum habuit, narrat, additqve, multis* Rafnem Gunnlaugo *robore haud inferiorem cenſeri.* Gunnlaugus *vero ſeqvens carmen repoſuit.* A. C. 1010

Parum Euri rabido ſtridore moveor
Stringentis promontoria,

Q 3 *Si*

Carmen in laudem Erici Comitis Hakonis filii, Thorleifi Sapientis auctoritate, ad vitam & ſecuritatem redimendam, conditum, cujus initium præter *Hallfredar-Sagam*, *Appendix Olafs-Sagæ* (pag. 20.), & hæc præterea (pag. 3.) unam ſtropham ſervavit. 6) Poëma heroicum *Uppreiſtar-Drápa*, idqve veterum judicio optimæ notæ, qvo, ut negligentiorem juſto religionis Chriſtianæ, dum inter ethnicos in Gothia verſatus fuerat, uxoremqve ethnicam duxerat, obſervationem expiaret, reſurrectionem Chriſti, juſſu Olai Regis, ad eum redux celebravit (*Olafs-Saga* ed. Isl. Lib. II. pag. 132.), qvodqve Brynjolfi Svenonii ætate in Bibliotheca Cancellarii Chriſtiani Friſii adhuc ſuperfuiſſe *Torfæus* (Hiſt. Norv. T. II. pag. 479.) memorat. · Deniqve 7) Plurima Carmina de rebus a ſe ipſo geſtis, in *Hallfredar-Saga* & *Olafs-Saga* (ed. Isl. Lib. II. pag. 86. 87. 109. 110. 112. 128. 130. 248. 249. 304-307. nec non Append. pag. 21-22.) adhuc obvia, qvorum tamen nonnulla, ad controverſias cum Griſio Sæmingi filio, qvi amicam ejus Kolfinnam uxorem duxit, agitatas, pertinentia, inprimis qvæ de Griſio ipſo compoſuit, pro probroſis haberi haud immerito poſſunt.

(84) Ex priori carminis parte, ſecundum lectionem in textum receptam, hic emergit verborum ordo: " Ek ræki lítt at undri, þó ek enn heyrda, at lík andar þeykan leki annes þannig vindt viku". i. e. *Exiguo mihi miraculo eſt, qvamvis adhuc audirem, qvod ſimilis venti aura perflaret promontaria hoc modo obliqve per ſeptimanæ ſpatium.*

Digitized by Google

A. C. 1010

Andar vindt at (u) undri
(x) Annes víku þannig.
(y) Meir ſiámzt hitt, er heyrer
Hoddſtrídandi bídi
Ord, at ek eigi verda
Jafnröſkr talidr *Rafni.*

Hallfredr mælti þá: þeſſ þyrfti, felagi! at þer veitti betr málin vid *Rafn* enn mer. Ek kom ſkipi minu í *Leyruvog* (z) fyrir (a) fam vetrom, ok átta ek at giallda hálfa mörk Silfrs (b) huskarli *Rafns*, ok hellt ek þvi fyrir hanum, enn *Rafn* reid til var med (c) XL. manna, ok hió ſtreingina, ok rak ſkipit upp á (d) leyror, ok [var] buit vid ſkipbroti; vard ek þá at ſelia *Rafni* ſiálfdæmi, ok gallt ek mörk (85), ok ero ſlíkar mínar (e) at ſegia frá hanum.

(u) *al.* andri *C. S.* andra. (x) *al.* Anneſs. (y) *C. S.* mætr. (z) *id. add.* fyrir nordan heidi. i. e. *a ſeptentrione montium.* (a) *al.* fim *qvinqve.* (b) *al.* heimamanni. (c) LX. (d) *al.* ut á Leyruvog *ſinum Leyruvogenſem.* (e) *al. add.* ſaugur.

tium. Poſterioris partis hic eſt ordo: "Hitt ſiamzt meir, er heyrir, hoddſtridandi bídi ord, at ek verda eigi talidr jafnröſkr Rafni". i. e. *Alterum magis me ſollicitum habet, qvod ſc. audio, de viro* (me) *increbreſcere famam, qvod non habear fortitudine æqvalis Rafni.* Si vero Variantes Lectiones *Andri* & *Anneſs* admittantur contextus prioris partis ſeqventi modo concipi poteſt: "Ek ræki lítt, þó ek enn heyrda, at lík andar-þeykan leki þannig viku at Anneſs-Andri". i. e. *Parum curo, qvamvis adhuc audirem* &c. *ludere ad navim.* Totam vero Stropham exemplaria chartacea aliter, & qvidem hoc modo legunt:

Rekr[2] ek[1] lítt[3] (*) þó[11] at[12] leki[14]	(*) *al.* Reckr let	*Exiguo mibi miraculo eſt,*
[Lett[10] verdr[8] enn[9](*)um[6] þetta[7]]	(*) *al.* nú	[*Leviter qvippe ferendum*] *al.* adhuc
Auſtanvindr[13] at[4] (*) undri[5]	(*) *al.* undra	*Qvamvis Evrus ludat*
Anneſs[15] (*) víku[17] þeſſa[16]	(*) *al.* vikur þeſſar	*Ad promontoria banc ſeptiman. al.* has ſeptim.
Mætti[20] ſiá[21] (*) hitt[19] enn[18] hættu[22]	(*) *al. add.* vik	*Illud vero videri poſſit dicterium periculi plenum*
Hoddſtrídandi[24] þídr[25]!		*Vir urbane*, qvod non &c.
23 Ord &c.	i. e.	Imo

Si vel per septenas integras dierum vices, A. C. 1010
Ut nunc, duraret flatibus.
Sed me non leviter murmus iniqvum
Famæ mendacis afficit:
Opima auri spolia anhelantem viro
Fortitudine huic Rafni *cedere.*

Ad qvæ porro Hallfredus: *opus esset, sodes! ut res tibi cum* Rafne *melius cederet qvam mihi. Ego ante paucos annos in portum* Leyruvogensem *delatus, dimidiam marcam argenti, qvam domestico* Rafnis *solvere debueram, detinui;* Rafn *vero cum XL. viris adeqvitans, rudentes præcidit, qvibus orba navis in brevia agebatur, & naufragio proxima erat, qvo facto causam ipsius* Rafnis *arbitrio subjicere, marcamqve persolvere coactus sum, talemqve mea cum eo negotia exitum habuere. Tum sermone*

Imo si variantes, qvæ hic occurrunt, lectiones seqvi placet, nova adhuc ex his formari potest explicatio, & qvidem talis: "Reckr let [at] lett verdr at undra um þetta, þó at austanv. leki enn annes þessa v. Enn hitt ord mætti siá hættu vik". i. e. *Vir præ se tulit, hoc leviter v. vix mirandum esse, qvamvis subsolanus adhuc luderet* &c. *Ista vero fama videri posset periculo proxima, qvod* &c. Fatendum tamen eam nobis minus probari, inprimis cum suspicio esse posit, lectionem *Reckr let* spuriam esse, & loco 7g: *rekr ek litt*, a lippo qvodam substitutam. Deniqve non reticendum, initium posterioris partis hujus Strophæ, si Membranæ & chartarum lectiones conjunctim sumantur, satis eleganter exprimi posse hoc modo: "Hitt ord siamst meir enn hoddstridandi bidi hættu &c". Ut sensus sit: *Is vero rumor me magis sollicitum habet, qvam si periculum vir adeat* v. *adeam* &c. Sed ut his diutius immoremur operæ pretium non videtur; omnia enim eodem redeunt.

(85) Hanc Hallfredi cum Rafne litem *Hallfredar-Saga* & *Appendix Olafs-Sagæ* (ed. Isl. pag. 21.) etiam memorant, hac tamen differentia 1) qvod Rafn rudentes non præciderit, sed tantum præcidere, eoqve abitum Hallfredi impedire, paraverit. 2) qvod causa non ipsius Rafnis arbitrio, sed ex bonorum virorum consilio composita fuerit; Ipsam autem litem ad annum Christi 1002 recte referunt. Utraqve etiam, in hac Gunnlaugi cum Hallfredo profectione describenda, cum autore nostro consentit,

Digitized by Google

A. C. 1010 hanum. Þá var þeim talat um *Helgu*, ok lofadi *Hallfredr* miök vænleik hennar. *Gunnlaugr* qvad þá vísu þessa.

(86) Munat hádvarum hyriar
Hrídmundadar þundi (f)
Hafnar (g) hörvi drifna
Hlyda jörd at þydazt.
Þvíat (h) læsikis lekum
Lyngs, er varom yngri,
Alnar (i) gríms at ymsum
(k) Andsium því landi

Þetta er vel ort sagde *Hallfredr*. Þeir tóko land nordr á *Melrackasletttu* halfum mánadi fyrir vetr, þar sem het í *Hraunhöfn* (87), ok skipodo þar upp. *Þordr* het madr,

(f) *ita Cod. Svec. plurimi vero habent* hrídmundadr þundr *unus* þundar. (g) *plur.* hiörvi. (h) *al.* lesik lækum. leykis lækium; lögsikis (lausikiar) leikum v. lekum. (i) *al.* Gims á. (k) *al.* annesium.

---

tir, nisi qvod *Hallfredar-Saga* eam ad alteram post litem Hallfredi cum Rafne æstatem s. ad annum Christi 1004 minus recte retulerit, cum secundum autorem, qvi singulorum Gunnlaugi annorum rationem accurate reddit, ad annum 1010 referenda sit; idqve *appendicis* nuper laudatæ autor animadvertisse videtur, qvippe qvi *Hallfredar-Sagæ* narrationem, qvam Codex Flateyensis alias presso pede seqvi solet, hac in parte rejecit, generatim tantum, absqve ulla annorum mentione, referens, Hallfredum post litem cum Rafne peregre profectum, æstate, qva hic Helgam pulchram uxorem accepit, communi cum Gunnlaugo navi (vel, ut *Hallfredar-Saga* rectius habet, Gunnlaugo itineris socio) ad Melrackaslettam appulisse. Imo nec id Hallfredi ætati repugnat, qvi Hakonis Norvegiæ Comitis tempore, circa annum ætatis vigesimum, peregre primo profectus, secundum *Hallfredar-Sagam* ad annum fere qvadragesimum, & secundum *Appendicem* sæpius citatam (pag. 22.) ad annum trigesimum qvintum, vitam produxit, ita ut ei, non tantum ad hanc, sed & ad posteriorem, qvam autor noster infra cap. 12. describit, cum Gunnlaugo profectionem, qvamvis nec *Hallfredar-Sagæ* nec Codici Flateyensi memoratam, sat temporis superesse potuerit.

Digitized by Google

mone ad Helgam *converso* Hallfredus *venustatem ejus laudavit.* A. C. 1010
Gunnlaugus *vero hoc carmen addidit.*

Male cedet turbineo Odini alumno, turpis
Repulsæ nescio, ambire virginem,
Vario decoram linteo, electrum qvale
Scintillat placido in mari
Aut qvale pratum rutilantibus fulgens floribus (1)
Serpens qvibus avarus incubat.
Talem sese olim exhibuit, auro micantibus
Juveniliter mecum tesseris cum luderet.

Eleganter hoc concinnatum esse Hallfredus *professus est. Illi autem, dimidio ante biemis initium mense, in portum* Melracka-flettæ, Hraunhöfn *vocatum, navim apellunt, mercesqve ibi expediunt.*

(86) In priori Carminis parte ordo verborum receptus hic est: "Hadvarum hrídmundadar þundi munat hlyda at þydazt hörvi drifna hafnar hyriar jörd". i. e. *A ludibriis cauto bellatori integrum non erit amore prosequi lino ornatam auri terram* (i. e. foeminam). Sed secundum vulgatas lectiones, haud prorsus absurde, alio etiam, & qvidem hoc modo, construi potest: "Hiörvi hridmundadr þundr! hadvarum munat hlyda at þydaz hafnar hyriar drifna-jörd". i. e. *Gladio ad dimicandum instructe!* (allocutione sc. ad Hallfredum conversa) *ludibria fugienti* (i. e. Rafni) *baudqvaqvam integrum erit amore prosequi foeminam auro ornatam.* Posterioris partis hic est ordo: "þviat lekum, er varum yngri, ymsum læsikis andsium at þvi alnargrims Lyngs Landi". i. e. *Qvia lusimus, cum juniores essemus, variis reculis aureis cum eadem serpentis ericæ* (i. e. auri) *terra* i. e. muliere. Hic tamen τὸ *Ansium*, (qvippe qvod exemplis minime caret), ad duo si placet referri poterit, nempe tam ad τὸ *læsikis*, qvam ad *lyngs alnargrims-landi*, idqve per epexegesin, ut ordo & sensus sit: "lekum &c. at ymsum læsikis Andsium, þvi lyngs alnargrims-landi" i. e. *Lusimus variis reculis lucidis, isto* sc. *serpentis cubili* i. e. auro. Aptius tamen duximus τὸ *alnar-grims lyngs Land* de Helga ipsa intelligere, qvatenus Poëta, per vocem: *þvi*, eandem hic qvasi digito monstrare voluisse videtur, qvam in priore carminis parte: *Hafnar-byriar-jörd* vocaverat.

(87) Tractum Toparchiæ Thingeyensis in provincia boreali *Melracka-slettam*, qvi infra, tam

Digitized by Google

A. C. 1010 madr, hann var bondason einn þar á *Slettunni;* hann geck í glímur miök vid þá kaupmennina, ok gek þeim illa vid hann; þá var komit (l) at því, at *Gunnlaugr* skylldi glíma vid hann; ok um nóttina ádr het *Þórdr* á Þór til sigurs ser (88); ok um morgininn er þeir glímdo laust *Gunnlaugr*

(l) *C. S.* | *&* *al.* vard komit sángi saman med (þeim) hanum ok Gunnlaugi, ok um daginn er þeir funduz, tóko þeir til glímu; þá kippti G. b. f. i. e. *tunc lucta inter eum & Gunnlaugum instituta, cumqve committerentur, luctam exorsi sunt: tum Gunnlaugus* &c.

---

tam hic, qvam cap. 12., simpliciter *Sletta* audit, portumqve *Hraunhöfn* cum villa ejusdem nominis ibi situm, & veteribus plurimum freqventatum, memorant *Landnama-Saga* (ed. Isl. Lib. III. p. 124.) *Hallfredar-Saga*, & *Appendix Olafs-Saga* (pag. 21.). Reyse igiennem Island pag. 741. *Raufarhöfn* appellat, & inter optimos in Islandia haud immerito numerat.

(88) Qvod *Orkneyinga-Saga* cap. 22. postqvam de Hakone, Pauli Orcadum Comitis filio, retulerat, qvod fatidicum qvendam in Svecia consuluerit, data velut opera hunc in modum subjungit: "þá var í Svíþiód ung Christni; voro þá marger menn, þeir er foro med fornescio, ok þóttuz af þvi verda froder ok víser margra luta, þeirra er eigi voro framkomner". i. e. *Erat tunc temporis religio Christiania in Svecia haud satis stabilita, qvapropter multi adhuc artibus magicis operam dederunt, multarumqve, qvæ nondum evenerant, rerum notitiam, per eas acqvirere sibi videbantur;* id de Islandis etiam verum est. Ut enim exempla, a *Finno Johannæo* (Hist. Eccl. Island. T. I. p. 84. a.) in medium producta, haud obscure indicant, religionem Christianam, qvalis Olai Tryggvini Norvegiæ Regis auspiciis a Norvegis & Islandis recepta est, variis superstitionibus inqvinatam fuisse, ita, primis post eam receptam temporibus, multas admodum ethnici cultus reliqvias adhuc apud Islandos superfuisse, conceptis verbis docet *Eyrbyggia-Saga* testimonium, in *Erici* observ. ad ant. Sept. pag. 136. productum; cui *Hallfredar-Saga Vandrædaskalds*, veterem geniorum tutelarium reverentiam Hallfredi junioris, qvamvis Christiani, animo adhuc hæsisse narrans, adstipulatur his verbis: "þá sáu þeir konu gánga eptir skipinu, hon var mikil ok í brynju. Hon geck á bylgium sem á landi. Hallfredr leit til, ok sá at þat (þar) var fylgiukona hans. Hallfredr mællti: í sundr segi ek nú vid þik. Hon mællti: villtu Þorvalldr taka vid mer? hann qvedz eigi vilia. Þá mællti

diunt. Interea vir, cui Thordo *nomen, coloni cujusdam in* Sletta *filius, continuas cum nautis exercuit luctas, semperqve superior evasit; cumqve eo ventum esset, ut* Gunnlaugus *cum eo colluctaretur, nocte, qvæ luctam præcessit,* Thordus, *ut victoria potiretur, votum Thoro nuncupavit; ut autem mane seqventi* A. C. 1010

R 2 *colluEta-*

---

mælti Hallfredr yngri (ungi): ek vil taka vid þer: sidan hvarf hon". i. e. *cum foeminam vident statura magnam & loricatam, qvæ per fluctus æqve ac in terra incedebat, per foros ambulantem, qvam Hallfredus senior* (morti tum vicinus) *respiciens, & foeminam suam* (i e. genium) *seqvacem agnoscens: jam inqvit omnem tibi amicitiam renuncio. Ad qvæ illa: me igitur Thorvallde! recipere aves? Eo vero renuente, Hallfredus junior* (alterius Hallfredi filius): *Ego, inqvit, te recipiam; qvo facto ea e conspectu eorum subducta est.* Accedit adhuc recentius, utpote in Isleifi episcopi tempora incidens, Finni exemplum, qvem, ab Eyulfo Gudmundi potentis filio consultum, de subito eqvi ejus, in dissidiis cum Thorvardo Hoskuldi filio & Liosvetningis, lapsu *Liosvetninga-Saga* (cap. 29.) ita judicasse perhibet: "þess munda ek geta, at þar mundir þú eigi hafa stadist fylgiur þeirra Þorvards ok frænda hans, er fiandskap leggia á þig. Eyulfr mælti: ætlar þú at þeirra fylgiur se meiri fyrir ser, enn minar ok minna frænda: Eigi qved ek at þvi; þó er þat reynt, ef ver spyrium um för Þorvards". i. e. *Mea de hoc conjectura esset, te obvios forte Thorvardi & Cognatorum ejus, qvi te odio habent, genios sustinere non potuisse, adeoqve ab eis humi dejectum esse. Ad qvæ Eyulfus: an igitur,* inqvit, *eorum genios meis meorumqve cognatorum geniis valentiores putas? respondet alter: id qvidem plene non affirmaverim, experieris vero, ubi de successu itineris Thorvardi* (Romani scilicet) *certiores reddimur.* Idqve porro confirmat coævum *Johannis Sancti* Holensium Episcopi *Vitæ* testimonium, ab *Olavio* (Synt. de bapt. p. 189-90.) hanc in rem annotatum. De magia speciatim *Thorgeyris & Thormodi Vita*, vulgo *Fostbrædra-Saga*, suum addit calculum, cap. 14. referens, *qvosdam, qvod Religio Christiana adhuc admodum recens, nec satis stabilita, esset, egregiæ instar artis æstimasse, si qvis magiam calleret* ("enn med þvi at christnin var miök ung, ok vangiör, þá syndiz sumum, sem þat væri atgersi, at vera fiölkunnigr".) Suffragatur *Heidarviga-Saga*, Olaum Sanctum Norvegiæ Regem Bardium & socios ideo recipere noluisse perhibens, qvod superstitioni ethnicæ adhuc addictos nosset. Clarissime tamen idem testatur *Grettis-Saga* ad annum circiter 1030 (ed. Isl. cap. 83. p. 150.), & qvidem duplici addita ratione, partim qvod inveterata cultus ethnici & artium magicarum con-

svetudo

Digitized by Google

A. C. 1010 *laugr* báda fætur undan Þordi, ok (m) fell hann mikit fall, enn fótrinn *Gunnlaugs* ſtauck or lidi ſá er hann ſtód á, ok fell *Gunnlaugr* þá med Þordi. Þá mælti *Þordr:* vera má at þer vegni eigi annat betr. Hvad, þá, ſegir *Gunnlaugr!* *Þordr* ſagdi: málin vid *Rafn Aunundar-ſon*, ef hann fær *Helgu* hinnar vænu at vetrnóttom, ok var ek hiá í ſumar á alþíngi er þetta redzt. *Gunnlaugr* ſvarar engu. Var þá vafidr fótr hans, (n) ok í lid færdr, ok þrwtnadi allmiök. Þeir *Gunnlaugr* ok *Hallfredr* (o) fóro af *Slettu* viku fyrir vetr XII. ſaman, ok kvamo ſudr á *Gilsbacka* (p) þat ſama laugar-kvelld (89), er þeir ſáto at (q) bodinu at *Borg*. *Illugi* vard feiginn *Gunnlaugi* ſyni ſinum ok hans (r) fauro-neyti. *Gunnlaugr* qvedz þá (s) þegar vilia ofan rida til *Borgar*. *Illugi* qvad þat ecki rád, ok ſva (t) ſyndiz öllom, nema *Gunnlaugi*, enn *Gunnlaugr* var þó ufær fyrir fótarins ſakir, þott hann leti ecki áſiázt; ok vard þvi ecki af ferdinni. *Hallfredr* reid heim um morgininn til *Hredu-vatns* í *Nordurárdal* (90); þar red fyrir eignum

(m) C. S. felldi hann *al.* rak hann nidr *magnoqve eum impetu dejecit.* (n) *al.* at í lid færi *ut articulo reſtitueretur.* (o) *iid.* rido *eqvis vecti.* (p) *iid. add.* í Borgarfirdi *ad ſinum Borgfiordenſem.* (q) C. S. brudlaupinu. (r) C. S. forunautum *comites.* (s) *id.* vilia fara. (t) *al.* leitz.

ſvetudo animos, ea a puero imbutos, occaſione data facile ad eum retraxerit, partim & qvod Lex, qvæ Islandis magna ex parte invitis religionem Chriſtianam injunxit, clandeſtinum numinum ethnicorum cultum expreſſe permiſerit. Idqve & naturæ rei apprime convenit, & autoris noſtri de Thordo relationem eo magis confirmat, cum lex iſta, utpote nuper lata, Gunnlaugi tempore obtinuerit.

(89) Diem Saturni, ſecundum antiqvam anni computandi rationem, hiemis primam eſſe

Digitized by Google

colluctabantur Gunnlaugus *utrumqve ei pedem ita concusſit, ut magno impetu caderet, pes vero, cui ipſe inſiſtebat, articulo luxatus eſt, unde & is cum* Thordo *una cecidit. Tum* Thordus: *Forte, inqvit, alia res melius tibi non ſuccedet. Qvid hoc rei?* Gunnlaugus *rogat.* Thordus *reſpondit: Lis illa tua cum* Rafne Aunundi *filio, ſi hic* Helgam *formoſam, hieme ineunte, ducat uxorem; ego enim hac ipſa æſtate, dum id conſilii capiebatur, in Comitiis adſui. Nihil ad hæc* Gunnlaugus; *pes vero ejus faſciis ſtatim involutus eſt; &, articulo reſtituto, multum tamen intumuit. Poſt* Gunnlaugus & Hallfredus *cum ſociis, duodecim numero, ſeptem ante hiemis initium diebus* Sletta *profecti, eadem diei Saturni veſpera, qva convivium nuptiale* Borgæ *celebrabatur,* Gilsbackam *veniunt.* Illugius *filium* Gunnlaugum *cum comitatu lætus excepit; hic vero* Borgam *ſe illico contendere velle profeſſus eſt.* Illugius *id minus conſultum judicavit; idemqve & reliqvis omnibus, niſi* Gunnlaugo, *viſum eſt; is tamen re-vera, licet disſimularet, ob pedem male affectum itineri ineptus erat, unde & id differebatur.* Hallfredus *ſeqventi die do-* A. C. 1010

R 3 *mum,*

eſſe docet Codex Legum Island. *Gragás* apud *Joh. Arnæum* in Jslandſke Rættergang pag. 75. not. 53.

(90) Domicilium Hallfredi autor noſter hic recte indicavit. Ut enim pater ejus Ottar, a Thorſteine Vatnsdalenſi habitationem mutare coactus, in vallem Nordurardalenſem, in Topachia Myrenſi, ab occidente fluvii Hvytá, ſitam demigraverat, & villam Ottarſtadas primum incoluerat (*Olafs-Saga* Lib. II. p. 83.); ita eo mortuo filios Hallfredum & Galtium Hredu-vel, ut alii ſcribunt, Hrödu-vatniam incoluiſſe certum eſt (vide ibid. pag. 305. & *Hallfredar-Sagam*). In eo contra autor noſter errat, qvod Galtium hoc tempore adhuc vixiſſe ſtatuit; qvippe qvem jam tum anno Chriſti 1001, ob carmina probroſa ab Hallfredo in Griſium Sæmingi filium jacta, in foro Hunavatnenſi, a fratre uxoris Griſii Brando Avaldii filio, per inſidias occiſum fuiſſe *Hallfredar-Saga* & *Olafs-Saga* (l. cit.), *Landnama-Saga* (ed. Isl. pag. 94.) etiam conſentiente, teſtantur, qvam earum narrationem ipſe rerum ab Hallfredo geſtarum ordo ſatis ſuperqve confirmat.

Digitized by Google

A. C. 1010 eignum þeirra *Gallti Ottars-son* brodir hans, ok var vaskr madr.

XI. Cap.

Sva (u) er sagt frá *Rafni*, at hann (x) sitr at bodi sinu at *Borg;* ok er þat flestra manna sögn, at brudrin væri helldr daupr; er þat satt, sem mælt er, at *lengi man þat er* (y) *ungr getr;* (z) nú fer henni ok sva. Þá vard þat til tidenda (a), at sá madr bad *Hungerdar Þorodds dottur* ok *Jófrídar*, er (b) *Svertingur* het (c) *Hafurbiarnarson Mollda-gnupssonar*, ok skylldu þau rád takazt eptir jöl um vetrinn uppi at (d) *Skáney;* þar bió (e) *Þorkell*, frændi *Hungerdar*, son *Torfa Valbrandssonar;* moder (f) *Þorkels* var *Þorodda* Syster *Tunguodds* (91). *Rafn* fór heim til *Mosfells* med *Helgu* konu sína; ok er þau höfdu þar skamma stund verit, þá var þat einn morgin ádr þau risi upp, at *Helga* vakti, enn *Hrafn* svaf, ok let illa í svefni; ok

(u) C. S. nú er at segia *jam narrandum est.* (x) *id.* sat at brudlaupi. (y) *al.* ungum. (z) *C. S.* ok var henni nú. (a) *id.* & *al.* þat vard til nylunda þar at veitzlunni, *accidit id novi in convivio.* (b) *al.* Birtingr *lapsu librarii.* (c) *C. S.* & *al. add.* ok var *qvi fuit.* (d) *al.* Skardi *hic & infra, male.* (e) *al.* Torfe Valbrandsson *Torfius Valbrandi filius.* (f) *al.* moder Torfa var Þordys (C. S. Þorodda Systir) dotter Tungu-odds, *mater Torfio Thordisa (Thorodda soror) filia Oddi Tung.*

(91) De eis qvæ hic de Hungerdæ genere traduntur conferatur Genealogia ad calcem hujus editionis. Cognatorum autem ejus, qvi hic recensentur, nominatissimi sunt avus

Digitized by Google

mum, Hreduvatniam *scilicet, in Valle* Nordurardalensi, *eqvitavit; ibi frater ejus* Galtius Ottaris *filius, vir strenuus, fundum eorum communem & bona administrabat.* A. C. 1010

Cap. XI.

De Rafne *relatum est, eum nuptias suas* Borgæ *celebrasse; plurimi vero perhibent sponsam tristi admodum fuisse vultu; Vere enim, ut est in proverbio:* memoriæ diu infixum hæret qvo juventus imbuta est; *& ita illi jam evenit. Accidit tunc, ut* Hungerdam Thoroddi & Jófrídæ *filiam uxorem ambiret vir, nomine* Svertingus, Hafur-Biornis *filius*, Molldagnupi *nepos, istæqve nuptiæ eadem bieme post festum Jolense* Skaneyæ *celebrarentur; ibi enim* Thorkell, Hungerdæ *cognatus*, Torfii Valbrandi *filii filius habitavit; mater autem* Thorkeli *fuerat* Thorodda Oddi Tungensis *soror.* Rafn *cum conjuge sua* Helga *domum*, Mosfelliam, *petiit; cumqve ibi paululum temporis mansissent, mane qvodam, anteqvam surgerent*, Helga *vigilante*, Rafn *dormivit, multumqve in somno agita-*

---

avus paternus Oddus Tungensis, de qvo supra ad caput 1. (not. 17.) nonnulla notavimus, & Torfius Valbrandi, qvem adhuc juvenem *Isfirdinga-Saga* (ed. Isl. pag. 46. & alibi passim) unum eorum fuisse perhibet, qvi Havardo Isafiordensi ad vindicandam filii Olafi cædem suppetias tulerunt. Postea eum non tantum prælio Hellisfitiensi (de qvo plura supra not. 36.) cum Illugio nigro interfuisse, sed etiam expeditionis, qva Hordus, Torfii ex sorore nepos, aliiqve Latrones Holmenses, ad internecionem cæsi sunt, coryphæum fuisse *Landnama-Saga* (ed. Isl. p. 24.) testatur; hujus vero facti occasionem & circumstantias *Hördi & Holmensium Historia*, Holis in Islandia edita, plenissime enarrat. In nomine villæ Thorkelis, qvod in textu retinuimus, *Landnáma-Saga* (ed. Isl. pag. 24.) consentit, *Skaneyam* expresse vocans, cujus nominis villa, in tractu *Halsa-* vel *Baiar-Sveit*, ad meridiem Hvitaæ, in sinu Borgarfiordensi etiam hodie extat.

Digitized by Google

A. C. 1010 ok er hann vaknadi ſagdi hann *Helgu* hvad hann hafdi dreymt, ok qvad víſu.

(92) Hugdunzt orms (g) at (h) armi
Eydauggvar (i) þer höggvinn,
Veri brudr í blódi
Bedr þinn rodinn mínu.
(k) Knattit endr (l) of undir
(m) Ölſtafns mörum (*Rafni*
(n) Lík getr þat) lauka
Lind (o) hagþyrnis binda.

Helga mælti: þat man ek alldrei gráta, ok hafit þer illa ſvikit mik, ok mun *Gunnlaugr* útkominn; hon gret þá miök; ok litlu ſidar frettiz wt-kvama *Gunnlaugs*. *Helga* gerdiz þá ſva (p) ſtird vid *Rafn*, at hann feck eigi halldit henni heima þar, ok fara þau þá inn aptr til *Borgar*, ok (q) neyter hann lítit af (r) ſamviſtum vit hana.

1011 Nú buaz menn til bodz epter um vetrinn. *Þorkell* frá *Skan-*

(g) C. S. á *al.* af. (h) ormi. (i) ódyggvar *Cod. Svec.* Y-döggvar. (k) *al.* knettin *v.* kvænti. (l) C. S. um. (m) *al.* Jultams *v.* Uſtams *v.* Olſtafn medr. (n) *al.* litr gefr þat luka. (o) *al.* hagdregins C. S. Hagdreyrins. (p) *al.* ſtríd *eodem ſenſu.* (q) *al.* nytti. (r) *al.* henni *ea fruit contigit.*

---

(92) Ex priori hujus carminis parte, ſecundum lectionem in textum receptam, talis emergit orationis ſeries: "Hugdunzt höggvinn þer at armi orms eydauggvar, [ok] þinn bedr, brudr! veri rodinn í blodi minu". i. e. *Videbar mihi cæſus tuum ad brachium perpetuas ſerpentis pluvias* (i. e. a ſerpente, vulnere perpetuo manante) *qvodqve tuus mulier! lectus rubefactus eſſet ſangvine meo.* Primi tamen duo verſiculi, præter hunc, duobus modis conſtrui poſſunt, & qvidem vel 1) *Hugdunzt orms höggvinn eydöggvar at armi* þer, eodem fere ſenſu, *vel* 2) Hugdunzt höggvinn at orms armi, þer eydöggvar [ódöggvar ódeyggvar Ydöggvar] i. e. *videbar ictus ſerpentis*

Digitized by Google

agitabatur; ut autem expergefactus eſt, Helgæ, *qvod ſomniave-* A. C.
rat, ſeqventi carmine expoſuit. 1010

Videbatur, tuo me recubantem in ſinu
Ictum ſerpentis ebulliente vulnere
Tuumqve, matrona, genialem torum
Penitus rubentem cruore meo;
Nec poſſe te (ferale qvod præſagium
Sit Rafni *oportet) ſangvinis impetum*
Sufflaminare dextera, forti licet
Ad ſuſtentandas, qveis propinas, pateras.

Helga *reſpondit: Id nunqvam flebo, me qvippe male decepiſtis, jam enim ſine dubio* Gunnlaugus *rediit; qvibus dictis in lacrymas effuſa eſt. Nec multo poſt fama reditum* Gunnlaugi *attulit; Tum vero* Helga *adeo dura in* Rafnem *facta eſt, ut eam domi continere non poſſet, unde ambo* Borgam *revertebantur, parum tamen ejus amoribus frui dabatur. Poſt,* 1011
eâdem bieme convivium nuptiale, de qvo ſupra dictum eſt, inſtruitur.

ſerpentis aculeo (ſagittæ ad inſtar) *tibi in perpetuum dolorem* vel *detrimentum.* Poſterioris partis hic eſt ordo: " knattit hagþyrnis lauka lind endr binda of undir Ölſtafns mörum; þat getr Rafni lík". i. e. *non potuit alliorum campeſtrium tilia* (i. e. foemina) *religare vulnera, prædæ cereviſiariæ* (i. e. cereviſiæ) vel *navis cereviſiariæ* (i. e. poculi) *fulcris* (i. e. manibus); *id portendit Rafni mortem.* Sed poſterior hæc pars, aſſumta variante lectione *luka*, aliam etiam, eamqve haud inconcinnam, explicationem admittere poteſt, hoc modo: knattit hagþyrnis lind luka [at] endurbinda of undir &c. i. e. *non potuit foemina vulnera perfecte obligare* v. *ab obligandis ceſſare;* & deniqve, ſi lectio *knettin* recipiatur, tertiam, ſeqventis tenoris: " knettin hagþyrnislind getur luka [at] endr binda Ölſtafns [Jukams *v.* jóltamns] mörum [*vel* medr Olſtafn] Rafni undir, of þat lík". i. e. *Proterva foemina abſtinere tunc poterit a vulneribus, in corpore ita affecto, Rafni, manibus obligandis,* qvam tamen lectoris judicio libenter relinqvimus. Reliqvæ variantes lectiones omni ſenſu carere videntur.

Digitized by Google

A. C. 1011 *Skaney* (s) bydr *Illuga Svarta* ok ſonom hans; ok er *Illugi* biózt ſat *Gunnlaugr* í ſtofu, ok (t) biózt ecki. *Illugi* geck til hans ok mælti: því byztu ecki frændi? *Gunnlaugr* mælti: ek ætla eigi at fara. *Illugi* mællti: fara ſkalltu viſt frændi! ok ſlá ecki ſlíku á þik, at (u) þreya eptir eina konu; lát ſem þu vitir ecki, þat er karlmannlegt, ok mun þik alldrei konur ſkorta. *Gunnlaugr* giördi ſem fader hans mælti, ok kvomo (x) menn til bodſins; var þeim *Illuga* ok ſunum hans ſkipat í aundvegi, enn þeim *Þorſteini Egilsſyni* ok *Rafni* mági hans, ok (y) ſveitungum brudgumans, í annat aundvegi gegnt *Illuga;* konur (z) ſkipudu pall (93), ok

(s) *C. S.* baud. (t) *al.* hafdizt ecki at & *otioſus hærebat.* (u) *C. S.* & *al.* þrá eptir einni. (x) *C. S.* þeir. (y) *al.* Sveit manna med brudguma. (z) *al* ſátu á midium palli *medium.*

(93) Ordo convivii & coenaculi, qvi hic indicatur, is eſt, qvi ante Olaì Qvieti Norvegiæ, ab anno 1066 ad 1092, Regis tèmpora in Septentrione vulgo obtinuit, &, *Snorrone* (conf. ed. Sv. T. I. p. 434.) aliisqve veterum præeuntibus, a *Verelio* (not. in Hiſt. Gotr. & Rolfi p. 88-90.) deſcriptus eſt. *Genealogia Regum Norvegiæ* hactenus inedita ſuam ejus deſcriptionem his verbis concepit: " þat var for- „ neſcio ſiþr í Noregi oc Danmörku oc ſva í Svíavelldi, þer ſem varo kóngsbú, „ þá varo oc veizlu ſtovur; enn á þeim varo *dyr á bádom endom* ſtovonnar, enn „ *Kongs háſöti var á midiom lángbeck, þeim er viſſi móti ſólo,* ſat þer *drotning á vin-* „ *ſtri bönd* Kongi, oc varo þat þá callat *andvegi,* oc ſá ſeſs vegligaſtr hvern tveggia „ veg út í frá til carla oc kvenna, enn ſá *úvegligſtr, er neſt var durum.* Hinn „ göfgazti madr, oc ſá er gamall var oc vitr Kóngs rádgiave, ſem þá var kongom „ titt at hava gamla Spekenga, til þes at vita forn dæmi oc ſiþu forellra ſinna; „ enn þeſſi madr ſat á *hinn nordra pall gagnvart Kongi,* oc *het þá it nordra Andvegi,* „ voro nú *enn konor til bögri handar hanum,* enn á vinſtri hönd karlar. Þá var „ títt höfdingiom, at bera öl um elld, oc drecka á andvegismann ſinn, enn þat „ var í þenn tíma micil virþing, at ſitia fyrir Kóngs ádryckio ". i. e. *Mos erat antiqvus in Norvegia, Dania, nec non in Svecia, ut ubi prædia regia erant, coenacula etiam eſſent. Hæc coenacula* BINAS FORES, *in* UTRAqve ſcilicet EXTREMITATE *habuerunt.*

Digitized by Google

Digitized by Google

H. Næs, del. G. Haas sc.

ſtruitur. Thorkell *de* Skaneya Illugium *Nigrum, ejusqve filios, invitaverat. Dumqve* Illugius *itineri ſe accingebat,* Gunnlaugus *in coenaculo conſedit, nec ſe accinxit.* Illugius *ergo ad eum accedens: Curni, inqvit, cognate accingeris?* Gunnlaugus *reſpondit: qvia (ad convivium) ire non conſtitui.* Illugius *contra: Certe, cognate! ibis, nec rem tantillam, qvalis una muliercula eſt, ita doleas oportet, ut ejus deſiderio tabeſcas; disſimula potius, id virum decet, nunqvam enim tibi foeminæ decrunt.* Gunnlaugus *patris dicto audit, & ita ad convivium veniunt, in qvo ſupremus ex uno latere locus* Illugio *& filiis ejus datus eſt, alter vero,* Illugio *adverſus,* Thorſteini Egillis filio, Rafni *genero ejus, ſponſiqve* A. C. 1011

S 2 *comi-*

habuerunt. *REGIUM vero ſolium erat IN MEDIO SCAMNI LONGITUDINALIS, QVOD SOLI OBVERTEBATUR,* ibi *REGINA, REGI AD SINISTRAM ſedebat, iſtaqve ſedes ANDVEGI tunc vocabantur, unde reliqvæ ſedes, ſeve virorum ſive foeminarum, ab utroqve latere, eo HONORATIORES habebantur, qvo his propiores erant, ea contra INFIMA, QVÆ FORIBUS PROXIMA. Vir maximæ in aula dignitatis, qvi conſiliarius Regis erat grandævus & ſapiens, qvales Regibus ſecum habere tunc temporis ſolenne fuit, ut antiqva rerum gerendarum exempla & majorum ſuorum mores data occaſione perqvirere poſſent, in SCAMNO SEPTENTRIONALI, REGI ADVERSUS, SEDEBAT, EAQVE SEDES ideo ANDVEGI vel SEDES SUPREMA SEPTENTRIONALIS tunc appellabatur, isqve vicisſim FOEMINAS A DEXTRA, viros a ſiniſtra, habuit. Tunc etiam regibus mos erat cereviſiam* (potulenta) *trans ignem miſſam, viro huic ſibi adverſo propinare; atqve ita ad propinationem Regis ſedere, inſignis tunc temporis honor habebatur.* Patet hinc coenacula hujus temporis oblonga fuiſſe, & foribus in utraqve extremitate, exteriore ſcilicet & interiore, ſibi invicem oppoſitis, & duobus ſcamnorum ordinibus, ab utroqve latere in longum diſpoſitis, inſtructa. Horum ordinum prior, *ſoli obverſus*, qvi vulgo *ædri beckr* i. e. *ſcamnum honoratius* audiebat, ſedem omnium ſupremam: *Andvegi* vel *Öndvegi á hinn ædra beck*, (cujus locus cum loco ſolii regii nuper deſcripto coincidit), mediam habuit; ipſaqve hæc ſedes *Andvegi* ideo dicta eſt, qvod ſoli *oppoſita* eſſet. Poſterior ſcamnorum ordo, qvem ſcriptor nuper laudatus *nordra pall* i. e. *ordinem ſeptentrionalem* vel *ſeptentrioni obverſum* appellat, qvi vero *autori noſtro* & aliis vulgo *ûædri beckr*, i. e. *ſcamnum inferius* vel *minus honoratum*, audit, ſuam

etiam

Digitized by Google

A. C. 1011 etiam ſedem ſupremam, (hic: *nordra andvegi* i. e. *ſeptentrionalem*, aliis *audvegi* vel *öndvegi á hinn úadra beck* i. e. *ſedem ſupremam ſcamni inferioris*, & *autori noſtro: annat aundvegi* i. e. *alteram ſedem ſupremam*) mediam habuit, qvæ ideo *Andvegi* ſimiliter dicta eſt, qvod ſedi omnium ſupremæ e diametro oppoſita eſſet. Ex his vero reliqvarum omnium ſedium dignitas æſtimabatur, ita ut harum qvælibet non ſolum eo magis vel minus honorata haberetur, qvo ſedi in ſuo ſcamnorum ordine ſupremæ propior, vel ab hac remotior fuit, ſed ea etiam utriusqve ſcamni pars, qvæ ad fores coenaculi interiores protendebatur, alterâ, qvæ ad exteriores, magis honorata eſſet, illaqve ideo foeminis, hæc vero viris asſignaretur. Facile hinc apparet, *autorem noſtrum*, qvantum ad ſcamnorum, ſediumqve in eis ordines attinet, cum prædictis exacte conſentire; In eo vero contra aperte differt, qvod alium locum foeminis asſignet, qvæ ei *pallr* audit, & *ſcamnum latius* ſ. *tabulatum* denotat (conf. *Hænſatboris-Sagam* cap. 7. Cod. Legg. Isl. *Grágás* apud *Joh. Arnæum* in Islandſke Retterg. p. 380-81. & *Snorronem Sturlæum* ed. Sv. T. I. pag. 48. T. II. p. 265. nec non T. I. p. 79, ubi ſedes Comitum, qvam ſcabellum vel ſubſellium ſolii regalis fuiſſe T. II. p. 28. docet, *forpallr* vocatur). Sed nullum id ſcrupulum movere debet. Ut enim teſtimonia ſupra notata docent, foeminas, in coenaculis, qvæ binas fores ſibi invicem oppoſitas habuerunt, viris aſſediſſe, & interiorem ſcamnorum laterariorum partem occupaſſe; ita notisſimum eſt, qvod multa horum temporum coenacula fores ad utramqve extremitatem ſibi invicem oppoſitas non habuerint, ſed præter prædictos duos ſcamnorum ordines exterius ad latera in longum diſpoſitos, loco januæ in extremitate interiori, tertium ſcamnum vel tabulatum, reliqvis altius & latius (qvalia etiam hodie Islandis in uſu ſunt), in qvo foeminæ ſedere ſolebant. Teſtes hujus rei, præter *Niális Vitam*, (qvæ c. 14. p. 25. Glumi-cum Hallgerda nuptias deſcribens, cum autore noſtro ad amusſim conſentit) *Hænſatboris-Saga* his verbis: " Þórdr-ſkipar mönnum í Sæti um kvelldit, „ ſat hann ſiálfr á *annann beck* ok Gunnarr mágr hans, ok hans menn, enn Þor-„ kell Trefill med brúdguma á *annann beck*, ok þeirra bodsmenn, *brudir ſkipudu* „ *pall*". i. e. *Veſperi Thordus convivas per ſcamna ita diſpoſuit, ut ipſe cum Gunnare affine ejusqve comitibus*, UNUM SCAMNORUM ORDINEM, ALTERUM *Thorkell Trefill cum ſponſo eorumqve convivis*, SPONSA VERO CUM FOEMINIS TABULATUM *occuparent*; Et adhuc explicatius *Liosvetninga Saga* (cap. 13.) de convivio Bæiſäenſi: " Gudmundr ſat í *öndvegi*, enn Þorir Helgaſon *gagnvart* „ hanum, enn *konur* ſáto á *palli*; *brudr ſat á midiann pall*, ok Þorlaug á adra „ hönd, enn Geirlaug á adra". i. e. IN SUMMA (ſcamni ſcilicet honoratioris) SEDE *Gudmundus*, EIQVE ADVERSUS (in altera) *Thorer Helgii filius*, FOEMINÆ *vero* IN TABULATO, & MEDIO *qvidem* SPONSA, *cujus unum latus Thorlauga*, *alterum Geirlauga clauſerunt*, *conſidebant*; unde præterea patet, mediam hujus tabulati ſedem, in eo ſupremam, reliqvas vero ab utroqve latere eo honoratiores,

res,

Digitized by Google

res, habitas, esse, qvo huic propiores erant; qvæ omnia *Niális Vita*, Gunnaris cum Hallgerda nuptias (cap. 34. p. 50.), & convivium Bergthorshvolense (c. 35. p. 52.) describens, non tantum plene confirmat, sed & loco ultimo conceptis verbis docet, sedem angulo talis tabulati proximam, infimam in eo fuisse, unde foemina, cui ibi sedendum esset, per contemptum *bornkona* v. *bornreka*, qvasi *in angulum rejecta*, ab Hallgerda appellata narratur. Ipsum autem tabulatum ad interiora coenaculi, & qvidem per transversum, collocari consvevisse *Laxdæla-Saga* indicat, *Gudrunam* Osvifi filiam, in convivio nuptiali, *cum aliis mulieribus ad interiora, in tabulato transverso sedisse* referens, (" Gudrun sat innar á þverpalli, ok konur hiá henni "); qvod non tantum *Kialnesinga-Saga* (ed. Isl. cap. 14. pag. 23.) *foeminas* apud Dofrium *in tabulato per transversam ædem sedisse*, *eamqve*, *qvæ media sedebat*, *aspectu præstantissimam fuisse*, narrans; sed etiam *Þordar-Saga Hredu* (ed. Isl. p. 78.), qvæ similem convivii nuptialis ordinem memorans, tabulatum hocce etiam *þverpall* vocat, & deniqve *Grettis-Saga* (ed. Isl. cap. 67. p. 140.), qvæ id in hypocausto Sandhaugensi ad *intimum parietem* (vid gaflinn) collocatum fuisse, (atqve eatenus Svecico *gafwellbänk* respondisse), docet, & in eo *Niális Vitam* (cap. 137. p. 220.), de tabulato in coenaculo Tungensi, consentientem habet, plene confirmant. Hic vero antiqvus coenaculorum ordo tempore Olai Qvieti Norvegiæ Regis, qvi teste *Snorrone* (ed. Svec. T. II. p. 188.) solium regale, eoqve ipso sedem omnium supremam, a scamno laterali, ad tabulatum hoc transversum, reliqvis scamnis magis elevatum, foribusqve coenaculi exterioribus oppositum, transtulit, haud parum mutatus est, de qvo hic disserendi nulla est occasio, interim conf. *Dolmeri* not. in Jus aulicum Norvegiæ p. 117. De interno autem coenaculorum antiqviorum apparatu, ulterioris illustrationis ergo, addere juvat, parietes eorum interdum (ut coenaculi Hiardarholtensis apud *Bartbolinum* Ant. Dan. pag. 150.) sculpturis, interdum vero clypeis pretiosissimis circumqvaqve suspensis, ornatos fuisse, idqve, utpote simplicissimum, antiqvissimis temporibus maxime usu venisse, præter ipsum naturæ ordinem, *Gotbrici & Rolfi Vita* (ed. Sv. cap. 9. p. 46. 47.), coenaculum Nerii Comitis talibus clypeis exornatum repræsentans, innuere videtur. Sæpissime tamen parietes coenaculorum exornari solebant aulæis varii coloris, qvæ veteres historias vel intextas vel acu pictas interdum exhibuerunt, eo inprimis modo aptatis, ut convivio vel conventu qvodam solenni instante suspendi, hoc vero finito, iterum tolli possent, qvomodo *Sturlæus* (ed. Sv. T. I. p. 403.) Astam, Olaum filium ab exteris reducem excepturam, aulæa coenaculi suspendi curasse memorat; imo in Regum, principum, Comitum, aliorumqve maximæ dignitatis & opulentiæ virorum coenaculis ipsa etiam scamna non tantum similibus aulæis ornatus caussa vestiri vel tegi solebant; sed & virorum principalium, Regum inprimis & Comitum, sedes pulvinaribus insuper ornari, & supra cæteras elevari, consvevisse, *Nials-Saga* (cap. 117. p. 175-76.) & alii veterum indicant, unde & tales

A. C. 1011

Digitized by Google

A. C. 1011 ok ſat *Helga* hin fagra (a) hiá brudi; (b) þau renduz opt augum til *Helga* ok *Gunnlaugr*, ok (c) kvam at því ſem mælt er: at *eigi leyna auguef ann kona manni.* *Gunnlaugr* var þá vel buinn, ok hafdi klædin þau hin godu, er *Sigtriggr* Konungr gaf hanum, ok þótti hann þá mikit afbragd annarra manna fyrir margs ſaker, bædi (d) afls ok vaxtar ok vænleiks. Lítil var gledi manna (e) í bodinu. Ok þann dag er menn varo í brottbuningi, þá brugdo konur gaungu ſinni, ok bioggozt til heimferdar. *Gunnlaugr* geck þá til *Helgu* ok (f) tauluduz leingi vid. Ok þá qvad *Gunnlaugr* víſu:

(94) *Ormztwngu* (g) verdr eingi
Allr dagr (h) und ſal fialla.

(i) Hægr

(a) C. S. næſt brudinni *ſponſæ proxima.* (b) *C. S.* ok rendi opt augum til Gunnlaugs & *oculos ſæpius in Gunnlaugum conjecit.* (c) *id.* kemr þar. (d) *al.* fyrir afls ſaker ok vænl. ok vaxtar *ob robur, formam* &c. (e) C. S. at. (f) *id.* töludu. (g) *chart.* var C. S. vard *fuit.* (h) *Eædem* vid.

---

tales ſedes *báſæti*, qvaſi *ſedes altas* vel *eminentiores* dixeris, vulgo appellabantur. Cætera ſedes ſuprema, *andvegi* vel *báſæti*, a reliqvis haud raro diſtincta fuit, non tantum tabulato, qvod eam ab utroqve latere claudebat, & cui, ut illi Thorkelis Hakii in *Nials-Saga* (cap. 120. p. 184.) facta qvædam memorabilia vel inſculpta vel appicta erant; ſed etiam columnis, qvæ veteribus vulgo *andvegis-ſulur* ſ. *poſtes ſedis ſupremæ*, audiunt, qvorumqve in Libro originum Islandiæ crebra inprimis mentio occurrit. Deniqve etiam præter prædictos & conſvetos ſcamnorum ordines, ſubſellia vel ſcabella humiliora, vulgo *forſæti* vel *ſcarir*, inprimis ubi major, qvam ſcamna capere poſſent, convivarum multitudo aderat, illis apponi ſolebant, qvalia Asgrimum, cum Floſium cum ſuis advenire conſpiceret, inferri in coenaculum juſſiſſe *Nials-Saga* (cap. 137. p. 220.) narrat. Pavimentum coenaculorum, ubi ignes accenſi non erant, palea ſtratum fuiſſe multi veterum teſtantur; & præter menſam majorem, cui cibaria imponebantur, aliam minorem, cui potulenta & vaſa ad ea pertinentia

Digitized by Google

comitibus; Tabulatum foeminæ occuparunt, & Helga *qvidem pulchra sponsæ assidebat.* Gunnlaugus *&* Helga *reciproco oculorum jactu se invicem sæpius petebant, eoqve facile apparuit qvod est in proverbio:* Haud celant oculi, si foemina virum amet. Gunnlaugus *etiam tum exqvisite ornatus erat, vestes qvippe pretiosas, qvas* Sigtriggus *Rex ei dederat, indutus, multasqve ob causas, inprimis tamen robore, statura, & forma aliis plurimum præstare censebatur. Exigua in convivio lætitia erat. Die vero qvo abire constituerant, foeminæ etiam in diversa secedentes, domum redire parant. Tum* Gunnlaugus *ad* Helgam *accessit, & cum ea diu collocutus, hoc tandem addidit carmen:* A. C. 1011

Lacunar aureum nostrorum montium
Nullos ostendit candidos Ormstungæ *soles,*

Ex

---

pertinentia inerant, *Sturlæus* loco nuperrima citato, interdum instrui consveviſſe docet. Scamna ipsa satis lata erant, ita ut gladios & parmas, si opus videretur, in eis ad tergum reponere convivæ possent; interdum vero arma vel ad parietes reposuerunt, vel in his suspenderunt; sæpissime tamen, ubi nullus periculi metus adfuit, domesticis heri tradiderunt alibi cupodienda.

(94) Ordo verborum in priori carminis parte hic est: "Engi dagr verdr Ormstungu allr hægr und fialla sal, sizt Helga hin fagra red nafni kvanar Hrafns". i. e. *Nullus dies fit Ormstungæ totus facilis sub concameratione montium* (i. e. coelo), *ex qvo Helga illa pulchra potita est nomine uxoris Hrafnis.* Nonnemo tamen hanc interpretari maluit hoc modo: *nullus dies Ormstungæ &c. facilis* [qvia] *Helga illa pulchra Rafnis uxoris nomen in sua potestate minime (i. e. non) habuit,* qvippe ad matrimonium cum eo ineundem tantum non coacta; sed nostro judicio, parum feliciter.

Posterioris partis hic est ordo: "Hinn hviti hiörþeys haulldr, fadir meyar, sá litt vid minni tungu; eyr ung var gefin til aura". i. e. *Candidus* (formosus) *ille auram gladiorum s. pugnam sustinens* (i. e. bellator), *pater virginis, parum cavit lingvam meam; foemina juvencula nuptum data est ob pecunias* (lucri causa). Hæc vero, Parenthesi excepta, ita etiam intelligi possunt, ut verbum *sá* duas sententias sustineat, hunc in modum: "litt sá fadir meyar hiörsþey [ne] vid minni tungu". i. e. *parum prævidit pater virginis pugnam (contentionem* de matrimonio filiæ orituram),

aut.

Digitized by Google

A. C. 1011

(i) Hægr ſizt *Helga* hin fagra
Hrafns (k) kvanar red nafni.
Lítt ſá (l) haulldr hinn hvíti
Hiör-þeys (m) fadir meyar
[Gefin var Eyr til aura
Ung] vid minni tungu.

Ok enn qvad hann:

(95) Væn á ek verſt at launa
Víngefn fedur þínum
(Folld nemr flaum af ſkálldi
Flódhyrs) ok ſva módur;
(n) Er gerdu bil borda
Bædi ſer (o) und klædum
(p) (Her hafi holldz of dyra
Hagvirki) ſva fagra.

Ok þá gaf *Gunnlaugr* henni Skyckiuna Adalrads-naut, ok var þat (q) hin meſta gerſimi; hon þackadi hanum

(i) *Eæd.* hagr slítr *v.* ſitr. (k) *Eæd.* kvarnar ræd, *qvod, ut obſcenum, non placet.* (l) *Eæd.* heidr hin hvita. (m) *al.* hiör-leiks, hiörsþey. (n) *C. S.* þviat giördu. (o) *cb.* ſenn *ſimul.* (p) *Eæd.* hver hafi haulldz ok ſvarra hagvirki? *Qvis babeat viri & mulieris dædalæum opus.* (q) *C. S.* gerſimi ſem meſt.

aut lingvam meam cavit: qvæ conſtruendi ratio, in qva particula *ne* (i. e. nec, aut) neceſſario ſupplenda eſt, ut ſenſus ſibi conſtare poſſit, non multum ſe commendat. Varias lectiones *bagr ſlítur* v. *ſitr* it. *beidr bin bvita*, omittere noluimus, qvamvis non videamus, qvomodo cum reliqvis conjungi poſſint.

(95) Prioris partis hic eſt ordo: "Væn víngefn! fedur þinum ok ſva modur á ek verſt at launa; folld flodhyrs nemr flaum af ſkálldi". i. e. *Formoſa vini proma* (i. e. puella)! *patri tuo perinde ac matri peſſimum rependere babeo; Terra ignis aqvarum* ſ. auri (i. e. foemina auro ornata) *adimit poëtæ* (i. e. mihi) *alacritatem.*

Poſterioris

Digitized by Google

Ex qvo regina formoſarum Helga *in manus* A. C. 1011
Convenit, & nomen aſſumſit, Hrafnis.
Pugnæ in procellis albicans, avarus Parens
Tenellæ virginis, & vixdum nubilis,
Qvo ſordidum, ſinente, coëmta ob lucrum eſt
Securus noſtræ ſpicula non cavit lingvæ.

Et porro aliud:

Dignas pro meritis male me grates patri
Venuſta virgo (totum qvæ vatis tui
Vigorem vividum excutis ingenio)
Referre par eſt, nec minus matri tuæ.
Qvi te mutuo ludo, conſciis ſub ſtragulis
Opus expoliverunt tam concinnum. Interim
Habeto integumentum nitidæ cutis
Varie pictum acus artificio phrygiæ.

Simulqve ei tunicam ab Ethelredo *Rege acceptam, qvæ res erat maximi pretii, dono dedit; magnasqve ab ea tanto pro munere*

Poſterioris partis hic eſt ordo: " er bædi ſer und klædum gerdu bil borda ſva fagra. Her hafi holldz of dyra hagvirki ". i. e. *Qvod ambo ſeorſum ſub ſtratis fecerunt nympham fimbriarum* (i. e. foeminam) *tam venuſtam; Hic habeat cute nitidiſſima rem artificioſam.* Hæc vero alio etiam & qvidem hoc modo conſtrui poſſunt: " er gerdu bil borda &c. ſva fagra hagvirki ". i. e. *Qvod fecerunt puellam* &c. *artificium tam elegans;* ita Parentheſis erit: " hver hafi holldz of dyra "? *qvis habeat nitidiſſima cute conſpicuam (formoſiſſimam)?* omnibus tamen accurate penſitatis, & nobis & *Dno Pauli* aptius viſum eſt, ultima vocabula: *ſva fagra,* non ad tunicam, ſed ad puellam referre, & contra τὸ *hagvirki,* non de puella, ſed de tunica intelligere. Qvidam legunt: " Her hafi haulldz of dyra hagvirki ". i. e. *hic habeat* (puella) *Viri pretioſum Cimelium* (tunicam); qvæ lectio non qvidem omnino reproba videtur, nam tunica, licet ab initio regium eſſet donarium, in Gunnlaugi poſſeſſionem tunc tranſierat, unde ſe ipſum, ut poſſeſſorem, *viri* appellatione haud inepte denotare potuit; rectior tamen videtur lectio *holldz,* qvam ideo retinuimus.

Digitized by Google

A. C. 1011 um vel giöfina. Sidan geck *Gunnlaugr* wt, ok varo þá komner heſtar margir (r) í tunit. *Gunnlaugr* hlióp á bak (s) einhverjum heſti, ok reid (t) akafliga um twnit, ok þángat, er *Rafn* ſtód fyrir, (u) ſva at hann vard at hopa undan. Hvi hopar þw *Rafn*, ſeger hann? fyrir því at enga ógn byd ek þer at ſinni, enn þw veitzt til hverz þu hefer (x) giört. *Rafn* qvad þá víſu:

(96) Samira ockr um eina
(y) Vll (z) beinflugu fullo
(a) (Fægir (b) fólſka Ságu)
Fangs í brygd at ganga.
Miök ero margar ſlíkar
Mordrunnr fyrir haf ſunnan
(c) (Yti ek ſævar (d) fótu)
(e) Sannprvdr konur ſnwdar.

Gunnlaugr mælti: vera má (f) at ſva ſe, at margar ſe ſlíkar, enn eigi þycker mer ſva. Þá hlupo þeir *Illugi* ok *Þorſteinn* at, ok villdu eigi at þeir ættizt vid. *Gunnlaugr* qvad þá víſu:

(97) Gefin

(r) *al.* födladir *ſtrati, vel* allvænlegir *ſpectabiles*, *C. S.* komin roſs ok heſtar ſaudladir, ok marger allvænleger, oc bundner heima a hladinu i. e. *equi ſtrati, inter qvos multi ſpectabiles, in area villæ, revincti erant.* (s) *al.* einum. (t) *C. S. & al.* á ſkeid eptir tuninu *eodem ſenſu.* (u) C. S. ok vard Hrafn at opa. G. mællti, ecki er at opa undan *non eſt qvod cedas.* (x) *id. & al.* unnit. (y) *rectius forte* ullr. (z) *C. Svec.* beimloga. (a) *Cod. Svec.* fræger *celebrat.* (b) *al.* föllka. (c) *rectius forte:* ytir. (d) *al.* ſetu *Cod. Sv.* Sóta. (e) *Cod. Svec.* Sannfródr & gódar. (f) *C. S.* ſeger hann at margar ſe, enn.

(96) Prioris partis hic eſt ordo: « beinflugu ullr! ockr ſamira at gánga í fangs brygd um

munere gratias reportavit. Post Gunnlaugus *egreditur, cumque equi bene multi in agro villæ subjecto jam adessent, in unum eorum insiliens vehementi adeo cursu partem agri, in qva* Rafn *forte stetit, petiit, ut hic cedere cogeretur; Eoqve facto, cur, inqvit,* Rafn, *cedis? Nihil enim tibi hac vice a me periculi est, nosti vero qvid meruisti. Ad qvæ* Rafn *seqvens reposuit Carmen:* A. C. 1011

Dedecet, telorum fortis jaculator, viros,
Qvales nos ambo sumus, ob juvenculam
(Qvam perdite amare est insipientium)
Ruere in duellum, qvasi sit hæc unica.
Australes multo plures cum similes alant
Vir tuo clare merito! oceani limites.
Qvin eqvum pelagi meo scandis periculo
Præstantiores inventurus viragines.

Gunnlaugus *respondit: Fieri forte poterit, multas tales esse, mihi vero ita non videtur. Mox autem* Illugius & Thorsteinn *intercurrunt, eos enim secum committi noluerunt. Tum vero* Gunnlaugus *hoc edidit carmen:*

Mer-

---

um eina fullu; fólska fægir Ságu". i. e. *Voluntium in ossa telorum moderator* (i. e. Vir militaris)! *nos non decet descendere in conflictum ob unam Fullam* (i. e. foeminam); *stultitia* (amoris incontinentia) *nympham commendas;* qvam explicationem qvamvis ad verum proxime accedere minime dubitemus, aliam tamen reticere noluimus, qvam nonnemo hoc modo formavit: "Beinflugu fægir! ockr ull samira at gánga í fángs brygd um eina Fölska Ságu fullu". i. e. *Politor armorum* (vir) *nos* (me & virum) *non decet decertare de unica foemina;* qvid vero pretii huic statuendum sit, penes lectores esto.

Ex posteriori parte hæc emergit orationis series: "Sannprvdr mordrunnr, fyrir sunnan haf eru miök margar slíkar snudar konur; ek yti sævar sotu *vel* sota". i. e. *Vere ornate bellator, a meridie oceani valde multæ sunt tales strenuæ mulieres, ego eqvam* (eqvum) *maris pice obductam* (i. e. navim) *in altum propello.*

Digitized by Google

A. C. 1011

(97) Gefin var Eyr til aura
Ormsdags hin (g) litfagra
(Þann (h) qveda menn ne minna
(i) Minn jafnöka) *Hrafni.*
Allra yztr medan austan
(k) Alldrádr farar dvalldi;
[Þvi er (l) mentyrer minni
(m) Málsgerda] á bust ála.

Eptir þetta ridu hvarirtveggiu heim, ok var allt (n) tidendalaust um vetrinn, ok nytti *Rafn* (o) sidan ecki af samvistum vid *Helgu*, er þau *Gunnlaugr* höfdo fundizt. Ok um sumarit ridu menn (p) fiölmennt til þíngs, *Illugi svarti* ok synir hans medr hanum, *Gunnlaugr* ok *Hermundr*. *Þorsteinn Egilsson* ok *Kollsveinn* son hans, *Aunundr* frá *Mosfelli* ok synir hans allir, ok *Svertingr Hafurbiarnarson*. *Skapti* hafdi þá enn (q) lögsögn. Ok einn dag á þínginu, er menn gengo fiölmenner til lögbergis, ok þar var (r) lokit at mæla lögskilum, þá qvaddi *Gunnlaugr* ser hliódz, ok

(g) *al.* til fagra *admodum formosa.* (h) *al.* ræda minn. (i) *al.* menn &c. mann. (k) *al.* Adalrádr för *Ethelredus.* (l) *al.* mentyri *C. S.* menreyrer. (m) *iidem* málsgerda á list ala. *C. S.* málsgrádr í gny stála. (n) C. S. kyrt ok *omnia qvieta v. pacata erant.* (o) *al.* ecki þadan af ástum *amorum.* (p) C. S. fiölmenner. (q) *id.* lögsögu. (r) *id.* lykt.

(97) Ordo verborum in priori parte: "hin litfagra ormsdags Eyr var gefin Hrafni til aura; þann qveda menn minn jafnöka, ne minna". i. e. *Colore pulcra* (i. e. formosa) *lucis serpentinæ* (s. auri) *nympha* (i. e. foemina) *nuptum data est Hrafni ob pecunias; hunc homines prædicant mihi parem, nec minorem.*

Ordo partis posterioris: "medan allra yztr alldrádr dvalldi austan farar á bust ála; þvi er mentyrer minni málsgerda". i. e. *dum omnium supremus populi modera-*

tor

Mercede pacta nubit foemina A. C. 1011
Ipso pulcrior auro, Hrafni,
Qvem fama, laudum minime parca scilicet,
Me non inferiorem prædicat.
Dum summus Imperator recursum negat
Ab oriente, & vetat emergentia
Ex ponto radere angvillarum capita
Hinc eloqvens olim lingva fere obmutuit.

Post utriqve domum equitant, nihilqve inter eos per hiemem novi, nisi qvod Rafn, *ex qvo* Helga *cum* Gunnlaugo *collocuta erat, nullum ejus consvetudinis perciperet fructum. Seqventi vero æstate freqventes comitia petunt*; Illugius Niger *cum filiis* Gunnlaugo & Hermundo, Thorsteinn Egillis & Kollsveinn *filius ejus*, Aunundus *de* Mosfellia *cum omnibus filiis suis, deniqve &* Svertingus Hafur-Biornis *filius. Legiferi munus* Skaptius *adhuc tenuit. Die qvodam Comitiorum, qvo ad rupem juris dicundi freqventes ibant, ut negotia forensia ibi peracta erant*, Gunnlaugus, *facta dicendi potestate, proclamat:*

T 3

---

tor (i. e. Rex) *retardavit iter* (meum) *ex oriente per fastigium angvillarum* (i. e. mare). *Ideo vir minoris est loqvacitatis.* Secuti autem hic sumus lectionem plurimis Msstis probatam, qvia sensum promit, qvantum qvidem videmus, maxime concinnum, & cum serie præcedentis narrationis optime cohærentem. *Dnus Pauli* emendat: "Þvi er mentyri minni málsgerd á bust ála". i. e. *Ideo viro minor est causæ successus* (sermocinatio, loqvacitas) *in fastigio angvillarum* (*dum in pelago versatur*): Ingeniose qvidem; vix tamen, nostro judicio, sine omni dubio, præsertim cum Gunnlaugus tunc temporis, non in navigatione, sed in Islandia, constitutus fuerit. *Alii* legunt: "Þvi er mentyri minni malsgerda á list ala q. d. á Því er mentyri minni list [at] ala málsgerda". i. e. *de eo sæpe v. multa loqvi minor v. nulla viro i. e. mihi voluptas*: qvam Lectionem *Dnus Pauli* non qvidem prorsus rejiciendam censet, cum satis familiaris nostratibus sit loqvendi formula: "at ala máls á einhverio". i. e. *de re aliqva repetitis vicibus loqvi.* Justo tamen durior videtur, qvæ hinc emergit, orationis compages.

Digitized by Google

A. C. 1011 ok mælti ſva: Er *Hrafn Aunundarſon* her? hann qvedz þar vera. *Gunnlaugr* mælti þá: þat veitztu at þu hefver feingit heitkonu minnar, ok (s) dregit til fiandſkapar vid mik; Nú fyrir þat vil ek bióda þer hólmgaungu her á þinginu á þriggia nátta freſti í Auxarár-holmi. *Hrafn* ſvarar. Þetta er vel bodit, ſem van var at þer, ok em ek þeſs al-buinn þegar þu villt. Þetta þótti illt frændom hvarstveggia þeirra; *enn* (t) *þat varo laug i þann tíma, at bióda hólmgaungu, ſá er* (u) *varhluta þottizt vordit hafa fyrir audrum* (98). Ok er þriár nætur varo lidnar bioggozt þeir til holmgongu, ok fylgdi *Illugi Svarti* ſyni ſinum til hólmſins med miklu fiölmenni; enn *Skapti* lögſögumadr fylgdi *Rafni*, ok fader hans, ok (x) adrir frændur hans. Enn er *Gunnlaugr* geck wt (y) í hólminn qvad hann víſu þeſſa:

(99) Nw em ek wt á (z) Eyri
Allvángs buinn gánga

(Happs

(s) *id.* dregz. (t) *id.* þó var þat *lex tamen.* (u) *id.* vanhluta þottiz verda. (x) *al.* allir *omnesqve.* (y) C. S. á. (z) *al.* Eyrum *male.*

---

(98) Qvemadmodum bellum ad naturales lites finiendi modos pertinere conſtat, ita duella, ut autor hic perhibet, apud veteres Islandos hunc in finem uſu fori recepta fuiſſe, ſatis probavit *Joh. Arnæus* Indledning til den Islandſke Rættergang cap. 7, inprimis §. 73, ubi præcipuæ duellorum leges ipſis veterum Scriptorum verbis exhibentur, qvæ non tantum omnia hic de eis narrata plene illuſtrant, ſed & Gunnlaugi cum Rafne duellum, qvod hic deſcribitur, qvam exactisſime ad legum normam compoſitum fuiſſe monſtrant; Hoc autem interdum ſecus eveniſſe Egillis Skallagrimi filii cum Lioto & Atlio duella, ibidem not. 116. memorata, indicare videntur; idqve non mirum; etenim haud raro non tam lex, qvam ipſa partium litigantium ſævitia, modum pugnæ ſtatuere ſolebat. De ſimili duellorum in judiciis Norvegiæ ethnicæ uſu conf. *Schönings* Norges Riges Hiſtorie, inprimis. T. II. pag. 320-25.

Digitized by Google

mat: An Rafn Aunundi *filius hic adeſt? Is ſe adeſſe reſpondit. Tumqve porro* Gunnlaugus: *Scis te pactam mihi virginem uxorem duxiſſe, eoqve inimicitias mihi molitum eſſe; Jam ergo tibi hic in Comitiis, & qvidem in inſula* Oxaräenſi, *triduo elapſo, ſingulare mecum certamen offeram.* Rafn *reſpondit. Optata hæc conditio, qvalis a te exſpectanda erat, unde ad accipiendam paratisſimus ſum, qvandocunqve tibi placuerit. Male qvidem hoc cognatos utriusqve habuit;* Lex vero eo tempore erat, ut ſingulare certamen offerret qvi injuria ab altero affectus ſibi videretur. *Itaqve, ut triduum elapſum erat, ad ſingulare certamen ſe inſtruunt, &* Illugius *qvidem* Niger, *cum magna hominum multitudine, filium ſuum ad locum certaminis comitabatur;* Rafnem *vero* Skaptius *legifer, nec non pater ejus aliiqve cognati. Ut autem* Gunnlaugus *in inſulam certamini deſtinatam exiit, hoc protulit carmen:* A. C. 1011

Salve contigua foro inſula!
Tuam paratus occupare arenam

Deſcen-

---

(99) Ordo partis prioris: Mú em ek buinn gánga ut á allvangs eyri ger med lyctum hiörvi; Gud unni greppi happs". i. e. *Jam ego paratus ſum egredi in inſulam areæ Comitiorum univerſalium, inſtructus flammeo gladio; Deus det Poëtæ fortunam.*

Ordo partis poſterioris: "Ek ſkal kliufa í tenn locka hnack Helgu liufſvelgs; loks vinn ek, med liofum mæki, haus laufann fra bol". i. e. *Ego findam dentium tenus cincinnorum ſedem* (i. e. caput) *Helgæ amorum beluonis, tandemqve mihi lucente gladio caput a trunco ſejungere continget.* Hæc tamen Strophæ pars, ſecundum adjectas aliorum Mſtorum Lectiones, hoc etiam modo in ordinem redigi & explicari poteſt: "Ek ſkal med liofum mæki kliufa liufſvelgt í tenn (tvau v. gerum) Helgu locka-haus-vini hnack loks laufann frá bol". i. e. *Ego lucente gladio findam libenter [bifariam v. prorſus] Helgæ bene comatæ amico* ɔ: Hrafni *caput, tandem a trunco ſejungendum.* Qvod tamen & *Dno Pauli* & nobis minus arridet. Perinde autem eſt, ſive vocabula: med liófum mæki i. e. *lucente gladio*, Parentheſi includantur, ſive non, cum ſenſus utroqve modo prodeat ſatis concinnus. Nec omnino

male

Digitized by Google

A. C. 1011

(Happs (a) unni gud greppi)
Ger med (b) lyctum hiörvi.
Hnack ſkal ek *Helgu* (c) locka
[Haus (d) vinn ek fra bol lauſana
Loks med (e) lióſum mæki]
(f) Liúſſvelgs í tenn kliufa.

Rafn ſvarar ok qvad (g) víſu:

(100) Veitat greppr hvarr greppa
(h) Gagnſæli hlytr fagna
Her er (i) benſigdum brugdit
Buin er egg í leggi.
Þá man ein ok eckia
Ung mær, þóat vid (k) ſnærunzt,

Þorna-

(a) *al.* kapps *intrepidum animum.* (b) *al.* letum *it.* tegnum, *nec non* teknum *distrićto, ſumto.* (c) *al.* þecka *gratum v. acceptum.* (d) *al.* vinc *it.* hauſvini. (e) *al.* lióſu marki *manifeſto indicio.* (f) *al.* liuſſvelgt gerum *libenter prorſus, C. S.* lyf-ſvelgs í tuau *in duas partes.* (g) *id.* þetta. (h) *al.* Gagnſælli, *al.* Gángſæli hlytr fanga, *felicem greſſum contingat nanciſci, it.* fagra *pulcram.* (i) *al.* nú er benſigdu *jam falx bellica.* (k) *al.* ek ſærunzt C. S. ſærimz *ego vulnerer.*

---

male admittitur, loco hujus lectionis, altera: med lióſu marki, qvaſi dixerit Poëta, ſe, manifeſto indicio qvod cranium diffidiſſet, caput tandem a trunco plene ſejuncturum eſſe. Sed *þecka*, qvod qvidam pro *Locka* ſubſtituunt, cum infenſo Helgæ in Hrafnem animo, poſtqvam ſe ab eo deceptam eſſe ſenſit, conſiſtere neqvit; qvod cum Gunnlaugus ſatis compertum haberet, caput Rafnis Helgæ charum, vel jucundum, vocaſſe cenſendus non eſt.

(100) Ordo partis prioris: „greppr veitat, hvarr greppa hlytr fagna gagnsæli, Her er brugdit benſigdum, egg er buin í leggi. i. e. *Poëta neſcit, utri poëtarum contingat commodo gaudere; hic diſtrićta ſunt vulnerum falces* (i. e. gladii), *acies parata eſt in oſſa.* Ad qvæ tantum notandum, lectionem *gagnſælli hlytr fagna*, qvam nonnulli

Digitized by Google

Descendo, qvod felix sit, faustumqve, precor, A. C. 1011.
Vati, Vatisqve flammas vibranti gladio.
Detur heluonis, qvi delicias Helgæ
Insatiatus devorat, cincinnatum caput
Ad morsicantes usqve dentes findere,
Dein vi ensis lucidi a trunco sejungere longè.

Rafn *alio carmine respondit:*

Nescit mens, qvamvis præsaga, poëtæ
Poëtarum utri prospera cedant fata.
Districtus gladius dabit exitum
Falx in sangvineam exacuta messem.
At compta puella, dum plorat cruentum
Seu pacta sponsum, seu maritum vidua,

Admi-

---

nulli habent, verti posse: *fortunata*, vel *fortunam afferente contingat gaudere*, atqve ita ad Helgam ipsam referri, qvemadmodum Gunnlaugus, in Stropha proxime præcedenti, felicitatis loco prædicat, si ea potiri possit, ideoqve divinum ad id auxilium sibi apprecatus est.

Ordo partis posterioris: "Þí man þornaspaung ein ung mær ok eckia fregna at þingi þegns hugrecki, þó at vid snærunzt". i. e. *Ideo lamella spinarum* (i. e. mulier spinas vel acum tractans), *simul juvencula virgo & vidua, in conventu audiet animositatem viri, qvamvis pugnemus.* Ubi non qvidem negamus *Jò ung mær* tanqvam epexegeticum, & *þornaspaung*, tanqvam pleonasticum, de una eademqve (*Eckia*) dici & intelligi posse; aptius tamen visum est, vocem *þorna-spaung* tanqvam generalem mulieris appellationem, qvalis re vera est, assumere, reliqvas vero de duplici hujus mulieris statu intelligere, qvatenus, si maritum Hrafnem amisisset, vidua simul, & foemina juvencula, fuisset. Ita Epexegesis omnis & Pleonasmus, qvantum qvidem videmus, vitantur; nec necessarium erit pro *ok* substituere *ock'*, qvasi per Aphæresin, pro *ockar* genit. Dualis Pron. 1. Personæ, ut sensus esset: *una nostrum duorum vidua;* proprie enim solius Hrafnis, cui nuptum data, non Gunnlaugi, cui tantum pacta fuerat, vidua facta fuisset, si Hrafn in singulari hocce certamine occubuisset.

Digitized by Google

A. C. 1011

Þorna-ſpaung (l) at þíngi
Þegns hugrecki (m) fregna.

Hermundr hellt ſkilldi fyrir *Gunnlaug* brodur ſinn, enn *Svertingr Hafr-biarnarſon* fyrir *Rafn;* þrim maurkom ſilfrs ſkylldi [ſá] leyſa ſik af hólmi [er ſár yrdi]. *Rafn* átti (n) fyrri at hauggva, er á hann var ſkorat. (o) Hann hió í Skiölld *Gunnlaugs* ofanverdan, ok braſt þegar í ſundr Sverdit undir hiölltonom, [er til var höggvit (p) med miklu afli; blódrefillinn hraut upp af Skylldinum], ok kom á kinn *Gunnlaugs*, ok ſköyndiz hann helldr enn ecki. Þá hlupo (q) frændur þeirra þegar ímillum, ok margir adrir menn. Þá mællti *Gunnlaugr:* Nú kalla ek at *Rafn* ſe ſigradr, er hann er ſlippr; enn ek kalla at þú ſer ſigradr, ſeger *Rafn*, er þw ert ſár vordinn. *Gunnlaugr* var þá allæfr ok reidr miök, ok qvad þá ecki reynt (r) hafa. *Illugi* fadir hans qvad þá ecki ſkylldu meir reyna at ſinni. *Gunnlaugr* ſvarar: þat munda ek vilia, fader minn! at vid *Rafn* mættimz ſva (s) í annat ſinn, at (t) þú værir fiarri at ſkilia ockur; ok vid þetta ſkildo þeir at ſinni, ok gengo menn heim til búda ſinna. Ok annann dag eptir í lögrettu var þat í lög ſett, *at af* (u) *ſkylldi taka hólmgongor allar* (x) *her á Islandi* (101), ok var þat (y) rád allra hinna

(l) *al.* á, af *ex.* (m) *al.* fagna *fortitudine lætabitur.* (n) *id.* fyrr. *prius.* (o) C. S. ok hió hann. (p) *id.* af. (q) *id.* fedur *patres.* (r) *al.* vera & *certamen nondum commiſſum eſſe.* (s) C. S. ödru ſinni. (t) *al.* fedur ockar væru *patres noſtri procul abeſſent.* (u) *al.* ſkylldu takaz. (x) *C. S.* þadan fra *abinde.* (y) *id.* gört at radi *factum eſt conſilio.*

---

(101) Chronologia, qvam autor noſter hoc loco ſupponit, licet haud immerito S. V. *Finno*

Digitized by Google

Admirans audiet facta pugnantum fortia A. C. 1011
Qvorum increbrescet rumor per Comitia.

Hermundus Gunnlaugi *fratris sui scutum tenuit*, Rafnis *vero* Svertingus Hafur-Biornis *filius; Qvi vulneraretur, salutem ex arena tribus marcis redimeret.* Rafn, *utpote provocatus, prior ferire debuit. Is & superiorem scuti* Gunnlaugi *marginem petiit, mox vero gladius juxta capulum diffringebatur* [*cum ictus magno robore infligeretur; ast mucro a scuto repercussus*], *unam genarum* Gunnlaugi *tetigit, ut aliqvantum, leviter tamen, vulneraretur. Eoqve facto cognati eorum multiqve alii statim intercurrunt.* Gunnlaugus *vero: Jam, inqvit,* Rafnem *victum pronuncio, cum inermis sit; ego contra te,* Rafn *regerit, cum vulneratus sis. Magna tum* Gunnlaugus *exardescebat ira, eosqve fortunam certaminis nondum expertos esse contendit.* Illugius *vero pater ejus eos hac vice amplius haud experturos respondit. Ad qvæ* Gunnlaugus: *Vellem, inqvit, pater, me &* Rafnem *altera vice ita obvios fieri, ut procul abesses nos diremturus; hisqve dictis hac vice a se invicem discedunt, suaqve singuli tabernacula repetunt. Altera vero die, in Senatu, in leges relatum est,* ut omnia duella judicialia in Islandia abrogarentur, *idqve omnium, qvi tunc aderant, optimatum consilium fuit; aderant autem omnes*

U 2 *qvos*

Finno Johannæo (Hist. Eccl. Isl. T. I. p. 176.) valde perplexa visa sit; eam tamen, si omnia rite perpendantur, maxima saltem ex parte, veram repertum iri putamus. Prima hic difficultas in eo sita est, qvod vir S. V. credit: *ordalia etiam ante monomachiæ perfectam eliminationem introducta & in usu fuisse; idqve qvia Liosvetninga-Saga cap. 23. mentionem facit ordalii, sed post narrationem biennii aut triennii gestorum cap. 29. Eyolfum a Thorkele* (verius Hrolfo) *ad monomachiam provocatum fuisse dicit*, unde seqveretur, *monomachias, non*, ut autor noster h. l. tradit, *simul & semel*, anno scilicet 1011 vel 1012, plene *abolitas fuisse*, sed *successive.* Verum si

facta

Digitized by Google

A. C. 1011 facta ab autore nostro & Liosvetninga-Saga narrata & secum invicem, & cum relationibus aliorum historicorum ad eadem pertinentibus, accuratius paulo conferantur, hæc difficultas, qvantacunqve est, statim evanescit. Ut enim *Joh. Arnæus* (Islandske Rættergang pag. 165.) autorem nostrum secutus statuit, monomachias statim initio Seculi XI, & qvidem paucis post religionem Christianam in leges receptam annis, ex judiciis Islandorum eliminatas fuisse; ita ejusdem operis editor in *Monitis ad lectorem* huic præmissis (i. 2 & 3.) idem ex *Vallnaliots-Saga* ulterius adstruxit, qvatenus hæc monomachiarum, legumqve eo pertinentium, abrogationem vere factam fuisse testatur ante fatalem Hallii cum Lioto litem, cui violatio festi Michaelis, a Lioto commissa, occasionem dedit; qvod enim Liotus & Hallium, qvia singulare ei certamen obtulerat, jure occidisse, & violationem festi, sua ejus ignoratione, juste excusasse, visus est, clare satis indicat, tam qvod monomachiæ jam tum prohibitæ fuerint, qvam qvod ista Lioti cum Hallio lis, ipsaqve hæc prohibitio, ad prima Christianismi in Islandia recepti initia, cum festa sanctorum nondum introducta erant, sit referenda, inprimis cum ex *Olai Trygvini Vita* (ed. Isl. Lib. II. p. 215.) & *Kristni-Saga* (ed. Havn. pag. 44.) constet, hoc idem festum jamtum Thangbrandi tempore in Islandia innotuisse. Ita *Vallnaliots-Saga* autoris nostri, de monomachiarum in judiciis abrogatione simul & semel, & qvidem paulo post christianismum publice receptum, facta, relationem confirmat. Nec *Liosvetninga-Saga* aliud svadere potest; prima enim, cujus cap. 11. mentionem facit, monomachia, qvam in causa Vödubrandi Gudmundo Mödruvallensi adversarii deferre statuerant, nihil hic negotii facessit, utpote monomachiam Gunnlaugi cum Rafne aliqvot annis antevertens, adeoqve ad ea tempora pertinens, qvibus antiqvæ de monomachiis leges adhuc viguerunt. Secundam, qvam eidem Gudmundo a Thorere Helgii filio oblatam fuisse *Liosvetninga-Saga* (cap. 17.) retulit, celeb. *Johannæus*, pro summa sua his in rebus perspicacia, (loc. cit.) recte qvidem observavit post annum 1011, qvo monomachiæ secundum autoris nostri supputationem abrogatæ sunt, collocandam esse; Skarphedini enim cum Gudmundo altercatio in *Nials-Saga* (pag. 183.) relata, qvæ in annum 1011 incidit, satis clare innuit, Gudmundum contumeliam, qva eum Thorer Helgii filius affecerat, tunc nondum ultum fuisse; hujus vero contumeliæ vindictam de Thorere vere sumsit ea ipsa æstate, qva hæc monomachia ei oblata fuit, qvatenus causæ, de qva tum disceptabant, arbitrium nactus, Thorerem triennii relegatione multavit, qvod prius qvam biennio vel triennio post annum 1011 fieri potuisse horum factorum circumstantiæ prohibent. Hæc tamen ne minimum qvidem autori nostro officiunt, sed potius qvam maxime pro eo militant; Primo enim ejus relationem, qvatenus Gunnlaugi cum Rafne duellum ultimum ejus generis in Islandia *commissum* fuisse, significanter scribit, plura vero post id tempus *oblata* minime negat, *Liosvetninga-Saga*, duellum a Thorere *oblatum* tantum, sed non *commissum* fuisse monstrans, vere confirmat.

Deinde

Deinde ipsa provocatio a Thorere facta, qvæ in *Monitis* ante memoratis (loc. cit.) integra exhibetur, *leges de duellis judiciariis, antiqvas*, qvasi novis tunc valentibus oppositas, ipsaqve hæc *duella, antiqvata*, appellando, conceptis verbis testatur, utraqve jamtum abrogata fuisse. Deniqve & Thorer ab hac sua provocatione, si pro legitima habita fuisset, sine manifesta infamiæ nota desistere minime potuisset, qvod tamen eum sine omni honoris jactura sponte fecisse constat. Nec obstat qvod Einar, Gudmundi qvidem frater, sed tunc temporis inimicus, hanc provocationem ut *egregium & forti viro dignum facinus* (" Erende gott, enn eigi litilmannlegt *Liosvetninga-S.* c. 16. ") laudaverit, ipseqve Gudmundus, *Thorerem sibi, qvod ipse ei offerre debuerat, obtulisse* (" hann baud mer þat, er ek átti hanum at bióda *ibid.* cap. 17.) professus fuerit; tantum enim abest, ut sæpedicta provocatio his argumentis pro legitima agnosci possit, qvin ea ipsa potius indicio esse qveant, qvod omnia in hac causa, uti revera erat, ex sola partium superbia & insolentia, non vero ex legum præscripto, acta sint, inprimis tamen, qvod Gudmundus, objectam sibi a Thorere ignaviam & imbelliam ita se optime diluere posse judicaverit, si provocationem acceptando & probando omnem metum dissimularet. Tertia monomachia, Eyulfo, prædicti Gudmundi filio a Hrolfo intentata, qvam *Liosvetninga-Saga* c. 29. memorat, & in Haraldi Severi Norvegiæ Regis, qvi anno 1066 cæsus est, nec non Isleifi Skalholtensis Episcopi, qvi anno 1057 cathedram ascendit, tempora incidisse (cap. 23 & 28.) docet, multo adhuc minus autoris nostri relationem de abrogatione monomachiarum simul & semel facta infringere valet; nam 1) hæc a Hrolfo tantum decreta est, non vero commissa, imo ne qvidem palam oblata. 2) Ea ad monomachias judiciarias proprie non pertinet, sed potius ad eas, qvibus veteres, & maxime exteri, bellorum compendia facere sæpe solebant, qvatenus Hrolfus Eyulfo optionem dare statuerat, utrum solus secum confligere, an qvatuor utrinqve viris decertari mallet. 3) Deniqve Gelleris de hoc Hrolfi consilio judicium: "illa læt ek yfir þvi, er hólmgöngur takaz upp, ok er þat heidinna manna". i. e. *Pessime me habet, si monomachiæ iterum usu veniant, quippe qvi ethnicorum est:* ad oculum monstrat, eas tum dudum plene abrogatas fuisse. Cumqve ita Hrolfi de hac monomachia consilium omni juris præsidio destitutum fuerit, inde concludi neqvaqvam potest, monomachias etiam post gestationem ferri candentis legibus stabilitam, in judiciis Islandorum superfuisse, qvamvis hoc vere agitatum sit aliqvot annis postqvam gestatio ferri candentis Eyulfi auspiciis Fridgerdæ imperata est. Contra vero, cum plenissime constet, tam qvod nullum unqvam duellum judiciarium, post illud Gunnlaugi cum Rafne, in Islandia commissum sit, qvam qvod gestatio ferri candentis paucis statim post hoc commissum annis in historiis occurrat (harum enim omnium prima, qvæ Gretteri Islando ab Olao Sancto Norvegiæ Rege imperata est, secundum *Grettis-Sagam* cap. 39. p. 115. collat. cum cap. 41. pag. 117. in autumnum anni 1017 incidit), confidenter concludi

A. C. 1011.

A. C. 1011 hinna beztu manna, [er vid varo ſtadder, enn þar varo aller þeir, er vitraſter varo á landinu]. Ok þesſi hefver hólmganga ſidazt framin verit her á *Islandi*, er þeir *Gunnlaugr* ok *Rafn* baurduz; þat hefer hit þridia þing verit fiölmennaſt, annat epter brennu *Niáls* (z), ok þridia epter *Heidarvíg*. Ok (a) einn dag er þeir brædur *Hermundr*

(z) *id.* hit. (a) *C. S.* einn morginn *mane qvodam*, *al.* er morgin er kvaminn gengo þeir G. ok H. at Auxar-á, *Seqventi mane G. & Hermundus ad fluvium Oxaräenſem forte egresſi ſunt.*

---

poſſe videtur, tam qvod duella judiciaria, ut autor noſter tradit, ſimul & ſemel apud Islandos plene abrogata ſint, qvam qvod lex de geſtatione ferri candentis una earum fuerit, qvas Olai Sancti auſpiciis Islandi receperunt; inprimis cum *Liosvetninga-Saga* cap. 23. geſtationem ferri candentis Isleifi epiſcopi tempore, in Islandia, qvæ jure Eccleſiaſtico ab Olao reformato tunc utebatur, peractam, expreſſe memoraverit. Altera difficultas qvæ celeb. *Johannæum* hic offendit, in eo verſatur, *qvod autor noſter, duellorum abrogationem poſt Niali incendium & cædes Heidenſes factam fuiſſe, & tamen Gunnlaugum duobus poſt hanc abrogationem annis apud Ericum Comitem in Norvegia egiſſe, tradiderit:* qvæ utiqve fatendum eſt nec cum ipſius Gunnlaugi, anno 1013 vel 1014 mortui, ætate, nec ſecum invicem conſiſtere poſſe, ſi cædes Heidenſis, ut vulgo ſolet, ad annum 1015, & ultimus Erici ex Norvegia abitus ad an. 1012 referatur. Sed qvamvis haud levis ſuſpicio ſit, comparationem, qvæ hic exſtat, anni, qvo duella abrogata ſunt, cum annis incendii Nialiani, & cædium Heidenſium non ipſi autori noſtro, ſed Scholiaſtæ cuidam antiqvo, deberi; omnia tamen hæc, ſi penitus examinentur, conciliari poſſe, & recte ſe habere confidimus. Ex *Sturlæi*, prælium Brianicum in Hibernia, qvo Sigurdus Orcadum Comes cæſus eſt, ad annum 1004 vel 1005 referentis, calculo (ed. Sv. T. I. p. 532.), incendium Nialianum nullam hic pareret difficultatem, qvatenus id ad annum 1001 vel 1002 referendum eſſet, cum ex *Nials-Saga* certisſimum ſit, prælium Brianicum prius commiſſum non fuiſſe, qvam tribus poſt incendium annis, qvod etiam *Thorſteinis Halli Sidenſis filii Vita*, Sigurdum cum Briane eadem hieme, cum Floſius, Incendii autor, autumno proxime præcedente ad eum pervenerat, confiixiſſe referens, ulterius confirmat. Idem dicendum de *Olavii* calculo qvi (Islandſke Reyſe pag. 1034.) incendium Nialianum ad annum 1004 refert.

In

qvos regio sapientissimos habuit. Hoc ergo, qvo Gunnlaugus *cum* Rafne *pugnabat duellum ultimum in* Islandia *commissum est; forum vero unum fuit ex tribus freqventissimum, secundum post* Niális *incendium, & tertium post pugnam* Heidensem. *Post die qvadam, qva fratres* Hermundus *&* Gunnlaugus *ad amnem* Oxar-aa *lavatum forte ibant,* A. C. 1011

In his vero calculis nihil est præsidii, cum omnium historicorum tam indigenarum qvam exoticorum, & speciatim *Nials-Saga* (cap. 107. p. 166.), *omnia* inter Nialis filios eorumqve adversarios, *longo post annum* 1003 *tempore*, anteqvam Hoskuldi cædes, qvæ incendio demum occasionem dedit, commissa est, *pacata fuisse* docentis, auctoritate prorsus convellantur. Rectius omnino Annales sæpedictum incendium ad annum 1010 referunt. Sed cum ex una parte *Torfæus* (Orcad. pag. 44.) plene evicerit, prælium Brianicum nullo alio anno, qvam 1014, commissum fuisse, ex altera vero *Nials-Saga*, singulorum annorum ratione accuratissime reddita, ad oculum demonstret hoc factum esse tribus post incendium annis, vera incendii Nialiani epocha in autumnum anni 1011 incidit. Cædes Heidenses qvidam annales referunt ad annum 1013, alii, qvibus *Eyrbyggia-Saga*, cum *Fragmento Vigastyrs-Sagæ* collata, favere videtur, ad 1014, & *Grettis-Saga* ex b. A. Magnæi nec non S. V. *Johannæi* calculis ad 1015, ex nostro vero & *Torfæi* (in annotationibus Msstis de Gretteris ætate) ad 1016 (conf. ed. Isl. cap. 33. p. 106. coll. cum cap. 36. p. 113. & cap. 39. pag. 115.); sed sufficit eas, ut *Job. Olavius* (qvi cætera annum 1016 præfert) in sua de *Heidarviga-Saga* commentatione monuit, ultra annum 1018, qvam *Fragmentum Vigastyrs-Sagæ* maxime probare videtur, provehi non posse. Deniqve Ericum Comitem non, ut vulgo creditur, anno 1012, sed anno demum 1015 Norvegiam reliqvisse, ad cap. 12. autoris pluribus monstrabimus. Si jam attendatur, autorem nostrum vel ejus Scholiasten Comitia, in qvibus Gunnlaugi cum Rafne duellum commissum est, non *post* sed *ante* Comitia post incendium Nialianum & cædes Heidenses proxima, qvorum priora in annum 1012, posteriora in annum 1014, 1015, 1016 vel 1017 incidunt, collocasse, non tantum omnis difficultas evanescit, sed etiam tota hæc autoris chronologia tam exacte & sibi & reliqvis constare reperitur, ut ne qvidem conciliatione a S. V. *Johannæo* proposita indigere videatur; cum ex tota illius narratione manifestum sit, qvod Comitia duelli, duellorumqve abrogatorum, ad æstatem anni 1011 referre voluerit. Qvod vero Comitia, post *Nialis* incendium proxima, valde freqventia fuerint *Nials-Saga* (cap. 138. pag. 222.) confirmat.

Digitized by Google

A. C. 1011 *mundr* ok *Gunnlaugr* gengo til *Auxar-ár* at þvà ſer, þá gengo audrumegin at ánni konur margar, ok var þar *Helga* hin fagra í (b) flocki. Þá mællti *Hermundr* til *Gunnlaugs:* Ser þú konornar, ok *Helgu* vinkonu þína fyrir handan ána. *Gunnlaugr* ſvarar: Se ek hana viſt, ok qvad viſu þeſſa:

(102) Alin var (c) rvgr at rógi
Runnr (d) olli því gunnar
(Lág var ek auds at eiga
Odgiarn) fira börnum.
Nú er ſvan- (e) mærrar ſidan
[Svaurt augu (f) menn bauga]
Lannz til (g) læſi gunnar
Lítil þaurf at (h) líta.

Sídan

(b) *C. S. & al.* íþví lidi. (c) *al.* Rygr. (d) *al.* volli. (e) *al.* mektar, megtar, mátcar. (f) *al.* meir (mier) it. ſvida augu med (*vel* augum) bauga. (g) *al.* lindi ſvinnrar. (h) *al.* ſita.

---

(102) Prioris partis hic eſt ordo: „ Rvgr var alin fira börnum at rógi, Gunnar runnr olli þvi; ek var ódgiarn at eiga auds lág ". i. e. *Foemina nata eſt virorum filiis ad disſidium; rubus bellonæ* (Vir militaris) *id effecit; ego vero ad inſaniam usque cupidus fui cæduam divitiarum arborem* (i. e. foeminam) *posſidere* (i. e. uxorem ducere). Cætera hanc Stropham Gunnlaugo recte adſcribi *Skálda* ſ. ars Septentrionalium Poëtica, priorem ejus partem ſub Gunnlaugi nomine citans, plene confirmat.

Ordo poſterioris partis hic eſt: „ Nú er ſidan lítil þaurf at líta til lannz ſvanmærrar læſigunnar; menn bauga ſvört augu. ". i. e. *Nunc vero exinde parum neceſſe eſt reſpicere ad terram* (i. e. ripam cui tum inſiſtebat) *inſtar cygni pulchræ nitentis bellonæ* i. e. foeminæ; *nigros oculos homines inflectunt.* Sed præterea hanc Strophæ partem, variantium lectionum ope, nonnemo hoc modo explicuit: „ Nú er ſidan lítil þaurf at líta [ſita] med ſvida augu til ſvanmærrar baugalandz læſi-[lyſi-] gunnar ". i. e. *Exinde nunc vix neceſſe ad cygni inſtar pulchram foeminam reſpicere*, vel: *dolentibus oculis cygni inſtar pulchram foeminam deſiderare.* Alius hæc ita interpretatut eſt: „ Nú er ſidan

Digitized by Google

ibant, foeminæ permultæ, qvarum in Comitatu Helga *pulchra etiam fuit, in adversam amnis ripam procedentes occurrunt. Tum* Hermundus *ad* Gunnlaugum: *Videsne, inqvit, foeminas trans amnem, & in his* Helgam *illam tibi tantopere amatam?* Gunnlaugus *respondit: Certe eam video, carmenqve addidit:* A. C. 1011

Heu! nata mulier miseris mortalibus
Contentionis perpetuus fomes.
Qvem tamen incuso, nisi te, anime mi, tu, vesane, divitis
Immoderate fructus concupisti arboris.
Nec adhuc dum potis es avellere nigros
Ab hac fatali, ubi olorina specie
Ambulat superba, oculos fascinatos ripâ.
Qvos expediret aliò deflectere.

Post

---

er ſidan baugalandz læſi til lítil þörf at ſita ſvört augu ſvanmærrar men-gunnar». i. e. *Exinde nunc viro nulla necesſitas deſiderare nigros oculos foeminæ inſtar cygni pulchræ.* Sed appellatio foeminæ: *baugalandz-læſi* v. *lyſi-gunnr*, qvam prior explicatio ſupponit, vix ac ne vix qvidem peritis probabitur. In poſteriori explicatione præter ſynchyſin juſto duriorem, & ſenſum longe qvæſitum, offendunt, tam appellatio viri *baugalandz-læſir*, Poëta non admodum digna, qvam nigri oculi, qvi hiſtoria, qvæ eos ſoli Gunnlaugo tribuit, ſi non contradicente, ſaltem tacente, Helgæ adſcribuntur. Contra interpretatio qvam recepimus omnes narrationis circumſtantias accurate exprimit, & qvidem primo locum, ubi Helga tunc in conſpectum venit, deinde & nigros Gunnlaugi oculos, qvorum hac occaſione mentionem feciſſe facile credi poteſt; nec genio lingvæ repugnat, qvod de ſe ipſo imperſonaliter, vel in plurali, loqvatur. Parentheſis, ſi variantes lectiones ſeqvi placet, interpretationem admittere poteſt, a re haud alienam, triplici modo; nempe: 1) Svida augu menn bauga i. e. *flectunt homines* ſ. flecto *oculos dolentes* ad puellam. 2) Svida augu mer [meir] bauga i. e. *dolentes oculi, me licet inviso* [*magis magisqve*] *ad eam flectuntur*, & deniqve 3) Svída augu med bauga i. e. *dolent oculi rotundi;* ita: augu med bauga, ad verbum, *oculi cum circulis*, pro rotundis, eodem modo dicerentur, ac: Skridbitta med tre i. e. *laterna cum ligno*, pro lignea, dici ſolet.

X

Digitized by Google

A. C. 1011 Sídan gengo þeir yfer ána, ok (i) tauludozt þau *Helga* vid ok *Gunnlaugr* um ſtund; ok er þeir gengo (k) aptr yfir ána, ſtód *Helga* ok ſtardi lengi eptir *Gunnlaugi*; *Gunnlaugr* leit þá aptr yfer ána ok qvad víſu þeſſa:

(103) Brámáni (l) ſkein brima
Brims (m) und lioſum himni

(n) Hriſtar

(i) C. S. töludu. (k) *id.* auſtr *ad orientem.* (l) *al.* ſkamt bruna *v.* brúna. (m) *al.* af *vel.* á *ex.*

---

(103) Ordo partis prioris: "haukfránn brámáni hörvi glæſtrar lauka hriſtar ſkein bríma á mik und lioſum brims himni". i. e. *Acuta inſtar falconis ſuperciliorum luna* (i. e. oculus) *lino ornatæ alliorum nymphæ* ſ. tractatricis (i. e. foeminæ) *colluſtravit me ſplendore ex lucido ignis coelo* i. e. ſerena ex fronte. Et Qvamvis certisſimi ſimus, nec ſeriem orationis, nec explicationem, recepta aptiorem ex hac Strophæ parte facile erui poſſe, monere tamen juvat variam Lectionem: *ſkamt bruna* non omnino contemnendam eſſe, qvatenus τὸ *ſkamt* haud ſine ratione conjici poteſt, vitio librarii cujusdam, pro *ſkaut* irrepſiſſe, ita ut ſenſus fuerit: "haukfrann brámáni ſkaut á mik bruna". i. e. *Oculus inſtar falconis acutus — emiſit in me æſtum* amoris. Varians lectio: Hriſtir hiörva, ad verbum, *bellator*, admitti qvidem per ſe poteſt, ut allocutio Poëtæ ad fratrem Hermundum; Verius tamen, a ſciolo qvodam, qvi vocabula: *hriſtar hörvi* non intellexit, ſubſtituta videtur, ut ſenſus eſſet: "hriſtir hiörva! Haukfránn brámáni lauka-glæſtrar ſkein &c." i. e. *bellator! acutus oculus foeminæ illuſtravit* &c. Sed appellatio foeminæ *lauka-glæſt* q. d. allii inſtar ſplendens, ſine dubio inepta eſt. Tertia lectio: *Glæſtrar geyſi tródu Gullhauga*, ad verbum, *admodum ornatæ foeminæ* ſimili modo ex ſolis enata videtur librariorum conjecturis; nam ſi integra admittatur, ſenſum prorſus pervertit, qvatenus τὸ *lauka* cum reliqvis conjungi prohibet.

Poſterioris partis hic eſt ordo: "enn ſá geiſli menjafridar hvarmátungls ſyſlir ſídan uþurft mína ok hringa-hlinar". i. e. *Iſte autem radius ſuperciliorum lunæ* (i. e. oculi) *monilibus ornatæ nymphæ* (i. e. mulieris) *exinde & meum, & ipſius annulorum geſtatricis* (i. e. mulieris), *incommodum operatur.* Trajectio vel Synchyſis qvam in hac Strophæ parte ordinanda admiſimus, neminem ſperamus offendet harum rerum peritum; hæc enim figura, ut Latini, ita & antiqvi Septentrionis noſtri Poëtæ,

Post amnem transibant, Helgaqve & Gunnlaugus *aliqvantisper colloqvebantur; cumqve regrederentur*, Helga *diu immota hærebat, oculos in* Gunnlaugum *intendens; Is vero trans amnem respiciens sequenti carmine rem prosecutus est.* A. C. 1011

Serena qvalis luna incurvat cornua,
Tali sub fronte cultæ oculus puellæ,

X 2 *Acies*

Poëtæ, idqve non sine manifesta elegantiæ affectatione sæpius, usi sunt, & in his, Dno *Pauli* annotante, magnus ille *Thiodolfus* de Hvina in Poëmate *Haustlong* in *Skalda*, de raptu Idunæ.

Giörduz[4] allar[1] áttir[3]	*Fiebant omnes cognati*
Ingifræys[2] á[5] þingi[6]	*Ingifreyeri* (Asæ) *in conventu*
(Varo[11] helldr[12]) oc[8] hárar[7]	*Cani & senes;* unde *majorem in modum.*
(Hamliót[13] Regin[10]) gamlar[9]. i. e.	*Dii deformabantur.*

Nec non *Bragius Grandævus* in Poëmate heroico de Regnere Lodbrok, cujus pars in *Skallda* etiam superest, infelicis filiorum Gudrunæ Giukidæ in Ermanaricum expeditionis exitum describens his verbis:

Urdu[5] snemzt[6] oc[3] Sörli[2]	*Mox Sorlius,*
Samráda[7] þeir[1] Hamdir[4]	*Communi* (satellitum v. aulicorum) *consilio, & Hamderus*
Hördum[9] herdi[12]-mylum[13]	*Durissimis globulis*
Hergautz[10]-vinu[11] bardir[8]. i. e.	*Odini amicæ* s. terræ (i. e. lapidibus) *petebantur.*

Porro *Marcus legifer*, de Olavi Tryggvini Norvegiæ Regis in Lararia & idola odio *Olafs S.* ed. Skalholt. P. 2. p. 61.

Femilldr fylkir villdi	*Munificus Rex voluit*
Firna mörg ok hörga	*Mirum qvam multas Deorum imagines*
Blóthus brenna láta. i. e.	*Et delubra incendi.*

Nec deniqve tacendum, totam hanc Stropham Kormako Augmundi filio, qvi sub Haraldo Grafeldio Norvegiæ Rege floruit, in *Kormaks-Saga* tribui, cum contra Gunnlaugo hic tribui videatur. Sed re rite perpensa hæc contradictio facile evanescit; verbum enim *qvad*, qvo autor noster utitur, non solum *pangere*, sed & *canere*, & *modulari* significat; unde tantum indicare voluisse videtur, qvod Gunnlaugus Kormaki, se antiqvioris, carmen, pari in casu editum, suum hic fecerit, vel in rem suam verterit, non vero, qvod id ipse composuerit.

Digitized by Google

A. C. 1011.

(n) Hriſtar hörvi glæſtrar
(o) Hauk-fránn á mik lauka.
Enn ſá geiſli ſyſlir
Sídan (p) menia-frídar
Hvarma-tungls ok hrínga
Hlínar Uþurft mína.

Eptir þetta (q) ridu menn heim af þíngi ok var *Gunnlaugr* heima á *Gils-backa.* Ok einn morgin er hann vaknadi, varo menn allir (r) uppſtadnir, nema hann lá, ok hvyldi í lokreckiu innar af ſeti (104). Þá gengo inn XII. menn í ſkálann allir alvapnadir, ok var þar kominn *Rafn Aunundar-ſon. Gunnlaugr* ſpratt upp þegar, ok gat (s) fengit vapn ſín. Þá mælti *Rafn* vid *Gunnlaug.* Vid (t) eingu ſkal þer hætt vera; enn þat er eyrindi mitt híngat: at

(n) *al.* Hriſtir hiörva *it.* Glæſtrar geyſi tródu. (o) *al.* Gullbauga. (p) *al.* Gullhrings, gullmens. (q) *id. add.* umlidit. (r) *C. S. & al.* upprisnir *eodem ſenſu.* (s) C. S. fingit. (t) *id.* ongu.

---

(104) Ulterius hæc illuſtrat *Eyrbyggia-Saga* his verbis: "at Fródá var elldaſkáli mi„kill, ok lokreckia innar af elldaſkalanum, ſem þá var ſidr". i. e. *Erat in prædio Frodáa hypocauſtum magnum, &, ab interiori hypocauſti parte, lectus clauſus ut tum moris erat.* Suffragatur *Grettis-Saga* cap. 16, cujus verba, in editione Islandica p. 91. in compendium redacta, ex Mſtis melioris notæ, hæc ſunt: "þat var „hattr í þann tima, at elldaſkálar varo miök ſtorir, ok ſáto menn vid lángellda „at auptnom, þar varo bord ſett fyrir mönnom, ok ſidan ſváſo menn upp frá ell„dom". i. e. *Mos erat eo tempore* (vergente ſeculo decimo), *quod hypocauſta admodum ampla eſſent, ita ut viri, ad ignes ſecundum longitudinem pavimenti accenſos, veſperi ibi ſederent, poſt menſæ eis apponerentur, tandemque, in ſuperiori parte e regione ignium cubarent.* Pleniſſime tamen omnia explicat *Droplaugar-ſona-Saga* cap. 11. „Sá var ſidr vída í fyrndinni, at litt varo badſtofur, ok höfdo menn þá bakſtur „(ſetu) ellda ſtora, var þá vída gott til elldibranda, þviat öll heröd varo full af „ſkógum; þá var ok ſia huſaſkipan, at hvert hus ſtód af enda annars, enn engar „ſtofur, þá var allt eitt ſkáli ſá, er menn ſáto í at mat, ok ſvafo í, ok ſtigo menn „undir

Digitized by Google


FACIES
HYPOCAUSTI VULGARIS
IN
ISLANDIA
SEC. X.
A. Focus in medio pavimenti.
B. Scamnum ſuperius, cum ſede ſuprema C.
D. Scamnum Inferius, cum ſua ſede ſuprema. E.
F. Scabella, vulgo Forſæti
G. Lecti aperti, pone ſcamna, ad utrumque latus.
H. Scabella ante lectos
I. Lecti clauſi, intra ordines ſcamnorum.
K. Arma ad lectos ſuspenſa.
L. Fores ad latera.
M. Feneſtræ.
M
G
H. Naeſs. del.
Haas. ſc.

Digitized by Google

A. C. 1011

Acies ut aqvilæ, perniciter igneo
Conjectu totum me irradiavit.
Idem sed jubar hoc, nitidæ puellæ
Qvod jaculatur ocellus,
Amborum sidere iniqvo
Nostrum corda perurit.

His peractis domum ex comitiis proficiscuntur, & Gunnlaugus *qvidem domi* Gilsbackæ *permansit. Cumqve mane qvodam expergefactus est, omnes domestici surrexerant, is vero solus in lecto clauso intra sessibula cubabat; mox duodecim armati, qvibus* Rafn Aunundi filius *præfuit, hypocaustum subito intrant.* Gunnlaugus *statim exsiliens arma sua nactus est.* Rafn *autem his eum placide compellat: Nihil tibi periculi erit; tantum enim adsum, ut negotium, qvod mihi hic est,*

 ipse

„undir bord [þar svafo menn upp undan bordum] hver or sinu rumi, enn innar „af skálanum varo lokhvílor, ok láo þar í villdarmenn". i. e. *Antiqvitus passim erat mos, qvod hypocaustis parum uterentur, sed eorum loco magnos ignes, ad qvos calefiebant* (sedebant), *haberent; erat enim tunc temporis materia ad hos alendos facile parabilis, cum omnia territoria sylvarum plena essent. Tunc etiam hic fuit ædificiorum ordo: unum ad finem alterius positum erat, nullaqve coenacula vel cubicula dormitoria erant, ita ut idem esset triclinium, in qvo & discumbere & dormire solebant, unde [in superiori parte e regione mensarum dormiebant] qvilibet e regione lecti sui locum ad mensam occupavit, sed ab interiore triclinii parte lecti erant clausi, in qvibus viri honoratiores cubabant.* Hæc enim haud obscure indicant, qvod autor noster, Gunnlaugum *lectum clausum ad interiora sellarum* („innar af Seti") habuisse referens, eandem, vel valde similem, tricliniorum formam ob oculos habuerit; qvippe in qvibus *Seti* (qvam eandem cum *Sæti* vocem esse *Grettis-Saga* cap. 37. ed. Isl. p. 114. docet) i. e. sellas vel scamna ab utroqve latere, ita tamen, ut necessaria sedentibus ministrandi causa, circumiri possent, in longum disposita, exteriora occupasse *Eyrbyggia-Saga* insuper declarat, dum Arnkelem Thorolfo, *qvi in summa sede exanimis hæsit, justa persoluturum, hypocaustum primo intrasse, & post secundum sellarum ordinem ad interiora progressum, Thorolfum a tergo apprehendisse* („Arnkell geck nú inn í elldaskalann, ok sva inn eptir Setinu, ok á bak Þorolfi") perhibet.

Digitized by Google

A. C. at þú ſkalt nú heyra: þw (u) bauſc mer hólmgongu í
1011 Sumar á alþíngi, ok þotti þer ſu ecki reynd verda. Nú vil ek bióda þer, at vid farim bádir (x) utan í ſumar, ok gangim á hólm i *Noregi;* þar (y) munu ecki frændur ockar fyrir ſtanda. *Gunnlaugr* ſvarar: mæl þú dreingia heilaſtr; þenna koſt vil ek giarna þiggia; ok (z) er her at þiggia med oſs þann greida er þú villt (105). *Rafn* ſvarar: þat er vel bodit, enn rída manum ver fyrſt at ſinni; ok vid þetta ſkildu þeir; þetta þótti frændum hvarstveggia þeirra (a) ſtór-illa, enn (b) fengo þó ecki (c) at gert, fyrir ákafa þeirra ſialfra; enda vard þat fram at koma ſem tildró (106).

XII. Cap.

Nú er at ſegia frá *Rafni*, at hann bió ſkip ſitt í *Leyruvagum.* Tveir menn ero þeir nefnder, er fóro med *Rafni*, ſyſturſyner *Aunundar* faudur hans, het annar *Grimr*, enn annar *Olafr;* ok varo báder gillder menn. Aullum frændum hans þótti mikill (d) ſvipter, er hann fór íbrott; enn hann ſagdizt (e) þvi *Gunnlaug* á hólm ſkorat hafa, at hann qvadzt engar nytiar hafa *Helgu*, ok qvad annannhvarn verda at hniga fyrir audrum. Sídan ſigldi *Rafn* í haf, er þeim gaf byr, ok qvamo ſkipi ſinu í *Þrandheim*, ok

(u) *id.* bautt. (x) *C. S. & al.* íbrott af Islandi ok utan, *Islandia relicta, ambo &c. eodem ſenſu, ſed abundantius.* (y) *al.* ſtanda eigi fr. o. fyrir *obſtant.* (z) *al.* þann gr. er (ſem) þú v. ſkalltu her fá. (a) C. S. ſtoru illa. (b) C. S. fingo. (c) *al.* vid rádit. (d) C. S. Svipr. (e) *id.* ſagdi ſva: kvaz þvi *al.* ſökum þeſſ.

Digitized by Google

ipse audias: Tu scilicet mihi singulare in Comitiis certamen hac aestate prior obtulisti, qvod tibi vix ac ne vix qvidem tentatum videbatur. Jam ergo tibi vicissim offeram, ut hac ipsa aestate ambo peregre eamus, & in Norvegia *pugnemus; ibi cognati nostri non obstabunt.* Gunnlaugus *respondit: Peroptato, ut virum honestum decet, dixisti; haec enim conditio mihi perplacet; jamqve apud nos hospitalitatis officia tibi tuisqvi ad votum patent.* Rafn *respondit: Humaniter qvidem haec a te offeruntur; nos vero hac vice redibimus domum; hisqve dictis a se invicem discedunt. Pessime hoc cognatos utriusqve habuit, impedire tamen non potuerunt, ob ardorem impetumqve animi, qvo ipsi ferebantur; necesse etiam, ut eveniret, qvod in fatis erat.* A. C. 1011

Cap. XII.

Jam de Rafne *narrandum est, eum navim suam in portu* Leyruvagensi *instruxisse. Duo autem nominantur, qvi se ei Comites adjunxerunt,* Aunundi *patris ex sorore nepotes, qvorum uni* Grimo, *alteri* Olao *nomen; ambo vero viri robusti erant. Omnes ejus cognati magnam se, eo ita abeunte, jacturam facere qverebantur; is vero se ideo* Gunnlaugum *ad singulare certamen provocasse profitebatur, qvod omni* Helgae *consvetudine carere cogeretur, unde unum ab altero perimi necesse esset. Paulo post* Rafn *& socii, ut secundum ventum nancisci licuit, in altum vecti, navim tandem in* Thrand-

(105) Insigne utiqve hic antiqvae Septentrionalium hospitalitatis, etiam in hostem, exemplum, qvod aliis similibus facillime confirmari posset, si id instituti ratio permitteret, interim conferatur *Kristni-Saga* ed. Hafn. p. 94-96.

(106) Non mirandum *autorem* hic ad communem de fato opinionem provocare, qvippe qvam, a primis inde gentis incunabulis, ex *Bartholino* (Ant. Dan. Lib. III. cap. 1. p. 604. & sqq.) notissimum est, altas adeo in animis veterum septentrionalium radices egisse, ut per religionem Christianam evelli haud potuerit, imo ne hodie qvidem penitus evulsa sit.

Digitized by Google

A. C. 1012 ok var þar of vetrinn, ok fretti ecki til *Gunnlaugs* á þeim vetri, ok þar beid *Rafn Gunnlaugs* um ſumarit; ok enn annann vetr var hann í *Þrandheimi*, þar ſem heiter (f) *Kaupangr* (107). *Gunnlaugr Ormstunga* (g) redz til ſkips
1011 med *Hallfredi Vandræda-ſkálldi* nordr á *Slettu* (108), ok vrdu þeir ſídbunir miök, ok ſigldu (þeir) í haf þegar byr gaf, ok qvamo vid *Orkneyar* litlu fyrir vetur. *Sigurdr* Jarl *Hlödværsſon* redi þá fyrir Eyunum, ok fór *Gunnlaugr* til hans, ok var þar um vetrinn, ok virdi Jarl hann vel. Ok um varit bióz Jarl í hernad; *Gunnlaugr* bióz til ferd-
1012 ar med hanum, ok herjudo um ſumarit vyda um *Sudreyar* ok *Skotlandz-fiördo*, ok átto margar orroſtur, ok reyndiz *Gunnlaugr* hinn hrauſtaſti, ok hinn vaſkaſti dreingr, ok hinn hardaſti, hvar ſem þeir kvamo. *Sigurdr* Jarl ſnæriz ſnemmedis ſumars aptr (109); enn *Gunnlaugr* (h) ſte þá á ſkip med kaupmönnum þeim er ſigldu til *Noregs;* ok ſkilldu þeir *Sigurdr* Jarl med mikilli vináttu. *Gunnlaugr* fór nordr til *Þrandheims* (i) til *Hlada* á fund *Eireks* Jarls, ok var þar andverdann vetur, ok tók Jarl vel vid hanum, ok baud hanum med ſer at væra, ok þat þecktiz hann. Frett hafdi Jarl adr vidſkipti þeirra *Rafns* ſva ſem var, ok ſagdi *Gunnlaugi*, at hann lagdi bann fyrir, at þeir berdiz þar í hans ríki; *Gunnlaugr* qvad hann ſliku ráda

(f) *C. S.* í Þuſangri: *ſine dubio male; niſi forte:* Líſangri *legendum ſit, qvod autor infra h. c. ſvadere videtur.* (g) *al.* reid til ſk. ok redz med Hallfr. *ad navim eqvitavit, & vecturam &c.* (h) *C. S.* fór. (i) *C. S.* á Hlader.

(107) Qvinam locus hic intelligatur minime liqvet, niſi ſit ipſa urbs Nidroſienſis, qvæ, utpote metropolis Regni, *Sturleo* (ed. Sv. T. I. pag. 635. T. II. pag. 5.) & aliis horum

Thrandheimum *appulerunt, ibiqve* Rafn *biemavit, nihil tamen ea* A. C.
bieme de Gunnlaugo, *ne fando qvidem, audivit, unde & eum ibi* 1012
seqventi æstate exspectabat; imo alteram adhuc biemem in Thrandhemo, *& qvidem in loco, cui* Kaupangriæ *nomen, terebat.* Gunnlaugus Ormstunga, *cum* Hallfredo Vandræda-skalldo *in portu septentrionalis Islandiæ* Slettensi *vecturam sibi paciscebatur, & qvam-* 1011
vis serius justo parati essent, vela tamen dederunt, qvamprimum ventus ex voto spirabat, & paulo ante biemis initium Orcades *pervenerunt. Præerat adhuc insulis* Sigurdus *Comes* Hlodveris filius, *ad qvem* Gunnlaugus *divertens biemem in aula, magni habitus,*
egit. Vere seqventi Comitem expeditionem navalem molientem 1012
secutus est, præliisqve bene multis, qvæ, hac æstate, passim per Hæbudes *sinusqve* Scotiæ *piraticam exercentes commiserunt, fortissimum, impigerrimum & durissimum sese bellatorem, ubicunqve devenerunt, probavit.* Sigurdus *Comes æstate nondum adulta domum reversus est,* Gunnlaugus *vero prolixa cum amicitiæ significatione ab eo dimissus, cum mercatoribus, in* Norvegiam *velificaturis, navim conscendit, & septentrionem versus in* Thrandheimum, *& qvidem* Hladas, *ubi priorem biemis partem egit, profectus,* Ericum *Comitem convenit, a qvo bene exceptus, oblatum apud eum hospitium gratus accepit. Audiverat ante Comes, qvæ ei cum* Rafne *intercessere negotia, prout gesta erant, ideoqve* Gunnlaugo *edixit, probibere se, ut ibi intra suam ditionem confligerent, qvod &* Gunn-

---

horum temporum historicis, qvasi honoris causa, *Kaupangr* s. *emporium* interdum audit. Certe Kaupangriam Sogniæ emporium, post *Undalinum*, *Dolmero* (not. ad jus aul. N. p. 279.) & *Torfæo* (Hist. N. T. I. p. 75-76.) memoratum hic intelligi posse, narrationis circumstantiæ vetant. Verisime enim *Lifangria* hic intelligi videtur cf. p. 172. 174.

(108) Confer supra ad cap. X. nota 85 & 87.

(109) Confer supra ad cap. VIII. not. 69.

Digitized by Google

A. C. 1012 ráda mundu; ok var *Gunnlaugr* þar um vetrinn, ok jafnan fálátr. Ok (k) einn dag geck *Gunnlaugr* wt ok *Þorkell* frændi hans med hanum; þeir gingu íbrott frá bænum, ok á völlum nockrum vard fyrir þeim mannhringur, ok í hringnum innan varo tveir menn med vapnum, ok ſkylmduzt, var þar annar nefndr *Rafn*, enn annar *Gunnlaugr*. Þeir mælltu er hiá ſtódu, *at Islendingar hyggi ſmátt, ok væri ſeiner til at muna ord ſín* (110). *Gunnlaugr* fann at her

(k) C. S. um varit *vere*, *al.* um vetrinn *hieme*.

(110) Duplex hic in Islandos dicterium, unum qvod *imbelles*, alterum qvod *ſegnes* & *tardi*, eſſent. De priori haud multum ſoliciti ſumus, cum non modo univerſa Norvegiæ & Islandiæ hiſtoria fortitudinem veterum Islandorum clarisſime eloqvatur, ſed plurimæ præterea Europæ, imo & aliarum orbis partium, regiones innumera fere ejus viderint documenta, ſcriptoribus antiqvis pasſim celebrata, qvæ, per exempla eundo, recenſere, ob multitudinem, tædioſum, ob rei vero evidentiam ſupervacaneum. Sufficiat ergo, ſpeciminis loco, aliqvot hac de re exterorum teſtimonia adferre, & primo qvidem Helgii Norvegi, piratæ qvidem & latronis, ſed fortisſimi belloqve exercitatisſimi, qvem *populum Islandicum, utpote viris robuſtis & pugnacibus abundantem, durum ingenio, & injuriarum impatientem* cenſuiſſe, maximoqve ſuo & ſociorum malo vere expertum eſſe *Olafs Saga* (ed. Isl. Lib. II. p. 201-2.) docet. Huic jungendum Hallvardi, optimatis Norvegici ſub Hakone Comite, effatum, qvi licet Islandis, ob injuriam ſibi ab uno eorum nuper illatam, infenſior eſſet, candide tamen (ibid. Lib. II. pag. 118.) profeſſus eſſe perhibetur: *invicti prorſus animi viros eſſe.* Accedant Olai Tryggvii filii Norvegiæ Regis judicium (ibid. Lib. II. pag. 46.), qvo, ex Thorvaldi peregrinatoris narratione, de rebus a ſe, religionis chriſtianæ introducendæ ergo, in Islandia geſtis, *Islandos duros fortesqve viros eſſe* agnovit; & deniqve Haraldi Severi Norvegiæ Regis, nec non Gregorii Dagi filii optimatis Norvegici, teſtimonia, qvorum prior (Heimkringla T. II. pag. 100. 101.) Halldorem Snorrii filium, Islandum, *omnium, qvi cum eo fuerant, unum fuiſſe, qvi caſibus improviſis, ſive periculoſi, ſive læti fuiſſent, minimum movebatur;* poſterior vero, occaſione fortitudinis ab Hallo Audunis filio Islando, in prælio Konghellenſi contra Hakonem humeroſum Norvegiæ Regem, probatæ, *Islandos, utpote bellis minus asſuetos, agilitate qvidem & promp-*

Gunnlaugus *ex ejus arbitrio futurum spopondit, biememqve ibi, semper tamen tristior, transegit. Qvodam vero die cum cognato suo* Thorkele *egreditur; utqve a villa paulum progrediuntur, in campis qvibusdam coronam virorum offendunt, intra qvam duo erant armati, invicem digladiantes, qvorum uni* Rafnis, *alteri vero* Gunnlaugi *nomen inditum erat. Qvi vero adstabant*, Islandos istos leviter ferire, & ad verba sua in memoriam revocanda segnes esse, *pronunciarunt. Magnam ludificationem* A. C. 1012

promptitudine pugnandi Norvegis, audacia vero & fortitudine nemini, cedere declaravit (ibid. p. 367-68.); qvæ etiam ratio est, cur Thorgils Skardius Islandus, *Sturlunga-Saga* teste (Lib. 8. c. 5.), eam tam ab ipso Rege Hakone grandævo, qvam ab omnibus aliis reportavit laudem, qvod *unus omnium*, in restingvendo incendio Bergensi, *impigerrimum se probaverit* (" at engi madr hefdi jafn vel borit sik at biarga sem hann "); plura studio omittimus. Alterum vero dicterium majori attentione vel ideo dignum est, qvod nonnulla huic similia aliorum historicorum testimonia indicare videantur, hanc de Islandis opinionem etiam primis post insulam occupatam seculis, reliqvis septentrionis incolis haud prorsus insolitam fuisse. Certe *Eyrbyggia-Sagæ* autor, data velut opera, annotat, Norvegos judicasse, qvod Thorleifus Kimbius, ubi ictum ignominiosum, a populari Arinbiorne levi de causa illatum, confestim ulcisci noluit, *sua se segnitie Islandum vere comprobaverit* (" austmenn sögdo Þorleif miök Islendskann fyrir tómlæti sitt "). Adstipulatur *Vigaglums-Saga*, qvæ (ed. Isl. cap. 6. p. 190. & 192.) Vigfusum Vorsiæ Ducem, nepotem ex filia Glumum non tantum parvi pendisse, sed ne pro suo qvidem cognato agnoscere voluisse, perhibet, donec insigni facinore edito, se, ut re vera erat, strenuum virum præstiterat, idqve addita ratione: *qvod ei initio segnior* (" ecki brádgerfiligr ") *visus esset.* Ulterius adhuc idem confirmat *Vatnsdæla Saga* (cap. 43.) de Thorkele Krafla Islando, cum forte in excursu navali desideraretur, referens, aulicos Sigurdi Orcadum Comitis *exiguam, into nullam, judicasse viri adeo segnis jacturam* (" segia engann skada um sva tómlátann mann "), qvippe qvi *nunqvam sede sua moveri, vel venientibus assurgere solebat, nisi Comes ipse adesset.* Eaqve de segnitie Islandorum opinio adeo qvidem inter Norvegos invaluit, ut Ericus Norvegiæ Rex 1286, cum ei, postqvam multis sanctorum vota pro secundo vento frustra nuncupata erant, consuleretur, ut Johanni Sancto Holensi, qvippe promptius reliqvis precan-

A. C. 1012 her fylgdi hád mikit, ok her var mikit ſpott at dregit, ok geck *Gunnlaugr* íbrott þegiandi. Ok litlu ſidar epter þetta ſagdi hann Jarli, at hann qvadz eigi leingr nenna at þola hád ok ſpott hirdmanna hans um mál þeirra *Rafns*, ok beiddi Jarl at fá ſer leidtoga inn í *Lifangr*. Jarli var ſagt

---

precantes exaudire ſolito, vota fieri curaret, reſpondiſſe perhibeatur, *Johannem, ſi prompsius exaudiret, ipſa re declarare, qvod ſegnis animi non ſit, ut Islandi eſſe ſolent* (ſynir hann þat, at hann ſe eigi ſeinlátr, ſem Islendingar ero vaner *Laurent. Biſk. Saga* cap. 4.). Imo *Giraldi Cambrenſis* de Islandia teſtimonium (Topogr. Hibern. Diſt. II. c. 13. Collect. Camdeni pag. 721.) *gentem hac breviloqvam & veridicam habet, raro namqve breviqve fungens ſermone, juramento non utitur, qvia mentiri non novit, nihil enim magis qvam mendacium deteſtatur:* argumento eſſe poteſt, eum de Islandis haud omnino diſſimilem opinionem foviſſe. Mirum hoc haud immerito viteri poterit, cum haud perſpici poſſit, qvomodo Islandi, a reliqvis populis ſeptentrionalibus, & maxime a Norvegis, orti, eodemqve fere ſub coelo viventes, & ſimili utentes victu, intra ſeculi ſpatium adeo degenerare potuerint. Sive enim, ut Giraldus (Deſcript. Cambr. cap. 15. ib. p. 891.) de Saxonibus & Germanis ſenſit, a gelida poli regione, cui Islandia ſubjacet, ſive, ut alii de inſularum incolis pronunciarunt, ab äere, qvem hauſerant, ſalſitudine & vaporibus marinis foeto, talem Islandos naturæ geliditatem vel ſegnitiem traxiſſe cogitemus, tanta tamen Islandiæ tunc temporis a reliqvis terris ſeptentrionalibus his in rebus, non fuit differentia, ut diverſam hanc & prorſus novam indolem incolis indere valuerit. Aſt, ut attendimus, hoc qvicqvid eſt, vitii Islandis maxime objici ſolitum eſſe ab iis, qvi nec periti nec æqvi ſatis fuere rerum æſtimatores, neqve in eos, utpote peregrinos, bene affecti, idqve jam qvod vitam taciturnam & ſingularem agere viderentur, jam vero qvod injurias ſibi forte illatas interdum inultas relinqverent, veræ hujus rei cauſæ ſtatim apparent. Ut enim negari non poteſt, qvin Islandi, utpote a commerciis exterorum remotiores, ex vita, cui aſſveti erant, ſolitaria gravitatem qvandam vultus morumqve contrahere potuerint, ita ſana ratio facile eis ſuggeſſit, ut inter exteros, ſe potentiores, agentes, qviete viverent, imo injurias, inprimis leviores, potius ad tempus tolerarent, qvam ſe ſiniſtris horum judiciis & cavillationibus exponerent; idqve eo magis, cum peregre proficiſci vulgo ſolerent, ut patriæ apud exteros gratiam, ſibi vero honores aliaqve emolumenta conciliarent, unde neceſſe erat, ut nec ſe multum efferrent ſed potius

Digitized by Google

nem cum his conjunctam esse, eaqve in ludibria verti Gunnlaugus *facile sensit, ideoqve tacitus discessit. Sed paulo post re ad Comitem relata, se sannas & irrisionem aulicorum ejus, ob suam cum* Rafne *litem, diutius tolerare non posse asseverans, duces itineris sibi dari petiit, qvi in interiora regionis, & qvidem in* Lisangriam *monstrarent* A. C. 1012

Y 3 *viam.*

---

potius oportunam aliqvam occasionem, qva viri frugi probarentur, exspectarent, nec ob qvamlibet, etiamsi haud omnino levem, offensam extemplo excandescerent; simili utiqve consilio, qvo, *Vopnfirdinga-Saga* (cap. 7.) memorante, Geiter Islandus qvosdam, ejus auxilium contra Broddhelgium implorantes, *exspectare ad tempus jussit, cum necesse esset, ut is, cui brevis gladius est, posterior impeteret* (" bad þá byda um stund, þvi sydar verdr sá at leita, er lítit sax hefer "). Hanc etiam Thorleifo Kimbio, de injuria, qvam supra memoravimus, mentem vere fuisse conceptis verbis *Eyrbyggia-Saga* docet: " Eigi skulu Nordmenn at þvi hlæia, med þvi at vid erum komner her tveir samlendir, at þeir þurfi at draga ockr í sundr sem hunda, enn minnaz skal þessa þá er vid erum á Islandi ". i. e. *Non id Norvegis risus causa erit, ut nos duos contribules, qui huc advenimus, rabidorum instar canum distrahere opus habeant, ut vero in Islandia sumus, hujus rei meminero.* Inprimis autem Islandi in Norvegia peregrinantes, qvi Norvegorum, qvos offensionum impatientissimos, & in tumultus resqve novas valde proclives fuisse *Olafs-Saga* (ed. Isl. Lib. I. p. 211.) *Heimskringla* (ed. Svec. T. I. pag. 765.) & innumera fere exempla testantur, ingenium noverunt, prævidere certo potuerunt, nisi inter eos modeste viverent, magnam in se invidiam & odia concitaturos esse, qvalia etiam seqvioribus seculis qvidam Islandorum, qvi, hac veterum vivendi ratione insuper habita, insolentius justo se in Norvegia gesserunt, maximo & patriæ & suo detrimento vere experti sunt. Noverunt deniqve, qvam etiam *Olafs-Saga* (ed. Isl. Lib. II. p. 97.) Kiartanis sententiam fuisse perhibet, *præcipitantiam* & impetum animi pro *inconstantiæ* nota, & jure qvidem, tunc temporis habitum esse, qvemadmodum eum *Speculi Regalis* autor (pag. 383. & 437.) *prudentiæ* opponit. Qvæ omnia si æqva lance perpendantur, ista agendi & ulciscendi, donec opportunitas proficiendi adesset, cunctatio, tantum abest ut vitii loco sit habenda, ut potius prudentia fuerit pro eorum temporum circumstantiis admodum necessaria, qvapropter etiam *Speculo Regali* (pag. 31-32.) ita laudatur, ut ipsam hanc veterum Islandorum agendi rationem data velut opera omni tempore commendare voluisse videri posit.

Digitized by Google

A. C. 1013 sagt ádr, at *Rafn* var (l) brott or *Lifangri*, ok farinn austr til *Sviþiodar*, ok þvi gaf hann *Gunnlaugi* orlof at fara ok feck hanum leidtoga tva til ferdarinnar (111). Nú fer *Gunn-*

(l) *C. S.* ibrottu.

---

(111) Qvamvis Ericum Comitem anno imperii sui duodecimo (i. e. 1012.) e Norvegia in Angliam a Canuto Magno evocatum fuisse, communis sit historicorum nostratium opinio, tam *Sturlæi* (ed. Sv. T. I. p. 395.), *Appendicis Vitæ Olafi Tryggvini* Norvegiæ Regis (ed. Isl. p. 35.) & *Grettis-Sagæ* (ed. Isl. cap. 21. pag. 97. auctoritate suffulta, qvam *Torfæi* (Hist. Norv. T. III. pag. 19.) aliorumqve recentiorum assensu probata; Haud tamen ideo, sine accuratiori examine, rejicienda videtur hæc autoris nostri relatio, Ericum vere anni 1013 vel 1014 adhuc in Norvegia fuisse innuens, qvippe qvæ multa habet, eaqve haud exigui ponderis, argumenta qvibus se tueatur. Et qvidem 1mo Synchronismum belli vel prælii Brianici. Si enim hoc, ut *Torfæus* (Orcad. Lib. I. c. XI. p. 44.) invictis rationibus assertum ivit, ad ver anni 1014 pertineat, Ericum Comitem hiemem anni 1015 adhuc in Norvegia mansisse oportet, cum *Nials-Saga* (cap. 159. p. 281.) Flosium, ex Itinere Romano, qvod, plerisqve suorum in eodem prælio cæsis, æstate & autumno anni 1014 peregerat, reversum, hanc apud Ericum in Norvegia egisse docet. Accedunt 2do historicorum Anglicorum relationes, *Suhmio* (Forsøg til Forbedr. pag. 8. 20. & 22.) notatæ, ex qvibus seqvitur, Ericum a Canuto Norvegia evocatum non fuisse, priusqvam hic, universis Daniæ copiis stipatus, & Olai Sveciæ Regis auxiliis auctus, Angliam, ad bellum cum Ethelredo conficiendum, petiit; qvod etiam *Knytlinga-Saga* (cap. 8. p. 10. & cap. 13. p. 22.) clare satis indicat; id vero æstate anni 1015, post Gunnlaugi mortem, Flosii vero discessum demum factum est. Non tamen dissimulandum est, hinc porro seqvi, qvod Olaus Sanctus in Norvegiam prius non venerit, qvam autumno anni 1015, postqvam Ericus abierat; Id autem calculis, qvibus *Olai Vita* suam annorum vitæ & imperii ejus supputationem superstruxit, a *Torfæo* (Hist. Norv. T. III. p. 42. 203.) notatis, & a S. V. *Finno Johannæo* (Hist. Eccl. Isl. T. I. p. 74-75. not.) operose expositis, repugnat; nam sive 15 imperii ejus anni ab anno 1029, qvo ex Norvegia fugit, ad annum qvo primum advenit, sive ab anno 1030, qvo Stiklastadis cæsus est, ad annum, qvo Sveinem Comitem Hakonis filium profligavit, qvod proxime post ejus adventum anno factam esse constat, retro numerentur, seqvitur eum non anno demum 1015, sed jam anno 1014 rediisse. Sed probe notandum, utrumqve hunc

viani. Comiti ante relatum erat Rafnem, Lifangria *relicta, orientem versus in* Sveciam *profectum esse, unde* Gunnlaugo *veniam discedendi concessit, duobusqve eum itineris ducibus instruxit.* A. C. 1013
Gunn-

hunc calculum mere artificialem esse, & ab autore vitæ Olai eo tantum fine productum, ut computationis annorum, qvam ipse secutus est, fundamenta lectoribus indicaret; unde adæqvata & accurata annorum regiminis Olai supputatio ex his calculis haudqvaqvam petenda est, sed ex carmine (qvod etiam addicit) Sighvati Poëtæ Olao coævi & perqvam familiaris, qvod *qvindecim plenos biemes*, qvos eum *anteqvam cecidit regnasse docet*, a *prælio Stiklastadensi*, in Julio anni 1030 commisso, *ad imperii ejus in Uplandia initia retro numerans*, ad oculum ostendit, prædictos calculos, qvemadmodum & tertium, *Grettis-Sagæ* autori, qvi (ed. Isl. c. 36. p. 113. & cap. 39. p. 115.) reditum Olai ad autumnum anni 1016 referre videtur, probatum, vitiosa annorum supputatione niti, atqve adeo imperii Olaviani in Uplandiam initia ad initium anni 1016, adventum vero in Norvegiam, ad autumnum anni, non 1014, sed 1015 referendum esse. Vera ergo adventus regiminisqve Olaviani epocha tantum abest ut relationem autoris nostri, nostrumqve de Erici Comitis in Norvegiæ mansione usqve ad æstatem anni 1015 sententiam infringat, ut tertium potius pro utraqve exhibeat argumentum, qvod qvidem eo firmius merito censeri debet, cum Haraldi Severi nativitate ætatisqve annis, qvi ad annos imperii Olaviani, ad ductum veterum, a *Schöningio* (Forbedr. pag. 246. & 257. in notis) exacti, vera hujus initia ab anno 1016 petenda esse docent, ulterius adhuc stabiliatur; qvam porro in rem haud parum notabilis est *Theodrici* monachi, Ericum, anteqvam in Angliam abiit, annis qvindecim cum fratre Sveinone Norvegiæ præfuisse narrantis assertio (ed. Amst. pag. 25.), qvamvis eam ipse, contrariis, manifeste vitiosis, opinionibus & calculis distractus subverterit, tam (l. c.) tradendo, qvod frater & filius duobus post ejus discessum annis regnaverint, qvam infra (pag. 42.), Olai Sancti mortem ad annum 1029 referendo, & ei tamen (pag. 45.) qvindecim regiminis annos tribuendo, qvorum primus, Olao cum Sveinone ex ejus sententia communis, in annum 1014 incidit, eoqve ipso qvindecennio Erici & biennio Sveinonis & Hakonis, supra ab eo admisso, locum non relinqvit. Sed qvicqvid hujus sit, secundum antedicta necesse non est, in *Nials-Sagæ* narratione de Flosii in Norvegia hiematione anno 1015, pro Erico Comite, vel Svenum, vel Haconem, ex *Torfæi* (Orcad. p. 43.) & S. V. *Johannæi* (l. c. p. 176.) sententia substituere. An Ericus sæpius, & primo qvidem Sveine Rege adhuc vivente, ad societatem belli Anglici evocatus sit, nos, qvamvis rationes haud omnino contemnendæ,

Digitized by Google

A. C. 1013 *Gunnlaugr* af *Hlaudom* vid siaunda mann inn í (m) *Lifangur*, ok þann morgin hafdi *Rafn* farit þadan med fimta mann, er *Gunnlaugr* kom þar um kvelldit. Þadan fór *Gunnlaugr* í *Veradal*, ok kom þar at kvelldi jafnan, sem *Hrafn* hafdi ádr værit um nóttina. *Gunnlaugr* fer til þess er hann kom (n) at effta bæ í dalnum er á (112) *Sulo* (o) heiter, ok hafdi *Rafn* þadan farit um morguninn. *Gunnlaugr* dvalldi þá ecki ferdina, ok fór þegar um nóttina, ok um morguninn í solar-rod þá sá hvarir adra. *Hrafn* var þá qvaminn sem varo vautn tvau, ok á medal vatnanna varo veller sletter, (p) þar heita *Gæims-veller*, enn fram í vatnit annat geck nes lítit, er heiter (q) *Dyngiu-nes;* þar námu þeir *Rafn* (r) ſtadar í Nesinu ok varo fim saman; þeir varo þar med *Rafni* frændur hans *Grímr* ok *Olafr*. Ok er þeir mættuz, þá mælti *Gunnlaugr:* þat er nw vel, at vid höfum fundiz: *Rafn* qvadz þat ecki lasta mundu; ok er nú kostr hvarr er þú villt, seger *Rafn*, at vær bærimz allir, edur vid tveir (s). *Gunnlaugr* qvad ser (t) vel líka hvart helldr væri. Þá mælltu þeir frændur *Rafns Grímr* ok *Olafr*, qvaduz eigi vilia ſtanda hiá er þeir berdizt; sva mælti ok *Þorkell Svarti* frændi *Gunnlaugs*.

(m) C. S. Lyfangr. (n) *id.* á. (o) *id.* het. (p) *id.* þat heita Gleipnisv. (q) *id.* Dyngan. (r) *id.* vid. (s) *id. add.* ok se jafnmarger hvarer: *æqvali utrinqve numero.* (t) *id.* kvez.

---

nendæ, a S. V. *Johanneo* (l. c. pag. 77.) annotatæ, id svadere possint, in medio relinqvendum putamus; id autem certum est, historicos veteres Islandicos non nisi unicam ejus evocationem agnoscere, post Sveinis demum mortem a filio Canuto factam. Eam vero ad annum 1012 ideo retulerunt, qvia putarunt Sveinem anno 1009, & Ethelredum anno 1012 mortuum esse, in qvibus, & aliis qvæ ad res

Digitized by Google

Gunnlaugus *igitur cum sex viris* Hladis *profectus sub vesperam ejusdem diei* Lifangriam *pervenit*, *qvo* Rafn *cum qvatuor viris mane inde abierat. Inde ulterius in* Veradalum *tendit*, *eoqve qvalibet vespera venit*, *ubi* Rafn *priorem noctem egerat. Ita ad supremam usqve in valle villam*, *cui* Sula *nomen*, *itum est*, *unde* Rafn *mane profectus erat.* Gunnlaugus *ergo iter non distulit*, *sed mox eadem nocte ita continuavit*, *ut mane ad solis ortum se invicem conspicerent. Pervenerat tunc* Rafn *ubi duo lacus erant*, *inter qvos plani campi*, *nomine* Gæimsvellir, *lingula vero in unum lacuum porrecta*, *cui nomen* Dyngiunes; *ubi* Rafn *cum sociis*, *omnes qvinqve numero*, *inter qvos cognati ejus* Grimus *&* Olafus, *substitit. Utqve sibi invicem occurrunt*, Gunnlaugus: *oportune*, *inqvit*, *jam convenimus.* Rafn *se id haud vituperaturum respondit; jamqve*, *inqvit*, *qvæ tibi cunqve placuerit conditio patet*, *utrum scilicet*, *omnes una*, *an nos solum duo confligamus:* Gunnlaugus *regessit sibi perinde esse utrumcunqve fieret.* Cognati *vero* Rafnis Grimus *&* Olaus *accedentes asseverabant*, *se neutiqvam*, *dum dimicarent*, *spectatores adstare velle; idem &* Gunnlaugi *cognatus* Thorkell Niger *asseverabat. Tum* Gunnlaugus *ad duces itineris sibi a Comite datos conversus*, *vos*, *inqvit*, *neutris suppe-* A. C. 1013

---

res Anglicas horum temporum pertinent, ut eorum chronologia ad mentem Scriptorum Anglicorum jure emendari potest, ita eam in annis imperii Olaviani Anglorum auctoritate labefactari non posse *Schöningius* (l. c. p. 246-47.) & *Johanneus* (l. c. p. 77-79.) argumentis, qvantum qvidem videmus, omni exceptione majoribus demonstrarunt.

(112) *Sulam* in Veradalo sitam fuisse *Sturlæus* in *Heimskringla* (ed. Sv. T. II. pag. 17.) satis confirmat; an vero suprema, sive montibus proxima, villa fuerit, haud æqve constat.

Digitized by Google

A. C. 1013 *laugs.* Þá mælti *Gunnlaugr* vit leidtogana Jarlſins; þid ſkolut ſitia hiá ok veita hvarigum lid, ok væra (þár) til (u) fráſagna um fund varn; ok ſva gerdo þeir. Sídan (x) genguz þeir at ok baurduz (y) frækiliga allir, Þeir *Grímr* ok *Olafr* gingu bádir ímot *Gunnlaugi* einum, ok baurduzt all-frækiliga, ok lauk ſva þeirra (z) vidſkiptum, at hann drap þá báda, enn hann vard ecki ſárr. Þetta ſannar *Þordr Kolbeinsſon* (113) í kvædi því er hann ordti um *Gunnlaugi Ormztungu.*

(114) Hlód ádr *Hrafni* nædi.
Hugreifum *Oleifi*,
Göndlar

(u) *id.* fráſagnar. (x) *id.* gingu. (y) *id.* fræknliga. (z) *id.* vidſkipti.

---

(113) Thordus Kolbeinis filius, *Landnama-Saga* (ed. Isl. Lib. II. cap. 5. pag. 35. & cap. 18. pag. 55.) teſte, claris ſatis natalibus in Islandia ortus, & Gunnlaugo Vermilingvi coævus (ſeculi enim decimi fine & undecimi initio floruit), poëta fuit haud obſcuri nominis, unde non ſolum in *Skallda* ſ. arte veterum Islandorum poëtica aliqvoties laudatur, ſed & a variis principibus exteris magno honore mactatus eſt. Carminum ejus nominatisſimum eſt poëma heroicum, qvo res ab Erico Comite Hakonis filio, cujus ſatellitio adſcriptus erat, geſtas, complexus eſt, ſecundum *Sturleum* (ed. Svec. T. I. p. 248. 250. 252. 367-68. 395. & 396.), *Knytlinga-Sagam* (cap. 8. p. 12. 13. cap. 13. p. 22. & cap. 15. p. 26.), *Olai Sancti Vitam*, *Genealogiam Regum Norvegiæ* ſ. Hiſtoriæ Norvegicæ Epitomen, nec non autorem *Vitæ Olai Tryggvini* (ed. Isl. Lib. II. p. 4. 10. 293.), ut & hujus *Append.* (pag. 1. 4. 35. & 36.), qvi aliqvot ejus ſtrophas ab interitu vindicarunt, *Eiriksdrápa*, ſed ſecundum *narrationem de Biorne Hytdalenſium athleta* in qvibusdam *Olai Sancti Vitæ* exemplaribus obviam, *Belgſkaka-drápa* vel *Belgſtaka* appellatum. *Sturlæus* (ed. Svec. T. I. p. 601.) eum inter optimates Islandiæ numerat, qvi Olai Sancti Norvegiæ Regis amicitiam amplexi, in ſatellitium ejus recepti ſunt. *Biornis Hytdalenſium athletæ vita* poëmate heroico, coram recitato, Regem celebraſſe, addit; & ob hæc Poëmata Thordus locum, qvem ei *Catalogus* veterum *Poëtarum*, a *Wormio* & aliis, qvi eum ſecuti ſunt, editus inter Poëtas aulicos Erici Comitis & Olai Regis

Digitized by Google

suppetias laturi, sed conflictum nostrum narraturi, asside- A. C. 1013
te; idqve fecerunt. Post invicem congressi omnes fortiter pugnant. Grimus *&* Olaus *ambo una* Gunnlaugum *aggrediuntur, & strenue satis impetunt, is tamen eorum certaminis exitus fuit, ut ambos occideret, nullo adhuc vulnere accepto. Hoc* Thordus Kolbeinis filius, *in carmine qvod de* Gunnlaugo Vermilingve *pepigit, confirmat.*

Dum viam ferro sibi molitur ad Hrafnem,
Animosum pectus Olafi,

Regis assignat, vere tuetur; qvo vero jure in Catalogo Poëtarum Peringskioldiano ad calcem *Sturlæi* (ed. Sv. T. II. p. 481.) ad poëtas aulicos Magni Boni etiam referatur, haud satis liqvet. *Elogium Gunnlaugi Vermilingvis* eum adornasse autor noster docet. Plurima autem carmina, qvibus suas cum Biorne Hytdalensium athleta lites persecutus est, partim memorat, partim & exhibet, *Biarnar Saga Hytdæla-kappa*, qvæ ejusdem Biornis vitam & controversias cum Thordo agitatas operose describit; horum tamen carminum haud pauca, inprimis *Kolluvysur*, de Biorne ipso, & *Daggeysli*, de Biornis uxore, cavillatoria sunt, imo probrosa; erat enim Thordus non tantum vir malus & subdolus, sed & ob carmina cavillatoria vulgo exosus.

(114) Ordo verborum in priori carminis parte hic est: "Gunnlaugr blód göndlarþeyre med þunnum hiör hugreifum Oleifi ok Grimi, ádr nædi Hrafni". i. e. *Gunnlaugus stravit in Gondulæ* (i. e. bellonæ) *aura* (i. e. prælio), *acuto gladio, animosum Oleifum & Grimum, antequam Rafnem assequeretur.* Partis autem posterioris hic est ordo: "hann vard hugmodr allr drifinn blodi hvatra manna; þriggia yta bani red yggmods fylli". i. e. *Is in pugna æstuans totus aspergebatur sangvine virorum strenuorum; sed trium virorum cædes procuravit corvo satietatem.* Possunt tamen hæc alio etiam, & qvidem hoc, modo in ordinem redigi: "hann vard hugmódr drifinn blodi hvatra manna, allr þriggia yta bani red Yggmods fylli". i. e. *Ille iratus aspergebatur sangvine acrium virorum, omnium trium virorum cædes corvo satietatem peperit.* Sed *allur bani*, ad verbum, universa cædes, pro *omnium cæde*, ut illepidum, aures offendere videtur, unde & Tó, *allr* ad priorem Strophæ partem referre placuit.

Digitized by Google

A. C. 1013 Göndlar þeyrs, ok *Grími*
Gunnlaugr med hiör (a) þunnum.
Hann vard hvatra manna
Hugmódr drifinn blódi
(b) Allr, red yta fylli
Yggmóds bani þriggia.

Þeir fóktuz ámedan *Rafn* ok *Þorkell Svarti* frændi *Gunnlaugs*, ok fell *Þorkell* fyrir *Rafni*, ok let líf sitt, ok aller fellu fauronautar þeirra at lyktum; ok þá baurduz þeir tveir med stórom hauggom ok auruggum atgángi, er hvarr veitti audrum, ok söttu (c) einatt í ákafa. *Gunnlaugr* hafdi þá sverdit *Adalradz*-naut, ok var þat it bæzta vapn; *Gunnlaugr* hió þá um (d) sidir til *Rafns* mikit högg med sverdinu, ok undan *Rafni* fótinn. *Hrafn* fell þó ecki at helldr, ok hnekti þá at stofni einum, ok studdi þar (e) at stufinum. Þá mælti *Gunnlaugr:* nw ertu ú-vígr, (f) ok vil ek eigi lengr beriazt vid þik aurkumladann mann. *Rafn* svarar: sva er þat, segir hann, at miök hefer áleikizt minn luta, enn (g) þó mundi (h) enn vel duga, ef ek fengi at drecka nockot. *Gunnlaugr* svarar: svyk mik þá eigi (i), ef ek færi þer vatn í hiálmi mínum. *Rafn* svarar: eigi man ek svíkia þik, seger hann. Sidan geck *Gunnlaugr* til lækiar eins, ok sókte í hialminum, ok færdi *Rafni*, enn hann seildiz í mot (k) hinni vinstri hendi, enn hió í haufut *Gunnlaugs* med sverdinu hinni hægri hendi, ok vard þat all-mikit sár. Þá mælti *Gunnlaugr:* illa sveiktu mig nw; ok ódreingiliga fór þer, þat, þar sem ek trwda

(a) C. S. þungum. (b) *C. S.* ullr. (c) *C. S.* einart *intrepide.* (d) *id.* sidr. (e) *id.* á. (f) *id. add.* seger hann *sed abundanter.* (g) *al.* nú. (h) *C. S. add.* mer *mibi.* (i) *id.* seger hann. (k) *al.* hanum med.

Pugna ardens, Grimumqve A. C. 1013
Gunnlaugus *gladio transfigit acuto.*
Frendens interea rabida Hrafn *æstuat ira*
Saliente multo sociorum sangvine
Respersus, at ovantes gutture corvos
Deniqve exsaturant terna cadavera.

Interea Rafn & Thorkell niger Gunnlaugi *cognatus invicem dimicabant, eo eventu, ut* Thorkell *a* Rafne *superatus occumberet; Tandemqve omnes eorum comites ceciderunt; tum vero ipsi, vehementi assultu sæpius facto, magnis ictibus, validoqve impetu, qvo unus alterum aggrediebatur, invicem decertarunt.* Gunnlaugus *tunc gladium habuit ab* Adalrado *Rege acceptum, qvi optimæ notæ fuit, eoqve tandem* Rafni, *magno ictu inflicto, pedem amputavit.* Rafn *tamen non cecidit, sed ad stirpem qvendam assiliens, truncum eo fulsit. Tum* Gunnlaugus: *jam, inqvit, pugnando impar es, unde tecum, viro qvippe manco, diutius dimicare nolo.* Rafn *respondet: Verum qvidem, res meas valde accisas esse, attamen bene satis adhuc procederet, si qvid potus acceperim.* Gunnlaugus *regerit: Tunc igitur me non decipe, si galea mea aqvam tibi attulero. Ad qvæ* Rafn: *Minime inqvit, te decipiam. Post* Gunnlaugus *ad rivum qvendam accedens, galeam aqva implevit,* Rafniqve *attulit, hic vero sinistram manum receptum porrexit, sed dextra interea caput* Gunnlaugi *gladio petens, magnum vulnus inflixit. Tum* Gunnlaugus, *male, inqvit me jam decepisti, & in eo inhumane egisti, cum tibi fiderem.* Rafn *respondit: Ita qvidem; sed causa mihi hujus rei fuit, qvod*

Digitized by Google

A. C. 1013 trwda þer. *Rafn* feger: Sva (l) er þat, fagde hann; enn þat geck mer til þefs, at ek ann þer ecki fadmlagfins *Helgu* hinnar fögru. Ok þá baurdoz þeir enn í ákafa, enn fva lauk at lyktum, at *Gunnlaugr* (m) hió *Rafn* banahögg, ok let *Rafn* þar líf fitt. Þá gengo fram leidtogar (n) Jarlfins, ok bundo haufut-fárit *Gunnlaugs*; hann fat á medan ok qvad vífu þeffa.

(115) Ofs geck mætr á móti
(o) Mót-runnr í dyn fpióta
Hrid giörvandi hiörva
Hrafn framliga jafnan.
Her vard mörg i morgin
Málmflaug um *Gunnlaugi*
Her (p) gervandi harda
Hríngþollr (q) *Nefi Dyngiu.*

Sidan biuggu þeir um dauda menn, ok færdu *Gunnlaug* á heft finn epter þat, ok kvomuzt med hann allt ofan í *Lífangr*, ok þar lá hann iii nætur, ok feck alla þiónoftu af prefti, ok andadizt fídan, ok var þar jardadr at kyrkiu. Aullom þótti mikill fkade at um hvarntveggia þeirra *Gunnlaug* ok *Hrafn*, med þeim atburdi fem vard (r) um líflát þeirra.

XIII.

(l) *C. S.* fatt *verum* vel *vere.* (m) *id.* bar af Hrafni *Rafnem fuperaret.* (n) *al.* Gunnlaugs ok b. um haufut-fár hans. (o) *al.* Malm-runnr. *Chart. Svec. fol. N.* 68. metrunnr. (p) *al.* gerandi *v.* gerdandi á haurda. (q) á nefi. (r) *Cod. Svec.* vid.

---

(115) Ordo verborum in priori carminis parte hic eft: "mætr mótrunnr, Hrafn geck ofs á moti í dyn fpióta, jafnan framliga giörvandi hiörva-hríd". i. e. *Egregius bellato*

tibi amplexum Helgæ *pulchræ minime indulgeo. Tumqve denuo magna cum vehementia dimicant, eo demum eventu, ut* Gunnlaugus Rafni *lethalem ictum impingeret, isqve ibi exspiraret. Tum procedentes duces itineris,* Gunnlaugo *a Comite dati, vulnus, qvod capite acceperat, religant, is vero interea considens hoc edidit carmen.* A. C. 1013

Et clarus ausis, & tumultu in bellico
Intrepidus Hrafn *est factus nobis obviam.*
Sonoris pugnans cominus ensibus;
Vidit fragmina crebra Dyngiunesia,
Vidit, dum medium sol ad axem nititur,
Circa Gunnlaugum *chalybis volantia*
Acribus pugnantem cominus ensibus.
Audi, & dic posteris, care commilito!

Deinde mortuos recondunt, post Gunnlaugum *eqvo suo imponunt, tandemqve cum eo* Lifangriam *assequuntur, ubi, postqvam tres noctes decubuerat, omniumqve interea sacrorum mysteriorum per sacerdotem particeps factus fuerat, mortuus est, & ad templum ibi conditum sepultus. Omnes autem de* Gunnlaugo & Hrafne, *ob eventum, qvi utriqve mortis causa fuerat, plurimum doluerunt.*

Cap.

---

bellator Hrafn ivit nobis obviam in strepitu hastarum (i. e. pugna), *semper audacter ciens nimbum gladiorum* (i. e. prælium committens). Ordo partis posterioris hic est: "Hringþollr! Her vard í morgin mörg malmflaug um Gunnlaugi, gervandi her harda [á] Dyngiu-nesi". i. e. *Vir! hic factus est hoc mane multus metallorum volatus circa Gunnlaugum, faciens hic acrem* (pugnam) *in Dyngiu-nes. Her gervandi* &c. juxta *Dnum Pauli* est repetitio prioris partis hujus Strophæ, in qva, ut adjectivum *harda* habeat substantivum sibi respondens, subintelligendum: *hrid*, vel aliud simile vocabulum, pugnam vel impetum significans. Particula *á* eo judice inseri debet, unde & eam in margine addidimus.

Digitized by Google

A. C. 1013

XIII. Cap.

Ok um ſumarit ádr þeſſi tídindi ſpurduzt wt hegat til *Islandz*, þá dreymdi *Illuga Svarta*, ok var hann þá heima á *Gilsbacka:* Hanum þotti *Gunnlaugr* at ſer koma í ſvefni, ok var blódigr miök, ok qvad víſo þeſſa fyrir hanum í ſvefninum.

(116) Her ſá ek *Hrafn* (enn *Hrafni*
Hvauſs kom egg í leggi)
(s) Hialltuggidum hauggva
(t) Hrinfiſki mer bryniu.
Þá er hræ- (u) ſkiærr hlyrra
Hlaut fen ari benia
Klauf gunnſpióti Gunnarr
Gunnlaugs haufut minna.

Illugi mundi víſuna (x) er hann vaknadi, ok qvad ſídan fyrir audrum. Sá atburdr vard at *Mosfelli* ſudr (y) hina

(s) *al.* hialltuggit um. *it.* hiálmuggudum. (t) *al.* hryn-fiſki & hrimfiſki mig *it.* hrim- & hrin-fiki. (u) *al.* hræſkiærri. *plur.* hræ-ſkiærra *v.* hreſkiarra hlyra. (x) *al.* þá. (y) *al.* þá.

---

(116) Ordo verborum in priori carminis parte hic eſt: "Her ſá ek Hrafn hauggva mer bryniu hialltuggidum hrinfiſki; enn Hrafni kom hvauſs egg í leggi". i. e. *Hic vidi Hrafnem cædere mihi loricam piſce capuli prominentiis pinnato* (i e. gladio); *Sed Hrafni acuta acies venit in oſſa.* Lectionum vero variantium ope, conſtrui etiam poteſt hoc modo: "Her ſá ek Hrafn hauggva mer bryniu hrim-v. hrinfiki; enn Hrafni hialmuggudum kom hvauſs egg í leggi". i. e. *Hic vidi Hrafnem loricam mihi cædere, vi, vehementiâ vel ardore, militari, ſed Hrafni galeâ metuendo acuta acies in oſſa venit;* Ita ut 7ò *hiálmuggudum* ad Parentheſin referatur; vel deniqve: "hauggva mig hialltuggidum bryniu-hryn-v. hrim-fiſki" &c. i. e. *Me aptato ad loricæ ruinam vel fracturam* (imo ad vulnera infligenda) *gladio cædere* &c. Parentheſi, ut in textum recepta eſt, manente. Ordo poſterioris partis hic eſt: "Gunnar klauf Gunn-

Digitized by Google

Cap. XIII.

A. C. 1013

Æstate antequam hos eventus huc in Islandiam *fama pertulisset*, Illugius *niger*, *domi in* Gilsbacka *tum constitutus*, Gunnlaugum, *sed multo sangvine madentem*, *per somnum vidit ad se venire*, *&* *hoc dormienti præcinere carmen:*

Hic ego conveni Hrafnem (*&* *vicissim* Hrafni
Cruris acuta acies penetravit in ossa)
Sqvameo in gladii capulo exsultantem,
Loricæ minitari ruinam meæ.
Qvin morticinis pasta aqvila mi vulnerum
Siticulosa tepidum libavit cruorem.
Interea trux bellator, *instans perfido*
Tui Gunnlaugi, *telo*, *diffidit caput.*

Illugius *expergefactus carmen memoria tenuit* *&* *mox coram aliis recitavit.* *Similis eventus eadem nocte* Mosfelli *exstitit*,

---

Gunnlaugs haufut Gunnspioti, þá er hræſkiærr ari hlaut sen hlyrra benia minna ". i. e. *bellator fidit Gunnlaugi caput hasta bellica, tumqve cadavera discerpens aqvila nacta est uliginem tepidorum vulnerum meorum* (i. e. sangvinem meum). Plurimi vero hic legunt: " þá er hræſkiarra hlyra ". &c. i. e. *Cum fratrum cadavera metuentium sangvinem aqvila nacta est;* qvæ lectio merito spuria videtur, nam 1mo non apparet ex contextu orationis, qvinam illi fratres fuerint. Deinde nemo eorum, qvi huic prælio interfuerunt, ut *cadavera metuens* jure describi potuit, cum omnes viri fortissimi & impigerrimi essent. Cætera Tautologiæ, qvales in posteriori hujus Strophæ parte, nec non in Stropha proxime seqventi, occurrunt, licet in Poësi nævorum loco merito habendæ sint, exemplis apud veteres non carent, ex gr. in *Kormaks-Saga:*

Randlauki klauf ek randa — *Clypeorum allio* (i. e. gladio) *fidi*
Rönd Kormaki at höndom i. e. — *Clypeum ad manus Kormaki*

nisi forte pro *randa* legere placeat *reynda*, exploratum; ut alia taceamus.

Digitized by Google

A. C. hina sömu nótt, at *Aunund* dreymdi, at *Hrafn* kiæmi at
1013 hanum, ok var allr alblodugr, ok qvad vísu þessa.

(117) Rodit (er) sverd, enn sverda
Sverd (z) ógnir mer gerde,
Varo reynd í röndum
Randgalkn (a) fyrir ver handan.
Blodug hygg ek í blódi
Blód-Gaugl (b) of skaur stódu;
(c) Sár-fíkinn hlaut sára
(d) Sárgammr enn á þramma.

1014 Ok um Sumarit eptir á alþíngi mælti *Illugi Svarti* til *Aunundar* at lögbergi: hverju villtu bæta mer son minn, seger hann, er *Hrafn* son þinn sveik (hann) í trygdum? (e) fiarkominn (f) þyckiz ek til þess, seger hann, at bæta hann, sva sárt sem ek (g) beid af þeirra fundi, man ek ok engra bóta beida þik fyrir minn son. *Illugi* svarar: kenna skal þá nockvarr at skaummo þinn frændi, eda þinna ættmanna. Ok eptir þíngit um sumarit var *Illugi* jafnan dapr miök. (h) Nú er sagt um haustit, at *Illugi* reid heiman af *Gilsbacka* med þriátigi manna, ok qvam til *Mosfells* snimma morgins. *Aunundr* komz í því brott ok syner hanns; enn *Illugi* tók frændur hans tva (i) *Biörn* ok

(z) H. E. & *Cod. Svec.* augner, *al.* þagnir *silentia, otia.* (a) ita H. E. & *Cod. Svec. sed plurimi:* randgiálfr. (b) ita *Cod. Svec.* H. E blodgongl, *sed plurimi* blod Gunnlaugs, *sanguines Gunnlaugi v. Gunnlaugo.* (c) H. E. sárfilkinn. (d) C. S. sárgramr & þrama. (e) *C. S. add.* Önundr svarar i. e. *Aunundus respondit, quod tamen hic redundare videtur.* (f) *al.* er, *sim.* (g) *Cod. Sv.* hiellt á. (h) *id.* þat var. (i) *id.* hiet annar Biörn enn annar Þorgrímr, hann i. e. *quorum uni Biorni, alteri Thorgrimo fuit nomen.*

Digitized by Google

ſtitit, qvod ſcilicet Aunundus Hrafnem *ſomniaret, ſangvine per* A. C.
totum corpus perfuſum, ad ſe venire, & hoc modulari carmen. 1013.

Rubebat gladius (at gladiorum mihi
Horrendas omnium ingruebat maxime)
Tentati ſunt in clypeis penetrabiles
Enſes transmarina in plaga.
Globulorum denſus ſangvineorum
Obvolvit nimbus caput
Ergo adhuc volucri carnivoræ datur
Conſauciatos ſubſultare per viros.

Æſtate autem ſeqventi in comitiis univerſalibus Illugius 1014
Niger *ad rupem juris dicundi* Aunundum *compellans: qvo, inqvit, mihi filii mei, qvem* Hrafn *filius tuus contra fidem datam, dolo interemit, cædem rependes?* Aunundus *reſpondet: Plurimum ſane abeſt, ut ad cædem ejus reſarciendam obſtrictus videri posſim, cum tantam eorum conflictu jacturum fecerim, neqve ullam a te pro filii mei cæde reſarcitionem petam.* Illugius *regesſit: Hoc brevi aliqvis cognatorum vel propinqvorum tuorum ſuo malo ſentiet: eaqve æſtate poſt comitia ſemper triſtis admodum fuit. Autumno vero ſeqventi cum triginta equitibus* Gilsbacka *domo profectus eſſe fertur, multoqve mane* Mosfellum *perveniſſe.* Aunundus *qvidem, cum filiis ſuis, eodem momento*

(117) In priori hujus carminis parte ordo verborum hic eſt: „Sverd er rodit, enn ſverd gerdi mer ſverda ognir; randgálkn varo reynd í röndom fyrir handan ver„. i. e. *Rubefactus eſt gladius, ſed gladius mihi fecit terrores gladiorum (ſilentia otia vel ceſſationem a pugna). Clypeorum monſtra* (i. e. arma) *explorata ſunt in clypeis trans mare.* Ordo poſterioris partis hic eſt: „ek hygg blódgaugl blódug í blódi ſtódu of ſkaur; ſárfikinn ſárgammr hlaut enn þramma á ſára„. i. e. *Puto, globuli ſangvinei ſangvine ſangvinolenti ſteterunt per caput; Vulnerum appetenti vulturi vulnerario* (i. e. aqvilæ) *adhuc contigit vulneratos calcare.*

A. C. ok Þorgrím, ok let drepa Biörn, enn fóthöggva Þorgrím (118);
1014 reid Illugi heim epter þetta, ok vard engi (k) retting þess af Aunundi. Hermundi Illugasyni eyrdi illa (l) eptir Gunnlaug brodur sinn, ok þótti ecki hans hefnt at helldr, þótt þetta væri atgert. Madr het Hrafn, ok var Brodurson Aunundar at Mósfelli; hann var farmadr mikill, ok átti skip er uppi stód í Rutafirdi. Enn um varit reid Her-
1015 mundr Illugason heimam (m) einnsaman, ok nordr Holltavörduheidi, ok sva til Hrutafiardar, ok ut á Bordeyri (119) til

(k) *id.* rettingr. (l) *id.* Herm. Ill. son vndi litt i. e. *H. I. filius magno fratris desiderio tenebatur.* (m) *id.* einsamt.

(118) Amputatio pedum, ut apud exteros, *Jac. Döplero* (Theatr. Poen. T. I. c. 58.) annotante, partim poena fuit, in servos fugitivos, transfugas, fures & alios, legibus statuta, partim cruciatus vel crudelitatis genus, variis in casibus adhiberi solitum, ita & apud majores nostros. *Hrolfi & Gautreki Vita* (cap. 17. ed. *Verel.* pag. 97. 98.) & *Heimskringla* (ed. Svec. T. I. p. 468.) eam inter supplicia numerant, qvibus Thorbiorga Svecorum Regis filia principes nuptias ejus ambientes, Olaus vero Sanctus Norvegiæ Rex, qvosdam eorum, qvi religionem ethnicam relinqvere detrectarunt, afficere solebant. Secundum *Hrolfi Krakii vitam* (ed. *Biörneri* cap. 10. pag. 26. 27.), qvæ Hroarem Regem cognatum suum Hrokum pede mutilasse tradit, qvod armillam pretiosissimam in mare per invidiam projecisset, incertum qvidem videtur, utrum poenæ magis, an contumeliæ loco haberi debeat. *Ingvars-Saga* vero (ed. *Brocmanni* cap. 5. pag. 14.) pro poena militari, & qvidem obseqvii duci negati habet, & speciatim pro poena rebellium, *Sverris-Saga*, de Magno Norvegiæ Rege, narrans, qvod hospitum aulicorum, qvi se rebellibus duces præbuerant, *paucos qvidem morte, plures vero pedis, manusve amputatione, multaverit* (" suma let hann fóthöggva, enn suma handhöggva, enn faer varo drepner "); qvem morem, in septentrione antiqvitus receptum, & Haralldo Pulchricomo, qvi optimates Norvegiæ, a qvibus suo in Norvegia imperio metuendum censuit, manibus pedibusve mutilare solebat, familiarem, indeqve per Normannos in Galliam propagatum imitatus videtur Rudolphus Comes, qvi *Walsingbamo* (Ypodigm. Neustr. Collect. *Camdeni* pag. 426.) memorante, contra rusticos rebellantes a fratre Richardo missus, legatos rusticorum & alios qvosdam a se captos

Digitized by Google

elapsus est; Illugius *autem duos ejus cognatos* Biornem & Thorgrimum *assecutus,* Biornem *occidi,* Thorgrimo *vero pedem amputari, fecit, eoqve peracto domum eqvitavit, nec ulla unqvam a parte* Aunundi *hujus rei compensatio facta est.* Hermundum Illugii *filium* Gunnlaugi *fratris sui mors male habuit, cum dignam eo ultionem haud processisse censeret, qvamvis hæc acta essent. Erat vir nomine* Hrafn, Aunundi Mosfellensis *ex fratre nepos; hic navigationibus inclaruerat, navemqve possedit, in* Rutafiordo *tum subductam. Vere igitur seqventi* Hermundus Illugii *filius solus domo eqvitans, septentrio-*

A. C. 1014

1015

tos *manibus pedibusqve truncatis* ad suos remisit; cum qvo *Wilhelmus Gemiticensis* in Richardo IIdo (cap. 2. ibid. p. 635.), unde hæc Walsinghamus hausit, non tantum consentit, sed etiam alio loco (in Wilh. Notho c. 18. pag. 659.) addit, Wilhelmum Nothum Normannorum Ducem qvosdam sibi illudentes *manibus & pedibus* privari jussisse. Sæpissime tamen historici nostrates, ut autor h. l. pedum amputationem ut crudelitatis vel vindictæ privatæ genus repræsentant, in hostes exerceri solitum, cujus unum ex pluribus exemplum, his temporibus antiqvius, *Vatnsdæla-Saga* (cap. 40.), inimicum qvendam Ingolfi Vatnsdalensis sicarium pretio conduxisse referens, ut ei manum pedemve amputaret; plurima vero recentiora bellorum Islandiæ & Norvegiæ civilium historiæ, suppeditant, & in his præ cæteris *Sturlunga-Saga* (Lib. III. cap. 25. Lib. V. c. 17. & 29. & alibi), nec non *Sverris-Saga*, qvæ inter alia non solum Baglos, Betulopodum uni, Nidarosiæ deprehenso, pedem amputasse, sed & in vindictam Johannis cujusdam undecim viros occisos, septemqve pede mutilatos esse docet. In antiqvioribus Norvegiæ & Islandiæ legibus e. gr. in Jure Biarköensi cap. 8. (Collect. Legg. Norv. *Pausiana* Tom. II. p. 231.) pedis amputatio injuriis realibus, jam majori jam minori multa expiandis annumeratur, qva etiam ratione *Knytlinga-Saga* (cap. 29. pag. 58.) Canutum Sanctum Daniæ Regem, inter alia qvibus pacem publicam ivit assertum, poenam talionis ei statuisse, narrat; ast ex qvo Haqvinus grandævus Norvegiæ Rex, bellis civilibus in Norvegia sopitis, pacem publicam plene stabiliverat, per constitutionem ab eo promulgatam, & in ejus *vita* memoratam, nunc vero a *Pausio* (l. cit. p. 167.) productam, ad *Obotamál* i. e. crimina capitalia, s. multa pecuniaria non expianda, relata est, unde & eam hujus filius Magnus Lagabæter Cod. legg. Island. Tit. mannhelge cap. 2. ad *Nidingsverk* s. cædes nefandas retulit.

(119) Geographia autoris nostri hic ut alibi recte sese habet. Etenim *Vatnsdæla-Saga* (cap. 42.)

Digitized by Google

A. C. til ſkips kaupmanna; kaupmenn varo þá buner miök; 1014 *Hrafn* ſtyrimadr var á landi, ok margt manna (n) med hanum. *Hermundr* reid at hanum, ok lagdi ſpióti igegnum hann, ok reid þegar ſbrott, enn þeim vard öllum bilt vid felaugum *Hrafns* (120). Engar qvamo bætur fyrir víg þetta; ok med þeſſu ſkilr ſkipti þeirra *Illuga Svarta* ok *Aunundar* at *Mosfelli*. *Þorſteinn Eigilſon* gipti *Helgu* dottur ſína (o) þeim manni er *Þorkell* het, ok var *Hallkelsſon*, hann bió ut í (p) *Hraundal* (121), ok fór *Helga* til bws med hanum, ok vard hanum litt unnandi, þvi hon vard alldrei afhuga (q) *Gunnlaugi* þótt hann væri daudr; enn *Þorkell* var þó vaſkr madr at ſer, (ok) audigr at fe ok Skálld gott. Þau áttu börn ſaman eigi allfá; *Þorarin* het ſon þeirra ok *Þorſteinn*; ok enn fleyri börn áttu þau. Þat var hellzt gaman *Helgu*, at hon (r) rakti nidr Skyckiuna *Gunnlaugs*-naut, ok horfdi (s) á hana laungum. Ok eitt ſinn kom þar ſótt mikil á bæ þeirra *Þorkels* ok *Helgu*, ok (t) kraumuduz marger lengi. *Helga* tók þá ok þyngd, enn lá þó eigi. Ok einn laugar-aptan ſat *Helga* í ellda-ſkála, ok hneygdi (u) höfdi í kne *Þorkatli* bónda ſínum; hon let (x) ſækia ſkyckiuna *Gunnlaugs*-naut, ok er ſkyckian kom til hennar, þá ſettiz hon upp ok rakti ſkyckiuna fyrir ſer, ok horfdi á (hana) um ſtund, ok ſídan hne

(n) *id.* hiá. (o) *id. add.* er ſtunder lidu fram i. e. *aliqvo tempore interjecto.* (p) *Cod. Svec.* Hraunsdal. (q) *id.* Gunnlaugs. (r) *id.* rekti. (s) *id.* þar á. (t) *id.* krömduz. (u) *id.* höfud. (x) *id.* ſenda eptir ſkickiunni.

(cap. 42.), *Laxdæla-Saga* (cap. 93.), *Biarnar-Saga Hytdæla-Kappa* & plures, ſtationem navium in ſinu Hrutafiordo, & ſpeciatim *Laxdæla-Saga* (cap. 20. & 27.), *Olafs-Saga Tr. S.* (ed. Isl. Lib. II. p. 201.) & alii, portum *Bordeyri*, veteribus plurimum freqventatum, memorant. Viam autem montanam *Holtavördubeidi* Borgarfiordum & Hrutafiordum interjacere docet *Reyſe igiennem Island* p. 220-21.

Digitized by Google

tentrionem versus, per viam montanam Holltavörduheidi, *in* Hrutafiordum *tendit, &* Bordeyram *usqve, ad navem mercatorum, cum tantum non solvendo parati essent, pervenit. Utqve* Hrafnem *nauclerum, cum multis aliis tum forte in terra constitutum deprehendit, eum adeqvitans hasta transfixit, statimqve se inde, omnibus* Hrafnis *sociis repentino metu perculsis, proripuit. Nulla ob hanc cædem multa persoluta est; eumqve negotia, qvæ* Illugio nigro *cum* Aunundo Mosfellensi *fuerant, exitum habuere.* Thorsteinn Egillis filius *filiam suam* Helgam *nuptum dedit viro, nomine* Thorkeli, Hallkelis filio, *in* Hraundalo *habitanti, a qvo domum se deduci passa qvidem est, parum vero eum amavit, animum enim a* Gunnlaugo, *qvamvis mortuo, avertere unqvam potuit;* Thorkell *tamen vir erat strenuus, opibus affluens, & poëta egregius. Liberos susceperunt numero haud paucos, ex qvibus, ut plures omittam, uni filiorum* Thorarini, *alteri* Thorsteini *fuit nomen. Præcipua* Helgæ *oblectetio erat tunicam, qvam* Gunnlaugi *dono acceperat, explicare, oculosqve diu in ea defixos tenere. Accidit vero qvodam tempore, ut morbus gravis, qvi multos diu vexavit, villam* Thorkelis *&* Helgæ *invaderet, cum &* Helga *infirmitate qvadam occupabatur, non tamen decubuit. Qvadam autem saturni vespera in hypocausto sedens, caputqve in sinum mariti sui* Thorkelis *reclinans, tunicam a* Gunnlaugo *acceptam afferri curavit; utqve ei afferebatur, erecta, eam explicabat, & aliqvantisper intuebatur, post vero in* A. C. 1014

(120) Simile exemplum aliorum, qvos, inopina ducis cæde perculsos, animus & alacritas occisorem perseqvendi destituit, exhibet *Þordar-Saga Hredu* (ed. Isl. c. 2. pag. 60.) Regis Sigurdi Slefæ cædem describens.

(121) Hoc nomen duæ villæ in territorio Myrensi adhuc retinent, una in tractu *Hraunhrepp*, altèra in *Alftanesshrepp*, utraqve infra vallem *Hraundal*, qvæ ad montem *Skardsheidi* pertingit, sed sic utraqve, utpote montibus propior, non extra, sed intra, Borgam sita dici potest, nisi forte, ut in autore nostro alibi observare licet, respectu ad promontorium Snæfellsnes habito.

Digitized by Google

A. C. hne hon aptr í fáng bónda ſinum ok var þá (y) ör-end. *Þorkell* qvad þá víſo þeſſa.

(122) Hugda ek orms at armi
  (z) Armi góda mer tródu
(Gud brá (a) lióſrar líſi)
  Líns andada (b) mina.
Þó ek beidendur bidia
  Bliki þyngdar miklo,
Bót (c) fær ſyſt fyrir ſætu,
  Sutar ek veſſt í klutum.

Helga var til kyrkio færd, enn *Þorkell* bió þar epter, ok þótti aullom mikit fráfall *Helgu*, ſem van var at. Ok lykr her nú ſaugu *Gunnlaugs Ormstungu.*

(y) *id.* eyrend. (z) C. S. armgoda. (a) *id.* leydrar. (b) *al.* minna. (c) *al.* fæſt.

---

(122) In priori carminis parte ordo verborum receptus hic eſt: " Ek hugda mina líns tródu, mer armi góda [armgoda], andada at orms armi; Gud bra liſi lioſrar". i. e. *Putavi meam uxorem, mihi amplexu gratam, mortuam ad brachium ſerpentis; Deus abſtulit candidæ vitam.* Cum vero hæc explicatio omni difficultate carere non videatur, aliam addere lubet, varia lectione: *minna* (qvæ tamen unius tantum exemplaris chartacei auctoritate nititur) unice ſuffultam, hoc modo: ek hugda góda líns tródu andada [á] armi mer minna at Orms Armi i. e. *Credo bonam foeminam in brachio meo mortuam v. morientem amplexus Ormstungæ recordatam eſſe;* ſatis qvidem appoſite ad præcedentem narrationem, haud tamen absqve dubio, ob

duriorem

in sinum mariti, recidit tumqve exanimata est. *Tunc* Thorkell *hoc edidit carmen.* A. C.

Complexu amabilem rebar sociam thori
Serpentis gyro enectam tortili;
Sed tibi Deus ipse vitaliæ,
Candida lux mea, vincula solvit.
Nunc si vel prece coelicolas fatigem
Vel offeram grave pondus auri
Neqvaqvam redimam, par-ve hostimentum dabo;
Hinc caput atrato moerens obnubor peplo.

Helga, *omnibus, ut par erat, decessum ejus lugentibus, ad templum deportata est,* Thorkell *vero post eam ibi habitavit. Isqve jam historiæ* Gunnlaugi Ormstungæ *erit finis.*

---

duriorem qvæ inde emergere videtur, orationis conformationem. Ex posteriori parte, talis emergit ordo: "Þó ek bidia beidendur þyngdar miklu bliki, fær [fæst] syst bót fyrir sætu; ek vefst í sutar klutum". i. e. *qvamvis rogem rogatores multæ gravitatis auro, minime obtinebo indemnitatem (obtinebitur indemnitas) pro amica; (unde) ego involvor doloris fasciis;* duos autem ultimos versiculos, qvi in reliqvis omnibus Msstis desunt, unicum exemplar chartaceum suppeditavit, cujus lectionem retinere, qvam prorsus omittere, maluimus, qvamvis antiqvitate vix commendari possit. Dominus *Pauli*, animi gratia, defectum supplevit hoc modo:

Mun tíd ullr alla [þollr ævi]		*Omne ævum bellator*
Uvaknadrar stáls sakna	i. e.	*Nunqvam evigilaturam desiderabit*
vel		
Fækat ek lindi lauka		*Haud amplius foeminam*
Lífs vana meirr til kvanar	i. e.	*Vita carentem uxorem recipiam.*

Bb Anno-

Annotationes uberiores.

I. *De expositione infantum apud veteres Septentrionales, ejusqve causis*, ad pag. 36-37.

§. 1. *Expositionis iniqvitas, & prima origo ex antiqvo familiarum regimine, inprimis ex abusu patriæ potestatis.*

De rationibus juris, qvod in liberos parentibus est, variæ variorum juris naturalis scriptorum sententiæ prostant. Sunt, qvi, *factum generationis* fundamenti loco ponentes, liberos spectant vel ut suum parentum acqvisitum, vel ut portiones corporis parentum. Sunt, qvi *pactum* inter parentes & liberos *tacitum*, vel *consensum* liberorum *præsumtum* hic introducunt. Sunt deniqve, qvi ad *voluntatom divinam*, ad *imperium familiæ*, vel *domus dominium* patribus matribusqve familias competens, ad *officia humanitatis* & *socialitatis*, multaqve alia provocant. Qvo jure singula disputentur nihil fere hic interest. Sed si ad *carnem & sangvinem*, generationis ope, parentibus & liberis *communem* respiciamus, manifestum facile evadit, omnes illas parentum actiones, qvæ ad vitam liberis citra noxam eripiendam tendunt, amori prolis naturali, & proprio, e diametro repugnare. Si patriæ potestatis ratio in *consensu præsumto* qværatur, liberi in mortem, sine ulla sua culpa, sceleratis parentum manibus properandam consensisse præsumi nunqvam poterunt. Si qvæ in liberos potestas, *voluntate divina*, parentibus, per generationem delata agnoscatur, fini generationis, qvi speciei humanæ propagatio & conservatio est, conformis censeatur oportet. *Imperium familiæ*, si ejus exercitium, justum, ut esse debet, haberi possit, non tantum publicum s. commune familiæ, sed &, nisi forte vel poenalis ratio, vel alia æqve prægnans necessitas obstet, privatum singulorum ejus membrorum bonum semper ob oculos habendum esse postulat, eoqve ipso nulli immeritæ læsioni locum concedit. *Humanitatis & socialitatis officia* jura hominum connata, & in his vitam, corporisqve & membrorum integritatem, obligationis etiam perfectæ vinculo liberis asserunt. *Finis* deniqve *imperii paterni*, in se spectati, jus tantum dat ad ea, qvæ felicitas sobolis reqvirit. Hæc autem omnia cum absqve jure vitæ & necis in liberos facile obtineri possint, cumqve horum cædes, vel tantum attentata, omnibus,

qvæ

Digitized by Google

qvæ salva ratione cogitari possunt, imperii paterni causis repugnet; recte qvidem juris naturalis doctores jamdudum observarunt, potestatem patriam lege naturali eo haudqvaqvam extendi, ut prolem, vel intra viscera materna adhuc latentem, elidere, vel in lucem editam, abjicere & necare fas sit. Ast, si vetustissimos patresfamilias, ante civitates conditas, in statu, ut ajunt, naturali adhuc viventes consideremus, summum eos & vere regium, qvod jus delicta, vel morte, puniendi continet, in subjectam familiam imperium, naturali etiam ratione constitutum, exercuisse deprehendimus. Si eosdem porro, post civitates conditas, in societates civiles nuper collectos spectemus, jurisdictionem domesticam, etiam criminalem, libertate naturali, qvam limitata valde & debilis imperantium potestas penitus convellere statim non potuit, subnixam, aliqvamdiu eis relictam esse, vel solis veterum Romanorum exemplis, præter multos alios, a perill. *Coccejo* (a) notatis, satis docemur. Imo, ut apud Romanos patria potestas, (qvatenus dominium, vi cujus liberi rerum, licet mancipi, loco erant, vel continebat, vel saltem supponebat), originem dedit juri vitæ & necis, qvod patres olim in liberos tanta sæpius sævitia exercuisse legimus; ita nullum esse potest dubium, qvin ea apud alios etiam populos, inprimis feros & militares, si non in dominium veri nominis, certe in tyrannidem tandem degeneraverit. Primo enim omnes haud gravate fatebuntur, qvod parentum ferocia, ad imperii, natura vel usu concessi, abusum sic satis prona, juris & æqvi terminos facillime excedere potuerit, inprimis ubi eam, vel avita superstitio, vel falsa errantis philosophiæ placita, vel semibarbaræ nondum rite ordinati status rationes, vel id genus alia, fovebant. Deinde etiam gentium qvam plurimarum exempla clarissime testantur, eo demum insolentiæ vere provectam esse, ut non solum liberos, qvi, unde alerentur, non habuerunt, ut & infirmos, deformes, infausto, ut credebatur, omine, & furtim extra matrimonium s incerto patre susceptos; sed etiam omnium copia instructos, integros, formosos, nec non legitimos, a matre adhuc rubentes, ob levissimas interdum causas, more plusqvam inhumano, projectos exposuerint. Ita ergo expositio infantum patriæ potestati, per abusum libertatis naturalis in licentiam versæ, primam debet originem; progressum vero & tolerantiam, in antiqvis civitatibus, defecti-

(a) Syst. Just. nat. L. III. c. 3. & 4. ed. Hal. 1748. p. 140. & 165-67.

Digitized by Google

bus & vitiis regiminis publici, & in his maxime potestatis imperantium, qvæ in cogendo versatur, infirmitati. Accesserunt præterea aliæ etiam causæ; diversæ qvidem aliqva ex parte, pro varia locorum conditione, variisqve institutis; ex alia vero ubiqve eædem, vel similes, qvatenus natura omnibus hominibus communis eundem producere solet cogitandi & agendi modum, ubicunqve eædem vel similes circumstantiæ adsunt.

§. 2. *Expositionis apud populos qvam plurimos usus.*

Omnium, qvas infantes exposuisse historici commemorant, gentium numerum inire, nec præsentis instituti, nec magnæ est utilitatis; nam vix, ac ne vix qvidem, inde erui poterit, qvæ talem sævitiam, funesto aliis exemplo, prima exercuerit. Antiqvissimum, qvâ qvidem hodie constat, expositionis documentum infantes Israelitarum, Rege Ægypti jubente, expositi præbent, qvo & qvidam eruditorum permoti, Ægyptios primos immanis hujus consvetudinis autores statuunt. Eandem, anteqvam ad Græcos penetraret, apud qvosdam Asiæ populos in usu fuisse, varia svadent, ex qvibus tamen nulla vel originis vel progressus certitudo. Græcorum circa eam mores & instituta, post alios *Henricus Augustus Zeibichius*, ex scriptoribus antiqvis, maxime Evripidis Jone dudum illustravit (b); Romanorum vero, qvi Græcos hic ut sæpius secuti sunt, Jurisconsulti haud pauci, & in his præ ceteris *Ger. Noodtius* (c) & *Corn. Bynkershoekius* (d) singularibus libris operose exposuerunt. Nec dubium esse potest, qvin multi occidentalis Evropæ populi, inprimis anteqvam religioni christianæ nomen dederunt, similis fere in liberos impietatis merito sint postulandi. Nam licet *Claudiani*, *Juliani Imperatoris*, & aliorum, qvi Celtas antiqvos infantes recens natos in aqvas & fluvios, inprimis in Rhenum, projecisse narrant, ut, qvi natarent, legitimos, qvi vero submergerentur, spurios, agnoscerent,

---

(b) Commentat. Academica Wittemb. 1755. edita.

(c) Tam libro singulari, qvem *Julium Paulum* inscripsit, qvam in *amica responsione*, qva hunc contra Bynkershoekium defendit.

(d) In *Opusc. de jure occid. vend. & exponendi liberos*, nec non in *Curis secundis* prædictæ Noodtii Responsioni oppositis.

Digitized by Google

noſcerent, teſtimonia Céleb. *Schützius* (e), non de expoſitione, ſed de baptismi vel luſtrationis gentilis ritu, perverſe ab illis explicato, & in ignominiam populi, haud ſatis cogniti, detorto, aliiqve eruditorum aliter, intelligenda eſſe putaverint; &, præter alios, *Cleſſelius*, Taciti auctoritate maxime nixus, expoſitionem infantum veteribus Germanis haudqvaqvam probatam, aut ex gentis conſvetudine admiſſam, ſed maximi contra flagitii loco habitam fuiſſe contendat (f); ſatis tamen evidenter *Heineccius* (g) probaſſe nobis videtur, Friſios eam aliqvamdiu permiſiſſe; idqve pluribus etiam veteris Germaniæ populis, dum religioni ethnicæ adhuc addicti erant, uſu veniſſe, vel ideo ſuſpicari licet, qvod pleræqve poenæ, qvas poſteriores qvorundam leges & mores vel ipſi expoſitioni, vel cognatis criminibus, ſtatuiſſe reperiuntur, originem eccleſiaſticam haud obſcure prodant. De populis vero ſeptentrionalibus, Danis, Svecis, & Norvegis, qvorum ultimi impiam hanc conſvetudinem una cum ipſis incolis in Islandiam traduxerunt, eo minori dubio hic locus eſt, qvo plura liberorum expoſitorum indicia non tantum hiſtoriæ, ſed etiam leges ſeptentrionis ſubminiſtrant.

§. 3. *Expoſitionis apud veteres ſeptentrionales, adhuc ethnicos, præcipua cauſa, moribus tantum probata.*

Prima expoſitionis infantum, apud veteres ſeptentrionales, origo, omnisqve apud eos, adhuc ethnicos, uſus ex antiqvo familiarum jure & regimine pendet. Ut autem hoc, anteqvam Chriſtiana ſacra amplexi ſunt, ſoli ipſorum patrumfamilias arbitrio maxima ex parte relictum, imo omni fere imperio civili ſolutum fuit; ita mirum non eſt multos tunc temporis inter eos inventos eſſe, qvi nullo fere diſcrimine habito, liberos, ſi modo illis, vel ob conjugis, parentum, nataliumve odium, vel ob formam ſexumve, vel ob malum qvoddam omen, vel ob aliam qvamlibet, ſæpius etiam leviſſimam, rationem diſplicerent,

 exponi

(e) In Progr. 1756. edito ſub Tit. Beurtheil. einer den alt. Nord. und Deutſchen Völck. angedichteten unnatürl. Grauſamkeit gegen ihre Kinder.

(f) Ant. Germ. cap. 2. §. 4. p. 87. ſeqv.

(g) Elem. Jur. Germ. ant. Lib. II. Tit. 27. §. 299. conſ. L. Friſion. in Corp. Jur. Germ. ant. ex ed. *P. Georgiſch* Tit. V. 1. p. 418.

Digitized by Google

exponi curaverunt. Longa hic injuria longæqve ambages. Præcipua tamen haud paucis tanti flagitii causa fuit *vindictæ cupido*, qvo iterum referri potest *malus maritorum in uxores animus*, qvalem Asbiorni Islando, uxori, qvod, illo inscio, filiam mercatori Norvego desponsaverat, irato, causam dedisse, ut filium, qvem proximum peperit, exponi juberet, *Finnbogi robusti Vita* (h) his verbis narrat: " þat var mer í hug, er þú feckz í hendur Skída austmanni „ þornyu dottur mína, án minnar vitundar, at ek skyllda ecki fleyri börn upp„ ala til þess, at þú giæfer í burt fyrir utan minn vilia ". i. e. *Ea mihi, cum filiam meam Thornyam, me inscio, Skidio Norvego tradidisti, mens fuit, me plures liberos, qvos, me inconsulto, aliis donares, educaturum non esse. Hordi & Holmensium Vita* (i) *odium in parentes* expositorum addit, de Torfio Valbrandi filio (etiam Islando) referens, qvod implacabili in Grimkelem, qvi sororem ejus Signyam, eo inconsulto, uxorem acceperat, incensus odio, ut eam ex difficili partu mortuam comperit, *tanta ira excanduerit, ut filiam, qvam pepererat, exponi mandaret, atqve ideo alumno suo Sigurdo traderet, in fluvium Reykiadalsa projiciendam & submergendam.* Id enim fecisse putandus est, non tam dolore permotus, qvod partus sororis vita-staret, qvam multo magis, ut odium & cupidum vindictæ animum Grimkelis orbitate pasceret, suum in eum contemtum declararet, & gravissimo eum dedecore afficeret, qvo inprimis respiciens autor laudatus conceptis verbis addit: *qvod Grimkelem, puellæ patrem, omnem hanc ignominiam promeruisse censuerit:* (" qvad „ Grimkel födur barnsins verdann slíkrar svyvirdingar "); qvâ etiam ex ratione Gudbrandus Norvegus, divortio a filia Asta, qvod gener Haraldus animo agitaverat, offensus, *Olai Sancti Vita* apud *Verelium* (k) referente, infantem hujus filium exponendum decrevit, *Haraldum indignum judicans, cui prolem nutriret* (" nú vill Gudbrandr lata bera ut barnet, ok qvadz eigi vilia fæda Ha„ ralldi barn "). Aliis *sinistra de parentum indole*, unde infantem, si viveret, labem qvandam contracturum metuebant, *judicia* expositionis causam præbuisse *Hervarar-Saga* (l) indicat, *multos fuisse* perhibens, *qvi, ne filia*, qvam

Svafa,

(h) Cap. 2.
(i) Cap. 7. ed. Isl. p. 77-78.
(k) Not. in Hist. Hervoræ pag. 87.
(l) Ed. Verel. c. 6. p. 84.

Digitized by Google

Svafa, Biartmaris Aldeioburgi in Rusſia Comitis filia ex Angantyre pepererat, *educaretur obteſtati ſunt, muliebri animo vix futuram augurati, ſi avos paternos, gigantea ſtirpe prognatos, referret.* Plures tamen majorum, *ignominiam, qva familiæ, vel per ipſam liberorum qvorundam nativitatem, vel ejus occaſione affici forte videbantur,* juſtam ſatis æſtimaſſe expoſitionis cauſam, facile credi poteſt, cum militare vitæ genus, qvod ſecuti ſunt, eos bonæ famæ & gloriæ, etiam præ ipſa vita, ſtudioſos effecerit, originaria vero apud eos regiminis forma, qvæ domeſtico patrumfamilias imperio maxime continebatur, familiarum dignitatem omni niſu conſervandam ſuggeſſerit. Certe Thorkelem Geiteris filium, nobilem Islandum, ubi Ivar Liomius Norvegus, ſororem ejus Oddniam, qvam ſtupraverat, non tantum uxorem ducere abnuit, ſed dicteriis etiam proſcidit, tam dedecore familiæ ita illato, qvam odio in Ivarem permotum, filium, qvem oddnia peperit, exponi juſſiſſe, ſervoqve ſuo Freyſteini perimendum tradidiſſe *Olai Tryggvini* Norvegiæ Regis *Vita* (m) docet. Idemqve *Vatnsdalenſium Hiſtoria* ulterius adſtruit (n) exemplo uxoris Thorgrimi de Kormsſa, qvæ marito perſvaſit, ut filius, qvem ex pellice ſuſceperat, exponeretur, non tam qvod mariti cum hac conſvetudinem deteſtaretur, qvam multo magis, qvod indignum judicaret, pellicis filium in familia educari. Ex qvibus & ſimilibus aliorum exemplis facile perſpicitur, hoc fati maxime manſiſſe *liberos ex ſervabus, concubinis, foeminarum nobilium ſtupro, nec non inceſto cognatorum concubitu ſuſceptos;* idqve partim ne talium convictus illatum familiæ dolorem qvotidie renovaret, partim ne alieni & ignobiles partus in jura familiarum aliqvando intruderentur, partim deniqve ne ulla illiciti amoris memoria permaneret. Nec mera hæc conjectura. Clarisſime enim *Olai Tryggvini Vita* (o) teſtatur Arnfinnum Saxoniæ, ſ. verius Holſatiæ, Comitem, inceſtus cum ſorore commisſi pudore ductum, talibus de cauſis multo ſtudio id egiſſe, ut foetus, qvem ex eo conceperat, nativitas celaretur, natusqve exponeretur;

(m) Ed. Isl. Lib. II. p. 22 23. conf. *Thorſteinis Tauripedis vita*, qvæ etiam ſeparatim extat, a S. V. *Johannæo* Hiſt. Eccl. Isl. T. I. p. 69. not. laudata.

(n) Cap. 35. conf. *Torf.* Hiſt. Orcad. Lib. I. c. 10. p. 30.

(o) Ed. Isl. Lib. I. pag. 7. conf. *Heimskringl.* ed. Sv. T. I. p. 223. & ex his *Sperling.* de bapt. ethn. p. 159. nec non *Cleffel.* Ant. Germ. p. 92.

Digitized by Google

neretur; Eumqve veterum morem recte satis descripsit *Fabulæ de Samsone formoso autor* (p), de Gudmundo Glæsisvallensium Rege referens, qvod, lege inductus, qvæ Glæsisvallis obtinuit: *ne* scilicet *Rex vel alius qvispiam, extra legitimum matrimonium liberos procrearet; qviqve secus faceret, opibus ac regno exueretur, spurius vero cum omnibus posteris perpetuæ servituti addiceretur:* filium naturalem, in expeditione Jotunheimica susceptum, servis tradiderit, mandato addito, ut in terram deportarent, & diligenter curarent, *ne sibi opprobrio vel ignominiæ foret.* Qvod autem ad *Sperlingii* opinionem attinet, satis causæ majoribus nostris, cur liberos exponerent, & pro suis non agnoscerent, visum esse statuentis (q), *si pusillo corpore nascerentur;* concedere qvidem debemus, eam aliorum populorum militarium exemplis haud parum corroborari. Ita enim Lacedæmonii, qvod Sparta, nullis moenibus cincta, viros postularet singulari virtute præditos, infantes, qvi infirmo corpore nascebantur, exposuerunt. Ita enim Aristoteles civibus suis præcepit, ut mutilos partus exponerent. Nec prorsus dissimilia Romanorum instituta fuisse, Romuli lege, a *Dionysio Halicarnassensi* relata, docemur. Accedit, qvod innumeris fere veterum autorum testimoniis constet, priscos borales, ut imperterriti animi, ita robusti & proceri corporis maximam semper rationem habuisse; unde facile creditu, parvitatem corporis & infirmitatem satis prægnantem illis haberi potuisse expositionis causam; inprimis cum, certissimo opinionis domesticæ indicio, in proverbium fere apud eos abierit, *animum pusillum & nullius momenti corpori debili & parvo inesse* ("hugur man fylgia vexti") (r). Attamen cum evidens non succurrat testimonium, qvod hæc eis expositionis causa usu vere venerit, prædictam *Sperlingii* sententiam, qvanta cunqve se cetera specie commendet, lubentes in medio relinqvimus. Certius vero est, qvod *superstitio*, inprimis *mala omina*, infantum apud eos expositioni caussam sæpius dederint. Infausto autem omine nati censebantur infantes, de qvibus aut per somnia, aut per vaticinia, molestum qvid vel luctuosum parentibus forte prædictum erat; qvo Helgæ Thorsteinis filiæ exemplum pertinet, qvam a patre,

(p) Ed. Biörneri cap. 14. pag. 22.
(q) De laude Boreæ pag. 148.
(r) *Vatnsdala-Saga* cap. 2.

Digitized by Google

patre, duos magni nominis viros, de ejus nuptiis, conflictu, ambobus fatali, decertaturos esse, per somnium monito, exponi jussam esse autor noster docet (s). Longe tamen maximæ hac in re superstitionis documentum præbuit sacrorum ethnicorum in Islandia antistes Liotus, qvem, pro annonæ ubertate reducenda, expositionem infantum solenniter vovendam svasisse *Viga-Skuto-Saga* (t), his verbis narrat: "Liotr Godi villdi þvi láta heita, at gefa til hofs, enn „bera ut börn, ok drepa gamalmenni; Askeli þótti þat úmæliligt, ok qvad „ engann lut batna mundo vid þat heit". i. e. *Liotus pontifex vovendum censuit, ut donaria ad delubra conferrentur, infantes exponerentur, & homines senio decrepiti occiderentur; id vero Askeli* (alteri Pontifici), *qvippe qvi nullam rem tali voto in meliorem statum redituram judicavit, nefarium videbatur.* De omnibus autem, qvas hactenus recensuimus, & pluribus forte, qvæ ad nostram memoriam non pervenerunt, expositionis apud majores nostros, adhuc ethnicos, causis, universim notandum est, qvod nulla harum legibus probata fuisse reperiatur; unde eas ex sola patrumfamilias voluntate pependisse, jure credi potest. Horum vero sævitiam hac in re tantam sæpissime fuisse, ut familiares, licet maxime volentes, a crudeli proposito eos revocare neqvaqvam valuerint, supra memorata Sigurdi & Freysteinis exempla satis clare innuunt, qvatenus prior, *Holmveria-Saga* teste (u), expositionem filiæ Grimkelis, sibi commissam, *qvamvis factum scelestum* merito *judicaret, Torfio tamen negare haudqvaqvam sustinuit*, certo qvippe prævidens, impune negari non potuisse; posterior vero, *Olai Tryggvini Vita* (x) perhibente, *qvamvis maxime invitus, Thorkelis tamen iræ tandem cedere, filiumqve Ivaris exponendum auferre, coactus est.* Imo qvod ne ipsis qvidem uxoribus pertinaciter obniti, multoqve minus imperata hac in parte aperte impedire integrum fuerit, præter minationem Thorsteinis, autori nostro (y) memoratam:

(s) Cap. 2. & 3.
(t) Cap. 7.
(u) Loc. cit. p. 77.
(x) Etiam l. cit. p. 23.
(y) Cap. 3. p. 36. 37.

Digitized by Google

tam: *haud bene uxori successurum, si mandatum de filia exponenda ab eo datum insuper haberetur: Finnbogi robusti Vita* satis declarat, de Thorgerda referens tam cap. 2. (z), qvod expositionem filii omittere ausa non sit, *cum mariti iram non aliter declinari posse sciret;* qvam post cap. 6. qvod Thorgeiri, expositi filii causam qværenti, responderit: *se ob iram mariti & crudelitatem secus facere haudqvaqvam sustinuisse:* („at hon þordi ecki annat fyrir „reidi ok grimmleik bonda sins"). Unde facile patet, maximam omnino, apud veteres septentrionales, qvamdiu religioni ethnicæ dediti erant, liberos exponendi licentiam invaluisse.

§. 4. *Qvinam infantes ab ea immunes fuerint, talisque immunitatis rationes, & aliæ observationes huc pertinentes.*

Sed qvantacunqve hæc licentia fuit, infantes tamen, ut ethnico more baptisati s. aqva lustrali tincti fuerunt, ab ea immunes fuisse, expositorum exempla, qvæ hactenus retulimus, nullum horum ante, omnes vero demum post, expositionem, ubi vel ab ipsis parentibus, vel ab aliis nutriendi suscipiebantur, lustratos esse indicantia eo magis svadent, cum ex *Landnama-Sagæ* relatione (a), a multis dudum laudata (b), præterea constet, optimatis Norvegici Asgrimi filium, a patre primo exponi jussum, baptisatum vel lustratum demum fuisse, postqvam eum parentes educare decreverant; qvibus deniqve luculentissimum accedit *Hordi & Holmensium Vitæ* testimonium (c), de Torfio referentis, qvod, qvamvis filiam Grimkelis, qvam exponi jusserat, servatam esse ægerrime ferret, a se tamen impetrare haudqvaqvam potuerit, ut eam occideret, postqvam lustratam comperit, idqve *qvia tunc temporis nefaria cædes habebatur infantes necare* (exponere), *postqvam lustrati erant* („þviat þat var þá mord „kallat (halldit), at drepa (bera ut) börn, þá (upp frá því) þau varo vatni ausin").

Unde

(z) a Cel. *Johanneo* Hist. Eccl. Isl. T. I. p. 69. not. laudato, ubi tamen in ed. 1. pro: *Asmundi* legendum *Asbiornis*, &: pro *brodur* i. e. fratris, *bonda* i. e. mariti.

(a) Ed. Isl. Lib. V. c. 6. p. 158.

(b) e. g. *Sperling*. de Bapt. ethn. p. 151. 152. *Cleffel* ant. Germ. p. 92. 93. *Paus* Collect. Legg. Norv. T. I. p. 32.

(c) Loc. supra cit. pag. 78.

Digitized by Google

Unde si dubium forte subnasceretur, alendusne esset infans, an projiciendus, lustrationem, donec certum nutriendi consilium caperetur, differre majores nostri solebant, qvomodo Torfius, eadem historia testante (d), *permittere noluerat, ut prædicta Grimkelis filia*, qvippe qvam, si mater in vitæ discrimen adducta moreretur, exponere decreverat, *lustraretur, anteqvam de exitu morbi certior fieret.* Hujus autem lustratorum immunitatis ratio in æstimatione baptismi gentilis morali & civili sita est. Ut enim *Sperlingii* assertio (e), qvod eum majores nostri securitatem a vulneribus morteqve cruenta præstare crediderint, admitti non potest, cum hunc effectum non vulgari s. communi, sed magicæ tantum lustrationi vel aspersioni adscriptum fuisse, *Arnkielius* (f), & alii rectius docuerint; ita, ipso etiam *Sperlingio* consentiente (g), extra omnem dubitationem positum est, baptismum s. lustrationem gentilium vulgarem ritum fuisse sacrum, qvo recens nati Diis aqvarum præsidibus, qvi locorum & familiarum tutelares etiam habiti sunt, solenniter dedicabantur. Qvemadmodum sacrorum tam publicorum qvam domesticorum per hunc actum participes primum fieri credebantur, sic eos etiam nomen, statum, personam juraqve personalia familiæ & civitatis per eum primum ita acqvirere & induere creditos esse, ut violentas eis manus post inferre sacrilegium esset, ipsa hujus rei natura postulat; idqve solennis nominis impositio, qvæ lustrationi semper accessit (h), exponendis vero, utpote non lustratis, denegabatur, ulterius confirmat. Ex qvibus porro seqvitur, infantes recens natos, ante lustrationem, pro domus aut reipublicæ parte habitos non fuisse, sed multo magis pro re tantum, eaqve profana, communisqve juris, de qva pater, ut dominus, pro lubitu disponere, qvamqve, ut libuit, servare aut perdere potuit; unde iterum nova, ex ipsis religionis ethnicæ mysteriis ducta, ratio apparet, cur majores nostri, qvamdiu ethnici fuerant, tantum sibi in infantes, nondum lustratos, licere crediderunt. Ritum vero solennem, infantes recens natos in terram sistendi, ut

(d) Loc. cit. pag. 77.
(e) De Bapt. ethn. p. 206.
(f) Cimbr. Heyd. Relig. L. I. c. 40. §. 7.
(g) Loc. cit. pag. 40. 56.
(h) Cf. *Sperling* l. c. p. 163. & *Cluver.* Ant. Germ. c. 2. §. 9. p. 108.

huic omnium matri qvasi consecrarentur, qvem exteris perqvam familiarem fuisse *Gudius* præ ceteris magno testimoniorum apparatu adstruxit (i), in septentrione nostro multum olim increbuisse, merito dubitamus, cum veteres historiæ, alios circa puerperium ritus passim satis operose describentes, nullam hujus, qvantum qvidem meminimus, mentionem injiciant, nisi forte eo pertineant *autoris* nostri (k) & *Landnama-Sagæ* (l) relationes, qvarum prior *foeminas*, *Josfridæ obstetricantes*, *filiam recens natam ei excipiendam obtulisse*; posterior vero *filium*, *cujus expositionem pater decreverat*, *humi depositum fuisse*, testatur. Si autem vel maxime, etiam de nostris, vi testimonii nuperrime laudati, vel aliorum forte ei similium, vera haberi possit *Gudii* sententia (m): *qvod statione & sublevatione infantis facta, auspicia simul fieri veteres curaverint*, *alendusne an projiciendus esset*; supradicta tamen satis evincunt, de nostris neqvaqvam affirmari posse, qvod infantes etiam *ante levationem*, vel consilium de alendis captum, *lustraverint* (n), qvemadmodum nec id *Gudius* de exteris probavit. Sed sublationem in genu vel gremium nostris partim, ut exteris, educationis, partim etiam adoptionis signum fuisse, in confesso est (o).

§. 5. *Locus, & habitus, qvo infantes apud eos exponi solebant.*

Qvi eo in humanitatis progressi sunt, ut suos vel aliorum liberos exponi juberent, parum solliciti fuerunt, qvo loco, qvove habitu exponerentur. Jam enim *foveas* eo fine fodi curarunt, ut ibi perituri deponerentur (p), jam vero,

---

(i) In Differt. de hoc ritu, operi, qvod *Paganum Christianorum laudatorem* inscripsit, ed. Lisp. 1741. p. 263. subjuncta.
(k) Cap. 3. p. 38. 39.
(l) Loc. cit. pag. 158.
(m) Diss. cit. Sect. I. §. 5.
(n) Loc. cit. Sect. II. §. 13.
(o) Conf. *Cleffel.* Ant. Germ. c. 2. §. 7. p. 105.
(p) Conf. *Olai Sancti Vit.* apud *Verelium*, nec non *Landnama-Sag.* locis supra §. 3. & 4. laudatis.

Digitized by Google

vero, qvo certius perirent, in *aqvas* vel *fluvios* projici jusserunt (q). Verum servi & alii tenuioris conditionis homines, qvibus exponendi negotium committebatur, ipsis sæpissime parentibus & dominis mitiores, & deplorandam tenelli infantis sortem miserti, qva potuere cura prospicere solebant, ne vel statim moreretur, vel feris & volucribus rapacibus præda fieret; unde expositum, haudqvaqvam nudum, sed fasciis studiose involutum, inprimis vero capite & facie, ad depellendam aeris inclementiam probe velatis, non in agris promiscue, sed vel prope villas & vias publicas, vel in sylvis proximis, per qvas ultro citroqve commeantibus qvotidie eundum erat, deposuerunt, qvo scilicet facilius ab aliis inveniri, & in vivis servari posset; tumqve arbustis & virgultis diligenter muniverunt, interdumqve lapides, adversus ferarum vim, undiqve circumposuerunt, &, ne maturi auxilii defectu, fame periret, offam lardi, aut id genus aliqvid, qvo sugendo vita qvam diutissime toleraretur, ori indiderunt. Ita certe Sigurdus Grimkelis filiam, a Torfio exponi jussam, *ad villam Signyarstadas detulit, & in porta sepimenti deposuit, brevi*, ut optavit, *repertum iri sperans* (r). Ita porro filius Asbiornis, ab iis, qvibus mandatum de exponendo datum erat, *extra villam elatus, offa lardi ori indita, inter duos lapides, qvibus saxum planum magnæ molis superimponebatur, depositus* perhibetur (s). Ita deniqve Freysteinn Ivaris & Oddnyæ filium, Thorkelis jussu exponendum, in *sylvam portavit, offaqve, qvam sugeret, ori immissa, panno probe involutum, in latibulo, sub arboris cujusdam radicibus qvam potuit diligentissime composito & circumcincto, reposuit* (t). Qvæ ulterius adhuc illustrant *Olai Tryggvini Vitæ* & *Vatnsdalensium Historiæ* narrationes, qvarum prior (u), Arnfinni Comitis filium, tali fere habitu, *sub radicibus arboris in sylva reconditum;* posterior vero (x), Thorgrimi Kormsäensis

 filium,

(q) Conf. *Hordi & Holmens. Vit.* supra §. 3. & a S. V. *Johanneo* Hist. Eccl. Isl. T. I. p. 70. laudata.

(r) *Hordi & Holmens. Vita* l. supra cit.

(s) *Finnbogi robusti Vita* cap. 2. a. S. V. *Johanneo* l. c. p. 69. etiam laudata.

(t) Conf. *Thorsteinis Tauripedis Vitam* apud S. V. *Johannæum* l. c. nec non *Ol. Trygg. Vit.* ed. Isl. Lib. II. p. 23.

(u) Ed. Isl. Lib. I. p. 70. cf. S. V. *Johann.* p. 69 - 70.

(x) Cap. 35.

Digitized by Google

filium, qvi expositus fuerat, ita repertum testatur: "Sáu þeir, at breidt hafdi, „verit fyrir anlit því [barninu], ok krafladi frá nösum ser, ok var þá nær ko- „mit at bana". i. e. *Viderunt faciem velamine tectam fuisse, qvod ubi infans a naribus amovere tentaverat, poene suffocatus erat;* plene autem confirmant loqvendi formulæ, S. V. *Johannæo* recte observante (y), ex antiqvis circa expositionem moribus ortæ, qvibus posteriorum seculorum Leges totum hoc negotium describere solent, qvippe qvæ expositos violenta morte vulgo non affectos, sed multo magis fasciis obligatos, aut saltem diligenter satis reconditos, atqve ita sibi ipsis relictos esse, indicant. Præ ceteris tamen hac in re mitior fuit liberorum conditio, qvi non tam crudelitate, qvam necessitate qvadam exponebantur, qvippe qvibus, si illustri genere nati essent, non fasciæ tantum, sat interdum splendidæ, dari, sed & aurum, argentum, vel aliæ res pretiosæ (γνωρίσματα Græci, Latini *monimenta* vocant) præterea adjici solebant, qvo facilius infans ab aliis, qvi eum forte reperirent, natalium splendorem hinc auguraturis, susciperetur, & a suis olim, si servari & educari contingeret, monimento exhibito, agnosceretur; cujus rei luculentum testimonium exhibet *Olai Tryggvini Vita* (z), qvæ prædictum Arnfinni Comitis filium, ubi repertus est, *fasciis holosericis involutum, & præterea tænia sericea, nodo, qvæ ortugum, i. e. tertiam partem, unciæ auri continebat, in fronte constricta, caput redimitum* fuisse perhibet; eumqve veterum morem *Fabulæ de Samsone formoso* autor, Godmundi Regis filium, non solum annulo aureo adjecto expositum, sed & post, hoc exhibito, a patre agnitum narrans (a), satis perspectum habuit. Nec omnino mirum est, qvod interdum homines tenuissimæ sortis, liberos, qvos viri dignitate & potentia præstantes exponi curarunt, suscipere & alere ausi sint. Sæpissime enim, ut vel indignationis impetus, vel pudor, vel alia, qvæ expositioni causam dederant, temporis lapsu evanuerant, & expositi jamtum ab aliis suscepti vel educati fuerunt, qvi eos initio exponi curaverant, postliminio qvasi ad se redeuntes, non tantum pro suis libenter agnoscere, sed maximas etiam, tam his, qvi expositos educaverant, qvam illis, qvi feriam vitæ

(y) Hist. Eccles. Island. T. I. p. 71-72. not.
(z) Loco supra cit.
(a) Ed. *Biörneri* cap. 14. p. 22. & cap. 18. p. 29.

vitæ servandæ curam exponendis probaverant, gratias habere solebant. Ita ut idem fere eis usu veniret, qvod Thorgilsi Orrabeinis alumno, in disertis Grönlandiæ constituto, qvem, desperata ob victus inopiam salute, filium, qvem longa fame tabescere pati non potuit, occidi a sociis jussisse; ast brevi ad se redeuntem, eosqve mandato non paruisse admodum lætatum, magnas eis, qvod filium servaverant, gratias egisse *Floamanna-Saga* (b) docet.

§. 6. *Expositio Legibus ethnicorum, inprimis Islandorum & Norvegorum, qvousqve & qvamdiu permissa.*

Hæc de modo infantes exponendi memorasse sufficiat. Causis autem expositionis, moribus veterum septentrionalium, adhuc ethnicorum, probatis (§. 3.) nova apud Islandos accessit, *paupertas* nempe, rudiori reipublicæ Legumqve constitutioni, qvippe qvæ nec pecuniam in pauperum sustentationem conferri ab initio jusserant, nec cetera opulentiores ad eos sublevandos satis obstrinxerant, adscribenda. Cum enim hoc pacto liberi, qvos parentes alere non potuerunt, ditioribus sublevandi vel nutriendi jure imponi neqvaqvam possent, pauperibus, qvos magnus liberorum numerus gravabat, qvem reipublicæ oneri fore periculum fuit, permitti necesse erat, ut, qvos ipsi nutrire non potuerunt, exponerent. *Consvetudine* tantum vel *usu* hoc receptum fuisse, innuere videtur *autor* noster (c), *morem qvendam* vel *qvorundam* hunc fuisse scribens; neqve id male, si primæ ejus originis ratio habeatur. Inde autem suspicio haud absurda oriri posset, expositionem, qvatenus hac ex causa fiebat, accuratius dici toleratam tantum vel impunem fuisse, qvam permissam legibus, vel probatam. Ast qvod *Legibus* etiam vere probata fuerit clare satis indicat *Thorsteinis Tauripedis Vita* cujus verba *Codex Flateyensis* (d), ita exhibet: "Þat varo þá „lög í þann tima, at ut skylldi bera urikra manna börn, ef villdi, ok þótti þó „eigi vel giört". i. e. *LEX erat eo tempore* (vergente seculo decimo), *ut pauperum liberi, si ita placeret, exponerentur, qvod tamen factum turpitudinis*

(b) Cap. 24.
(c) Cap. 3. p. 36-37.
(d) In *Olai Trygg. Vita* ed. Island. Lib. II. p. 23.

Digitized by Google

tudinis nota non caruit. Accedunt omni majores exceptione testes *Arius Polyhistor* (e), *Kristni-Saga* (f), *Olafs-Saga Tryggvasonar* (g), & *Snorro Sturlæus* (h), qvi omnes uno ore non tantum *Legem* vocant, sed etiam docent, qvod Thorgeir Liosavatnensis, novam de religione Christiana publice recipienda legem anno Christi 1000 perferens, veterem illam de infantum expositione statim abrogare ausus non sit, sed hanc expresse ratam habere necessum duxerit; idqve (ut *Olafs-Saga* reliqvorum hac de re narrationibus addit) *qvia illos, qvi religioni christianæ maxime obstiterant, capere non posse novit, qvî consistere posset, omnes, qvi nascerentur, tam pauperum, qvam divitum, liberos educari; & tamen nihilominus rerum, qvæ partem alimentorum haud minimam incolis eousqve subministraverant* (carnis scilicet eqvinæ) *esum* interdici; unde præterea patet, qvam altas tunc temporis infantes exponendi licentia in animis plebis Islandicæ radices egerit. Nec aliud *Nials-Saga* (i) svadet, licet in eo a ceteris diversa, qvod expositionem infantum a Thorgeire *sub poena relegationis* PALAM PROHIBITAM, CLAM vero TANTUM PERMISSAM FUISSE perhibeat; nam qvamvis hanc legis partem, qvæ ad solum Deorum ethnicorum cultum pertinuit, ad expositionem infantum minus recte extenderit, simul tamen clare satis agnoscit, qvod hæc, non ethnicis solum, sed christianis etiam, Islandiæ legibus aliqvamdiu permissa fuerit. Qvod vero, etiam tunc temporis, omnes boni turpe & inhonestum judicaverint, si viri nobiles & opulenti liberos suos exponi curarent, præter *autorem* nostrum (k), satis superqve docet *Finnbogii robusti Vita*, tam cap. 2., ubi Asbiornem, filium suum exponi jubentem, uxor Thorgerda introducitur his verbis reprehendens": "Þetta mantu eigi göra, sva vitr ok ríkr madr sem þú ert; því „þetta er it uheyriligasta bragd, þó fatækr madr giördi, enn nú allraheltzt, „er ydur skortir eigi godz". i. e. *Hoc neqvaqvam tibi, sapienti qvippe & opulento viro, facere placebit; inaudita enim hæc esset, vel in paupere, crudelitas;*

(e) Ed. *Bussæi* p. 46. 47.
(f) Ed. Havn. p. 100. 101.
(g) Ed. Isl. Lib. II. p. 244.
(h) Ed. Svec. T. I. p. 436.
(i) Ed. Havn. cap. 106. p. 164-65.
(k) Loco supra cit.

Digitized by Google

crudelitas; in te autem, cui facultates non desunt, multo maxima censeri debet; qvam infra, cap. 4., ubi vulgi de hoc facto judicia his verbis narrantur: " þat frettizt nú hvervetna, at barn þeirra Asbiarnar ok Þorgerdar hefdi „verit utborit, ok þótti þat uheyriligt bragd, sva ríkra manna ok gaufigra, „sem þau varo". i. e. *Manavit longe lateqve rumor, prolem Asbiornis & Thorgerdæ expositam fuisse, qvod eo magis nefandum facinus omnibus est visum, cum adeo opulenti essent, & nobili genere nati;* idqve jure meritoqve, cum expositio infantum haudqvaqvam opulentis, sed solis pauperibus lege permissa fuerit, & apud hos ne omni qvidem caruerit turpitudinis nota. Hanc autem Islandorum de infantum expositione legem fragmentis *Juris Ulfliotiani* annumerari debere, omnes supra memorati nostratium scriptores, qvi religionis christianæ in Islandiam introductæ historiam tradiderunt, haud obscure innuunt. Cum vero jus Islandorum Ulfliotianum legi Norvegorum Gulathingensi, qvæ circa annum 928 viguit, originem debuerit, concludi forte posset, expositionem infantum apud Norvegos tunc temporis, non effrenem prorsus & promiscuam, soliqve parentum licentiæ relictam (qvamvis potestas patria, nullis fere limitibus cohibita, populi militaris feritas, & vicinorum hac in re exempla facile id svadere possent), sed eodem potius, vel simili, modo circumscriptam fuisse, qvem ei Jus Ulfliotianum apud Islandos statuit. Neqve id nos pertinaciter negaverimus. Altissimum tamen de eo silentium est, non tantum in universa Norvegiæ ethnicæ historia, sed etiam in omnibus, qvæ sat multa supersunt, Legum Norvegicarum ejus ævi fragmentis. Et si vel maxime, expositioni infantum, aliqvem, Norvegorum ethnicorum jure, limitem positum fuisse concedamus, eam tamen, de facto, magis parentum licentiam, qvam leges, secutam esse, tot Islandorum, positos suis legibus terminos in infantibus exponendis, ut libuit, excedentium, exempla svadent; persvadet autem optimatis Norvegici Asgrimi, Haraldo pulchricomo coævi, factum, supra (§. 4.) a nobis allegatum, qvem filium suum exponere jussisse *Landnama-Saga* docet, nulla prorsus memorata tantæ sævitiæ causa; idqve novo indicio firmat similis Godbrandi, etiam Norvegi, qvi seculo decimo exeunte vixit, in infantem Haraldi filium, ob solam patris culpam, crudelitas, a nobis etiam supra (§. 3.) notata. Sed ratio etiam singularis Islandis esse potuit, cur novum apud se infantum expositioni limitem ponerent, nimia scilicet civium diminutio ex effreni metuenda,

Digitized by Google

qvomodo Ericus Guddalensis, Islandiæ nuper incoli coeptæ tempore, singulare cum Sæmundo Hæbudensi, de habitandi loco, certamen Hreidari disſvasisse memoratur (l), *incommodum* judicans *lites & cædes invaleſcere, qvamdiu tanta esset incolarum paucitas.* Certum autem est, qvod infantes, qvi integro corpore erant, exponendi facultas, qvalem Leges ethnicæ concesserant, in Norvegia & Islandia viguerit (qvamvis ne unicum qvidem expositorum exemplum, post christiana sacra introducta, ibi occurrat) usqve ad tempora Olai Sancti Norvegiæ Regis. Is vero, ut secundo jam tum imperii sui anno, Islandis, qvos in aula habuit, referentibus, cognovit, hanc & plures ethnicas consvetudines legibus eorum adhuc permitti, nuncium ad Skaptium Thoroddi filium, tunc temporis legiferum, aliosqve insulæ optimates, de his emendandis misit, & Hialltio Skeggii filio ad se evocato, tandem effecit, ut Jus Ecclesiasticum ejus auspiciis reformatum Islandi reciperent, eoqve ipso infantum expositionem, aliasqve similes ethnici moris reliqvias, secundum S. V. *Johannæi* calculum (m) Anno Christi 1019, sed certe ante annum 1024 penitus abrogarent (n). Nec dubium esse potest, qvin eam apud suos in Norvegia pariter abrogaverit, cum Islandis, sibi non subjectis, ita abrogandæ autor fuerit, & adhuc multo magis, cum ipsum illud Jus Ecclesiasticum, vi cujus in Islandia abrogata est, in Norvegia recipi curaverit, anteqvam id Islandis recipiendum persvaserat.

§. 7. *Expositionis infantum, & primo qvidem integrorum, post Olai Sancti tempora, imprimis apud Norvegos & Islandos, fata.*

Ab hujus Regis tempore nova prorsus expositioni apud Norvegos & Islandos inducta est facies, maxime in eo, qvod distinctio observari coeperit infantum, *qvi integro corpore* essent, & *qvi minus.* Qvod ad priores attinet, plene qvidem non constat, qvid de eorum expositione in Norvegia sanxerit; *Rubrum*

(l) *Landnama-S.* ed. Havn. Lib. III. c. 7, p. 211.
(m) Cf. Hist. Eccl. Island. T. I. p. 73-79.
(n) Conf. *Are frode*, *Kristni-Saga*, *Olafs-Saga Tryggvas.* & *Niáls-Saga* locis supra citatis, nec non *Sturlæi* Heimkringla ed. Sv. T. I. p. 436. 440. 601. & ex his *Torfæus* Hist. Norv. T. III. p. 63. 122.

Digitized by Google

Rubrum tamen *Cap. XXI. Lib. I. Codicis Hakoniani Gulathingensis*, qvalis hodie habetur, indicare videtur, qvod *multam trium marcarum* ei vere imposuerit (o). Nam licet fortasse dubitari posset, utrum ei, an *Qvieto*, imo tertio *Olao*, magni Nudipedis filio, (tot enim præter Tryggvinum, qvi hac in re in censum venire neqvit, ante magnum Erlingi filium cogitari possunt) hoc adscribendum sit, omnibus tamen accurate perpensis facile perspicitur, *Olaum Sanctum* hic intelligi debere, cum historiæ doceant, qvod expositioni prohibendæ operam primus dederit. Qvamdiu vero hæc ejus constituto perstiterit, haud satis liqvet. Certe huic delicto in Norvegia plene coërcendo haudqvaqvam suffecisse, jure credi potest. Nam si *Jus Ecclesiasticum Vikensium*, qvod ad *Sigurdi Hierosolymipetæ* tempora referendum esse videtur, inspiciamus (p), statim apparet, qvod *infantis integri expositio* a parentibus commissa, ex ejus principiis (ipsam enim conceptis verbis non memorat) *æqviparanda* sit *infanticidio doloso*, *qvod*, a matre commissum, pro homicidio qvalificato (*mord*) diserte habet, & *pace ac bonis*, *tam immobilibus*, *qvam mobilibus*, *nec non perpetuo in terra ethnica exilio* punit. Idqve eo magis expeditum est, cum collatione instituta satis clare pateat, qvod *Magnus Erlingi filius*, saltem ex parte, inde mutuatus sit poenam, qvam eum expositioni integrorum statuisse *Codex Juris Gulathingensis Hakonianus* (q) ab eo reformatus his verbis testatur: " Ef madr ber ut barn sitt heidit edr kristit, oc spillir, or verdr hann „ kunnr at því, þá hefir sá fyrirgiört fe oc fridi, oc köllum ver þat *mord it* „ *mikla;* enn ef spillir man manna barni sinu, heidnu eda kristnu, þá skal „ skapdrottinn hafa hydt fyrir sinn, eda fært konungsmönnum ella, ok eigi „ kost at selia utan landz ef hann vill ". i. e. *Ingenuus*, *si proprium infantem*, *sive baptisatum*, *sive non*, *exponat*, *eoqve occidat*, *tantiqve criminis convincatur*, *bonis ac pace multetur*, *hanc enim MAGNAM CÆDEM vocamus*. *Si vero servus vel ancilla*, *infantem suum*, *baptisatum*, *vel non baptisatum*, *occidat*, *dominus illos ante qvintum diem virgis cædat*, *aut viris regiis vel magistratui tradat* (noxæ scilicet dandos), *aut*, *si magis*

Dd 2 *placuerit*,

(o) *Pausi* Collect. Legg. Norveg. T. I. p. 31.
(p) Ed. Havn. cap. 3. p. 17.
(q) *Pausi* Coll. LL. Norv. l. cit. p. 31-33.

Digitized by Google

placuerit, extra Regnum vendat. Jus Ecclesiasticum, qvod Codex Pergamenus Legati Magnæani optimæ notæ (r), *Sverreri* tribuit, qvodqve anno 1190 editum esse b. *A. Magnæus* ex synchronismo episcoporum, qvi in eo recensentur, concludit, ut cetera juri Ecclesiastico nuper laudato, qvod vulgaria Codicis Hakoniani Gulathingensis, a Magno Erlingi filio reformati, exemplaria, qvalium unum *Pausius* Danicè edidit, habent, magna ex parte simile est, ita etiam *expositionem infantum, a parentibus ingenuis commissam, pro homicidio qvalificato* similiter *habet, eiqve* non tantum *eandem poenam statuit,* sed & pariter addit, *eum, qvi vel ab episcopo, vel ab hujus procuratore, talis criminis accusatur, id non secus ac alia homicidia qvalificata ejurare, siqve juramentum ei non succederet, exilio puniri debere* (s). De *liberis* vero ex *serva natis* tantummodo præcipit, *ut dominus hos, donec a patre,* cui alendi obligationem imponit, *agnoscuntur, in vivis servari curet, siqve ex negligentia interea perire sinat, tres marcas multæ loco pendat.* Has vero poenas seqventi tempore plurimum in Norvegia mitigatas esse indicat *Jus Ecclesiasticum,* Legi Magni Legum emendatoris Gulathingensi a *Pausio* (t) subjunctum, sed re vera ad Codicem patris *Hakonis Hakonidæ* Frostothingensem non vero, ut doctissimus *Olavius* (*) putavit, ad Eysteinem Archiepiscopum (**) pertinens (u), qvippe qvod *matri ingenuæ, proprium partum exponenti, disciplinam* tantum *ecclesiasticam & tres marcas episcopo solvendas, & patrifamilias, si ejus consilio expositio facta, etiam tres marcas; sed si ab ullo eorum, qvi sub ejus tutela aut potestate erant, sex tantum uncias,* injungit. *Servum* vero, *infantem suum proprio motu exponentem, aut sex uncias episcopo persolvere, aut episcopi auctoritate virgis cædi* jubet, *nisi dominus corium ejus sex unciis redimat.* verba hæc sunt: " Ef madr slær ut barni sinu, þá gangi til scrifta oc „ böti vid gud, enn biscope III. merkr — enn ef barn verþr utborit at buanda

„ ráþe,

(r) No. 78. in 4to. conf. *Olavii Syntagm.* de Baptismo Proleg. VI.

(s) Conf. *Olavii* Synt. de Bapt. p. 147. n. a.

(t) Collect. Legg. Norv. T. I. p. 210. cap. 2.

(*) Synt. de Bapt. Proleg V.

(**) Cf. *Holb.* D. og N. Staat ed. 3. p. 498. & *Erici* Prolegom. in *Speculum Regale* p. LXIV.

(u) Vide Coll. Legg. Norv. T. II. p. 17. nec non Codices Msstos hujus Legis.

Digitized by Google

„ ráþe, giallde III. merkur biscope — oc giallde VI. aura, ef nockorr ber sá „ ût, er hann átti at hallda ord ne eidi fyrir — enn ef þræll slær ut barni sino, „ at sino ráde, giallde VI. aura biscope, eda þræll láti hud sina, enn biscop fæ „ mann til at hyda þrælinn, nema drottin hans leysi hùd hans med VI. aurum ". Tandemqve *Jus Ecclesiasticum*, *Johannis Archiepiscopi Nidrosiensis* auctoritate confectum & promulgatum, idqve tam in Codice Pergameno supra laudato, (qvi id *Magno* Regi *Hakonis filio*, & *Johanni*, conjunctim tribuit), qvam in vulgaribus (qvi id soli *Johanni* tribuere, ejusqve nomen præferre, solent,) (x), qvod Juris Ecclesiastici Frostothingensis de hoc delicto constitutionem cetera retinuit, loco ***trium marcarum***, *XII. uncias*, & loco *VI. unciarum*, ***tres uncias*** substituit, eaqve usqve ad Reformationem harum poenarum mensura in Norvegia fuisse videtur.

Qvod ad Islandos attinet, omni dubio caret, infantum integrorum expositionem, inde ab Olai Sancti tempore, semper apud eos prohibitam permansisse; qvalem vero cetera ei in Islandia præfixerit legem prorsus incertum est. Hoc tantum certo constat, qvod nulla ei poena antiqvis Islandorum legibus ecclesiasticis constituta sit; idqve clare satis indicare videtur, qvod ita brevi in Islandia exoleverit, qvippe cordatis omnibus dudum exosa, ut seculis XII. & XIIItio, qvibus hæ leges scriptæ sunt, nullus ab ea metus amplius esse posset; Siqve forte contingeret, vero maxime simile est, nulla alia poena, qvam disciplina ecclesiastica, & multa pecuniaria, qvales ecclesia Norvegica, ut supra relatum est, probaverat, usqve ad tempora reformationis, expiatam fuisse. Idem fere apud Danos his temporibus obtinuisse poenæ illæ indicare videntur, qvas *Statuta Dni Andreæ* Archiepiscopi Lundensis, *apud Selandensem Synodum* ante annum 1222 condita, & a perillustri Dno *Kofod Ancher* benigne nobiscum communicata criminibus qvibusdam expositioni cognatis irrogant, his verbis: "*Si* „ *qva mulier infantem suum OPPRESSERIT, triennis penitencia cum* „ *tribus carenis ei debet injungi*". Et porro: PRO INFANTE NON BAPTIZATO: "*Si cujus infans non baptizatus OPPRIMATUR, anteqvam* „ *mater de partu convaluerit, patri septennis penitencia injungatur tan-* „ *qvam homicide*". Et deniqve: PRO ABORSO: "*Si qva mulier ABOR-*

(x) Conf. *Paus* Coll. Legg. Norv. T. II. p. 114. c. 6. & *Olavii* Synt. de Bapt. p. 147. not. a.

„*SUM procuraverit, & constare poterit, qvod partus fuit animatus, ea-*
„*dem penitencia debet puniri mater vel pater qva solent homicide*". Nec omnino diversa veteres Svecorum Legislatores his de rebus sensisse variæ eorum leges (*) argumento esse possunt; Præ reliqvis tamen, qvantum qvidem jam occurrit, *Gothlandica* (**) expositionem infantum & nominatim prohibet, & severius ceteris punire voluisse videtur, nisi Leges *Provinciales* & *Muncipales* Christophoro-Carolinæ (***) qvæ infanticidium dolosum, in patre rotæ, in matre ignis poena plectunt, de expositione etiam intelligendæ sint.

Post Reformationem expediti juris esse videtur, qvod Norvegi & Islandi, ex Legum apud eos civilium principiis (y), expositionem, ubi infanti mortis causa exstitit, a parentibus commissam, pro *homicidio qvalificato*, ab aliis vero, pro *specie homicidii simplicis* habuerint. Idem fere de Danis statuendum censemus, cum antiqvarum apud eos de homicidiis legum, qvamvis expositionem, utpote dudum extra usum positam, diserte non memoraverint, principia Norvegicis haud omnino dissimilia fuerint. Ast ex qvo *Recessus Christiani III.* (z), omnibus homicidiis dolosis capitalem poenam statuerat, dubitari neqvit, qvin etiam expositio, si modo evenerit, mortiqve infantis causam præbuerit, eodem modo punita fuerit. Hanc autem poenam novo rigore postea communivit *Christianus IV.* per Constitutionem d. 27 Novembris 1647. datam (a), qva mulieribus proprios vel aliarum liberos in agros promiscue exponentibus, etiamsi ab aliis inventos in vivis servari contingeret, capitalem poenam indixit, eas vero, matres inprimis, qvæ in vias publicas, vel loca urbibus & pagis vicina exponerent, virgis ad palum publice cædi & simul cauterii stigmate plecti, easqve solas, qvæ in domos, pagos, vel oppida exponerent, virgis tantum cædi, jussit; qvod ultimum *Fridericus IV.* gl. m. per *Litteras Patentes* d. 20. Sept. 1709. datas, Hafniæ in specie respectu habito, eo tandem deter-

(*) ex. gr. *Östgötbal.* Kristnub. c. 26. *Westmannal.* ib. 25. it. Mannh. 25. *Dalel.* Kirkiob. 24.
(**) Cap. 2.
(***) Högmälisb. 2. cap.
(y) Vid. Leg. Gulathing. *Magni* Mannh. cap. 3. *Paus* l. c. T. I. pag. 54. Leg. Norv. *Christ. IV.* Mannh. c. 2. & Jonsbok f. Leg. Island. *Magni* Mannh. c. 2.
(z) Vid. Recess. Coldingens. dat. 13 Dec. 1558. art. 21.
(a) Conf. *Pausi* Collect. Constitt. pag. 837.

Digitized by Google

determinavit, ut illi etiam parentes, qvi infantes, non occidendi animo, sed tantum ut sumptibus publicis alerentur, in vicis urbis deponerent, capite plecterentur. Cætera cum prædicta Christiani qvarti Constitutio in *Codices Christianæos* Danicum & Norvegicum (b), qvorum ultimus hac in re, vi Rescripti regii, die 19 Febr. 1734. dati, Islandis etiam pro norma est, migraverit, poenæ per eam stabilitæ omnes, qvi expositionis convinci possunt, hodie manent.

§. 8. *Expositio monstrorum & portentorum.*

Ab integris ad monstra & portenta progredimur. Hæc antiqvo Norvegorum jure ab exponendi immunitate excepta fuisse certissimum qvidem est. Qvi vero hujus juris ordo, qvi progressus fuerit, haud æqve constat. Ab *Olao Sancto* primam harum legum originem repetendam esse, satis apparet. Sed cum Jus Ecclesiasticum, qvod ejus auctoritate conscriptum & promulgarum est, nobis nondum invariatum occurrerit, asseverare haudqvaqvam audemus, qvid hac de re præceperit. Interim tamen, donec contrarium statuens hujus exemplum producitur, qvod genuinum esse constet, credere nobis liceat, si non ipsam ejus mentem exprimere, certe ad eam qvam proxime accedere *Jus Ecclesiasticum Vikensium*, omnium Norvegiæ Legum Ecclesiasticarum, qvæ nobis hactenus inspicere contigit, absqve dubio antiqvissimum, qvod (c) MONSTRA, *qvæ caput caninum haberent, & manus pedibus anterioribus phocæ similes*, qvæqve porro *digitos pedum calcis loco, calcem vero digitorum loco, mentum inter scapulas, occiput in pectore, oculos in occipite, & suras antrorsum versas gererent, in abscessum, qvo homines vel animalia venire spes non esset, deportanda, & diligenter abscondenda*, atqve adeo exponenda præcipit; PORTENTIS vero, *qvæ faciem haberent folliculo obductam, nutritionem* qvidem *negat, qvod spes nulla esse videatur cibum capere posse, ad templum* tamen *deferri, primaqve signatione initiari, sed post ad fores temple deponi, ibiqve a proximo cognato, donec sponte exspirent, custodiri*

(b) Lib. VI. cap. 6. art. 10.

(c) Ed. Havn. cap. 1. pag. 12-14. conf. *Olavii* Synt. de Bapt. pag. 38. §. 6. not. a.

Digitized by Google

diri jubet, eoqve facto *in coemeterio sepeliri* permittit (d). *Jus Ecclesiasticum Codici Gulathingensi Hakoniano* apud *Pausium* (e) præmissum, de *monstris* nihil habet; unde eorum projectionem, saltem tacite, permisisse videtur. De PORTENTIS vero, *qvibus facies in occiput, aut digiti pedum in calcem vergerent* („ at þann veg horfi anlit sem hnacki skylldi, eda þingat tær, „ sem hælar scyldo ") disponit, *qvod nutrienda qvidem non sint*, neqve tamen promiscue projicienda, *sed* multo magis *baptisanda*, & post, *donec moriantur, in templo deponenda.* Scimus qvidem cl. *Pausium* credidisse, qvod hæc fuerit norma expositioni portentorum ab *Olao Sancto* præscripta, ideoqve in *Annotatione* huic Legi adjecta (f) statuisse, *qvod Magnus Erlingi filius eam abrogaverit, eaqve ideo in legibus ecclesiasticis seqvioris ævi penitus omissa sit, ejusqve loco positum, omnem foetum qvi caput humanum habet, baptisandum & nutriendum esse.* Sed rectius videtur, hanc legem, ut reliqvas omnes, qvæ ad jus Ecclesiasticum pertinent, in prædicto Codice Gulathingensi sisti, qvalis a *Magno* reformata est, qvod ab eo factum esse ipsum rubrum capitis conceptis verbis docet (g), ita ut formam indicet, non qvam *Olaus Sanctus*, sed qvam ipse *Magnus* huic expositionis generi vel præscripsit, vel a prioribus regibus præscriptam probavit & recepit. *Jus Ecclesiasticum*, qvod nonnulla *Legis Magni Heidsævensis* exemplaria habent, ab *Olavio* (h) descriptum, sed a *Pausio* editum (i), Gulathingensi in eo aperte mitius est, qvod MONSTRA etiam, *feris similia; qvæ nec caput humanum, nec vocem humanam habent, ad templum, si ita placeret, deportare, & sacerdoti, si vellet, baptisare*, & tum primum ita projicere permittat, ut *in fovea in coemeterio facta, planoqve lapide, ad canes & corvos arcendos superne tecta, deponerentur, terra tamen non obruerentur, priusqvam sponte exspirarent*

(d) Conf. *Olavii* Synt. de Bapt. p. 55. not. c.

(e) Coll. Legg. Norv. T. I. p. 29. cap. 20. & *Olav.* l. c. Proleg. I. nec non pag. 38. §. 7. not. a.

(f) Loc. cit. T. I. p. 30. not. a.

(g) L. cit. pag. 29.

(h) Synt. de Bapt. Proleg. III.

(i) Collect. cit. T. om. II. p. 271. sq.

Digitized by Google

rent (k). PORTENTA vero, *quæ caput humanum & vocem humanam haberent, qvamvis tantis nævis deformata, ut oculos in occipite, surasqve gererent antrorsum versas, non tantum baptisari, sed & porro nutriri* jubet, hoc tantum adjecto, *qvod episcopo post ostendi deberent, & ab eo consilium peti, qvomodo deinceps tractanda essent* (l); qvæ omnia ex regula, qvam cap. 1. fundamenti loco ponit, nempe: *omnes infantes, modo capite humano nascerentur, nutriendos esse, & non exponendos, qvamvis nævis qvibusdam cætera laborantes:* prono satis alveo fluunt. Ex his autem porro elucescere videtur: 1mo, qvod tria jura ecclesiastica, qvæ hactenus memoravimus, non tantum generatim ex communi fonte, jure nempe ecclesiastico Olai Sancti, primum profluxerint, sed etiam speciatim, qvod varias illas mutationes nobis vere exhibeant, qvas hocce jus, per novellas constitutiones & emendationes, a successoribus subinde inspersas, subiit; & deinde 2do, qvod Jus Heidsiviense, qvamvis haud pauca admixta habeat, qvæ antiqviora tempora manifesto spirant, qvæqve ex Jure Olaviano sine omni mutatione eo traducta videntur, reliqvis duobus, Vikensi scilicet & Gulathingensi, recentius sit, cum his, qvantum ad monstra & portenta attinet, longe mitius disponat. Imo, si nostram sententiam dicere liceat, Jus Ecclesiasticum in eo exhiberi censemus, qvale *Sverrer* in Nomothesia Heidsiviensi ratum esse jussit, eo maxime argumento ducti, qvod Jus Ecclesiasticum, teste Codice Pergameno supra a nobis laudato, a Sverrere pro nomothesia Gulathingensi promulgatum, Norvegicorum omnium, qvæ qvidem nobis videre contigit, primum sit, qvod eandem cum Heidsiviensi regulam, scilicet *omnes infantes*, qvi *caput humanum haberent, nutriendos & baptisandos esse* („ föda skal barn huert er boret er, krisna, oc til kyrkiu föra, ef mannz hafud „ er á "), probaverit; idqve novo indicio firmat *Jus Ecclesiasticum* nepotis *Hakonis Frostothingense*, tam in Msstis lingva antiqva Norvegica exaratis, qvam in interpretatione Danica *Pausiana* (m), eandem repetens. Sed qvicqvid de ætate prædicti juris Ecclesiastici Heidsiviensis statuatur, ex Gulathingensi tamen

(k) L. c. cap. 6. conf. *Olavii* Synt. pag. 148. not. c.

(l) L. c. cap. 5. conf. *Olav.* p. 148. not. d.

(m) L. c. T. I. p. 209. cap. 1. conf. *Olav.* l. c. pag. 40. §. 9. not. a.

Digitized by Google

men Sverreriano, & Frostothingensi Hakoniano, certo concludi potest, expositionem vel projectionem portentorum, qvalem Vikense & Gulathingense antiqvius permiserant, a Sverreris tempore in Norvegia cessavisse, qvamvis specialem Heidsiviensis de portentis legem, utpote vi regulæ, supra adductæ, fere superfluam, penitus omiserint. Qvid vero de monstris ecclesia Norvegica ab hoc tempore statuerit, prorsus non liqvet, nisi forte supradicti Juris Heidsiviensis de eis legem, si modo talia nasci contingeret, retinuerit. Ast ab Hakonis Hakonis filii tempore plenissime constat, nullam amplius monstrorum, utpote rei nimium qvantum insolitæ, in Legibus Norvegiæ Ecclesiasticis mentionem fieri, sed regulam sæpe memoratam: *qvod omnes infantes, humano capite nati, ali deberent, etiamsi nævi qvid inesset*, ("þó at nockorr örkyml se á") invaluisse; hanc enim Jura Ecclesiastica hujus ævi, tam qvod ipsi *Magno Hakonis filio Olavius* (n) tribuit, qvam qvod Codex pergamenus sæpius laudatus *Magno* & *Johanni Archiepiscopo* conjunctim adscribit, & deniqve, qvod soli *Johanni* vulgo tribui solet (o), omnia receperunt, eoqve ipso omnem portentorum expositionem vel projectionem penitus in Norvegia abrogarunt (p).

Qvid apud Islandos Olaus Sanctus de monstrorum & portentorum expositione sanxerit, hodie nos latet. Sed si idem fuerit, qvod Jus Ecclesiasticum vel Vikense, vel Gulathingense antiqvius, Norvegis præscripsisse supra retulimus, tales ejus Constitutiones Islandos, aut nunqvam recepisse, aut diu ante Magni Erlingi filii tempora iterum abrogasse necesse est; nam *Jus* eorum *Ecclesiasticum antiqvissimum*, qvod *Thorlako-Ketillianum* vulgo audit, & anno 1122 conscriptum, anno vero seqventi 1123 promulgatum est (q), nihil tale memorat, sed tam in exemplaribus, qvæ Codici Juris Civilis qvi *Grágás* vulgo audit, præmitti solent, qvam in eis, qvæ seorsim habentur, generatim tantum præcipit: *omnes liberos qvi nascuntur, qvam primum fieri potest, baptisandos esse, qvacunqve demum forma essent* ("med huerigri scepnu sem er"); qvod portento-

---

(n) Synt. de Bapt. Prol. VIII.

(o) Conf. *Pausi* Collect. T. II. p. 111. cap. 1.

(p) Conf. *Olavii* Synt. p. 40. §. 9. not. a.

(q) Conf. Olavii Synt. de Bapt. Proleg. II. F. *Johannæi* Hist. Eccl. Isl. T. I. p. 106-107. *Holbergs* Staat ed. 3. p. 511-512.

Digitized by Google

tentorum expositioni vel projectioni omnino non favet, imo ne monstra qvidem a baptismo & nutritione excludere videtur, nisi suspicio esset, qvod Islandi hæc in numero *liberorum* non habuerint, adeoqve, hac lege, nec eorum baptismum præceperint, nec projectionem vel expositionem prohibuerint, qvod tamen, disertis veterum hac de testimoniis destituti, in medio relinqvimus. Seqventi vero Seculo *Arnas* Skalholtensium Episcopus Juris Ecclesiastici a se 1275 promulgati (r) cap. 1. eandem regulam, qvam Ecclesia Norvegica hac in re tunc receperat, nempe: *omnes infantes, qvi capite humano nascerentur, nutriendos esse, etiamsi nævis qvibusdam laborarent*, Islandis præscripsit, eaqve exinde apud eos obtinuit.

(r) *Holb.* Staat ed. 3. p. 514. *Olavius* l. c. Prol. IX.

Digitized by Google

II. PAULI VIDALINI
in Islandia qvondam Legiferi
De
Lingvæ Septentrionalis Appellatione:
DÖNSK TUNGA
i. e.
LINGVA DANICA:
Commentatio.
Ex Islandico Latinè versa, & supplementis aucta
ad pag. 87. not. 60.

---

§. 1. *Lingva Danica Seculis XII. & XIII, cum leges Islandorum civiles scriptæ sunt, tribus tantum septentrionis Regnis, Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ propria fuit.*

Qvod lingva, qvæ per eminentiam *Dönsk tunga* s. *Lingva Danica* olim vocabatur, eadem sit, qvæ Islandica nostra, testis est *Codex* Leg. Island. *Magnæus*, vulgo *Jónsbók*, anno christi 1280 promulgatus, *Tit. de Hæreditatibus* cap. 23. his verbis: „Nú andast utlendr madr her af *Noregs Kongs* „*riki*, þá skal þann arf taka her, til burtflutningar epter hann, hinn skylldasti „frændi hans, þeirra sem þá eru her". i. e. *Si peregrinus, imperio REGIS NORVEGIÆ subjectus, hic* (in Islandia) *moriatur, hæreditatem, qvam relinqvit, cognatorum ejus, qvi hic tunc adsunt, proximus sumat, peregre avehendam:* & nonnullis interjectis: „Sva skal ok fara um arf *Danskra* „manna ok *Svenskra*, ef þeir andast her. Enn af ödrum túngum, enn *Dan-* „*skri*, skal eingi madr at frændsemi arf taka her, nema fader, sonr, edr brod- „er, nema þeir hafi lögleg umbod til". i. e. *Idem juris est de DANORUM & SVECORUM hæreditate, si hic moriantur.* Ex *aliis autem LINGVIS qvam DANICA, nemini, præter patrem, filium, & fratrem, cognationis ratione, hæreditas hic tradi debet, nisi legitimo mandato sit instructus.* Idem de suo tempore etiam adstruit antiqvior *Legum Islandicarum Codex* vulgo *Gragás*, anno 1118 scriptus, *Tituli de homicidiis* s. *Vígsloda* cap. 37. his

his verbis: " Ef útlendir menn verþa vegnir her á landi, *Danſcir* eþa *Sönſcir*. „ eþa *Norrönir*, or þeirra konunga vellde þriggia, er *or tunga* er; þar eigo „ frændr þeirra þær ſacer, ef þeir ero út her; enn af öllom tungom ödrom, „ enn af *Danſcri túngo*, þá á engi madr her vígſöc at ſöcia af frændſemis ſö- „ com, nema fader, eþr ſonr, eþr broder, oc þó því at eins þeir, ef þeir „ hafa her viþ kannaz áþr ". i. e. *Si exteri, DANI, SVECI vel NORVEGI, ex tribus* (ſcilicet) *illis regnis, qvæ NOSTRA LINGVA utuntur, oriundi, hic* (in Islandia) *occidantur, cognatis eorum, ſi hic tum adſunt, actio homicidii competit. Ex omnibus autem aliis lingvis, præter DANICAM, nemini, jure cognationis, actionem homicidii hic inſtituere fas eſt, niſi patri, filio, vel fratri, & ne his qvidem, niſi ea ſolum lege, ſi prius hic ſat diu ſint commorati.*

§. 2. *Antiqvioribus vero temporibus Angliæ etiam communem fuiſſe veteres perhibent.*

Hæc qvamvis ſatis clara ſint, objici tamen forſitan poterit, qvod plures adhuc regiones lingvæ Danicæ ambitu comprehendat *Gunnlaugi Ormstungæ vita* cap. VII. (a) referens: *EANDEM Ethelredi Regis tempore* (ad annum 1006) *ANGLIÆ, atqve DANIÆ & NORVEGIÆ, LINGVAM fuiſſe; ANGLIAM vero, ex qvo eam Vilhelmus Nothus ſubegit, LINGVAM MUTAVISSE, & NORMANNICAM ASSUMSISSE, cum ex Normannia oriundus eſſet* (*). Angliam a Conqveſtore ſubactam eſſe novimus Anno Chriſti nati 1066, poſt cædem Haraldi Regis Gudini vel Godvini filii, qvæ iterum XIX. poſt Haraldi imperioſi Norvegiæ Regis cædem diebus facta eſt. Proxima autem veſpera poſtqvam Haraldus cecidit, & Styrkar Stallarius a ruſtico Anglo tunicam expetiit, *Snorro Sturlæus* lucenter docet, Styrkarem & ruſticum ſe invicem intellexiſſe, eorumqve lingvam plurimum ſimilem vel plane eandem fuiſſe. Verba hæc ſunt (b): " þá mællti Styrkar: villtu ſelia kauſunginn bondi? Eigi „ þer, ſegir hann; *þú mant vera Norþmaþr; kænni ec mál þitt.* Þá mællti „ Styrkar; Ef ec em Norþmaþr, hvaþ villtu þá? bondi ſvarar: ec villdi drepa „ þig ".

(a) Supra pag. 87.
(b) Ed. Svec. T. II. p. 174.

„ þig". i. e. *Tum Styrkar: Rustice! nonne tunicam tuam vendere gestis? Respondit alter: non tibi; tu enim forte NORVEGUS ES; AGNOSCO LINGVAM TUAM. Tum Styrkar porro: si Norvegus essem, qvid tum facere velles? Ad qvæ rusticus: te occidere vellem.* Unde videmus: 1) Qvod alter alterius lingvam intellexerit. 2) Qvod rusticus conjecerit, certo vero non sciverit, Syrkarem Norvegum esse; & tamen 3) qvod dialectum, qva Styrkar utebatur, ab Anglica diversam agnoverit; Id vero sine dubio ex qvadam pronunciandi vel proferendi stribligine; qvemadmodum Norvegi, qvamvis Danice loqvantur, ex diverso enunciandi sono, a Danis dignoscuntur; & qvomodo apud nos, *orientales* Islandiæ incolas, a ceteris, per spiritum efferendi dissimilem; *occidentales* per certa vocabula, reliqvis non æqve familiaria, & in his *montis nivei Snæfellensis accolas*, per eorum *ai*, loco *a* magni vel duplicis; *Australes*, per *o tenue* ante *r*, in vocibus *hvorigr*, *moraudt*, & similibus, ad formam primæ syllabæ in voce *Norvegr* ab iis pronunciari solitum; & *boreales* deniqve, per genera vocum grammatica, dignoscimus; his enim, e. gr. *Skur*, imber, masculinum est, australibus contra fæmininum, & *klára*, rastrum, foemininum, cujus loco *klár* australibus masculini generis est; qvæ, & plura, qvatuor diversas in eadem lingva dialectos epud nos efficiunt. Germani inferiores & Sveci, Orientalium Islandorum more, spiritum in efferendo trahere vulgo solent; taceo alias loqvendi & pronunciandi differentias, qvalium intuitu rusticus Styrkarem facile agnoscere potuit. Deniqve 4) Rusticus hic in dubio ponit, utrum Styrkar Norvegus, an Anglus, esset, qvod neqvaqvam potuisset, si alia tunc temporis Anglorum atqve Norvegorum lingva fuisset. Si enim objiciatur: Styrkarem, qvamvis Norvegum, lingva Anglica cum rustico loqvi, sed ex qvodam idiotismi errore agnosci, facile potuisse. Qvænam tum, qvæso, ratio, cur Norvegum potius, qvam alterius cujusdam gentis virum esse rusticus conjiceret? Idqve inprimis testimonium de communi tunc temporis Angliæ & Norvegiæ lingva, ex *Gunnlaugi Ormstungæ vita* supra adductum, qvam maxime corroborare mihi videtur.

(*) Patet hinc *Arngrimum* (c), festinatius justo scripsisse, qvod Autor noster Angliam usqve ad Wilhelmi Nothi tempora, *lingva Norvegica* usam esse tradiderit, cum de lingva

(c) Crymog. p. m. 27.

Digitized by Google

lingva tantum *septentrionali*, Daniæ & Norvegiæ cum Anglia communi, ut *Sperlingius* (d) recte auguratus est, loqvatur. Minus tamen juste *Sperlingius* (e) *Arngrimum* reprehendit, qvasi lingvam Angliæ *Norvegicam* dictam esse asseruerit, cum id nunqvam fecerit. *Runolfus* vero *Jonæ* (f) & *Septimius* (g), autorem nostrum eum viro, cujus vitam scripsit, confundentes, *Gunnlaugum Ormssonium* appellando, eo minus excusari merentur, cum etiam ipsum hujus viri nomen perperam posuerint, negligentiore, ut apparet, Crymogææ *Arngrimi* inspectione decepti. Qvalis autem lingva illa fuerit, qvam Wilhelmus Nothus in Angliam intulit, ex conditione Lingvæ Normannico-Gallicæ eorum temporum, dijudicandum venit; eam vero in rem post *Dudonem Wilhelmus Gemiticensis* (h), & ex eo *Walsinghamus* (i), præ ceteris memorant. 1) Qvod Rollo Norvegus, *omnibus gentibus* in Normannia bello vastata manere cupientibus, *securitatem præstiterit*, eamqve *fidelibus suis* funiculo diviserit, universam, diu desertam, reædificaverit, & *suis militibus advenisqve refertam* restruxerit; & deinde 2) qvod Wilhelmi Rollonis filii tempore non tantum varii adhuc fuerint Reipublicæ & militiæ (qvæ cetera septentrionalibus maxima ex parte constabat) Normannicæ principes, ex septentrione nostro oriundi, sed etiam multi præterea septentrionales in Normannia habitaverint; qvam qvidem militiam sub Richardo I., hujus Wilhelmi filio, satis numerosam fuisse, facile concludi potest, cum *robur exercitus Normannici* conceptis verbis audiat, qvemadmodum *gentis Normannicæ* nomen, qvo reliqvi incolæ septentrionalis originis veniunt, magnam horum multitudinem haud obscure indicat. Ut & porro 3) qvod his omnibus copiæ auxiliares, ab Haraldo Daniæ rege, partim primo in Normanniam ductæ, partim eidem Richardo, contra Galliæ regem, postea missæ, præterea accesserint, qvarum qvosdam, qvi religionem Christianam ea occasione in Normannia amplexi sunt, ibi remansisse, vero satis simile videtur. Et deniqve 4) qvod Sveinn Daniæ rex, in Anglia oppugnanda occupatus, ad Richardum IIdum in Normanniam diverterit, & non tantum pacem cum eo fecerit, sed perpetui etiam inter Normanniam & Danos, dum hi Angliam tenuerunt, nexus, arctæqve satis familiaritatis fundamenta jecerit; ut Olaum Sanctum, Norvegiæ postea regem, aliosqve

(d) De Lingv. Dan. p. 52.
(e) L. c. p. 50.
(f) In Elem. ling. Sept. Havn. 1651. editis.
(g) Om det Cimbr. Sprog p. 17.
(h) De Ducibus Normannis ed. Camd. L. II. c. 19. p. 618. L. III. p. 623. nec non c. 5. & 6. p. 626. c. 7. p. 627. c. 9. pag. 628. cap. 16. pag. 630. Rich. II. cap. 7. pag. 635. it. cap. 11. p. 637.
(i) Ypodigm. Neustr. ed. Camd. p. 420-21. 425. & alibi passim.

Digitized by Google

aliosqve piratarum principes septentrionales, qvi partim Richardo IIdo contra Galliæ regem suppetias tulerunt, partim alia occasione aliqvantisper in Normannia egerunt, prætereamus. Cumqve ita non solum exercitus septentrionalis, qvo Rollo expeditionem Gallicam confecit, in Normannia tandem consederit, sed plures etiam ex septentrione advenæ ab eo & successoribus subinde suscepti fuerint, & continua fere, ab ejus inde tempore usqve ad Wilhelmum Nothum, Normanniæ incolis cum septentrionalibus intercesserit conversatio, facile credi potest, qvod Rollonis saltem tempore, non tantum in ipsa ejus aula, ut & in exercitu, qvippe ex septentrione maxime prognato, nec non in illis Normanniæ locis, qvæ majorem reliqvis incolarum partem inde acceperant, maximus omnino lingvæ septentrionalis fuerit usus, sed etiam qvod ea se passim per Normanniam diffuderit, cum homines septentrionales sedes ibi longe lateqve fixerint, multiqve magistratus, etiam civiles, septentrionales fuerint. Hunc vero lingvæ septentrionalis usum, statim post Rollonis tempora, haud parum declinare cæpisse, argumento esse videtur *Dudonis* (qvem *Gemiticensis* (k) & *Walsinghamus* (l), hac in re seqvuntur) narratio, Wilhelmum 1mum, filium suum Richardum, Bajocas, ut lingvam Danicam disceret, mitti jubentem, his verbis inducentis: *Qvoniam qvidem Rothomagensis civitas Romana potius qvam Dacisca utitur eloqventia, & Bajocacensis fruitur freqventius Dacisca lingva, qvam Romana, — volo ut ad Bajocacensia deferatur — ut — enutriatur & educetur, fervens loqvacitate Dacisca, tamqve discens tenaci memoria, ut qveat sermocinari profusius olim contra Dacigenas.* Ut enim inde patet, qvod lingva septentrionalis Wilhelmi Rollonis filii tempore in civitate Bajocacensi adhuc perstiterit; qvod sine omni dubio etiam, ut supra dictum est, de omnibus aliis Normanniæ locis, qvæ septentrionales magna ex parte incoluerunt, nec non de exercitu, qvippe cujus maxima pars vel ex septentrione orta vel inde adducta fuit, & deniqve de principibus civitatis & militiæ Normannicæ inde prognatis, statuendum esse ratio svadet, imprimis cum *Gemiticensis* conceptis verbis notaverit, qvod Wilhelmus Richardum lingva Danica erudiri curaverit, non tantum ut *exteris*, sed etiam ut *suis*, hac lingva loqventibus, apte olim respondere sciret; ita etiam inde satis apparet, qvod lingva Romano-Gallica in ipsa aula Normannica eodem tempore primas jam tum tenuerit; unde facile perspicitur, qvod lingvæ vere septentrionalis usus, succedente tempore, imprimis post Richardi I. mortem, magis magisqve in Normannia exoleverit, ut primi Normanni, qvi sedes ibi fixerant, vel eo demigraverant, fatis functi erant, eorum vero posteri cum veteribus incolis sensim per connubia coaluerant; ita tamen, ut lingva, qvam Normannia tandem retinuit, septentrio-

(k) L. c. L. III. cap. 8. pag. 623.
(l) L. c. pag. 419.

Digitized by Google

ſeptentrionali multum permixta fuerit. Qvod ad reliqvas Galliæ provincias, ut & Belgii ac Germaniæ regiones, imprimis qvæ mari Germanico alluuntur, & ad Saxoniam olim referebantur, attinet; noſtrates hiſtoriæ Halfdani Grandævi, Hringarikiæ in Norvegia, ex *Schöningii* calculo, circa annum Chriſti 200 regis, filios Audium, Budlium & Næfilem jam tum in oris Vallandicis, qvo Gallicæ, Belgicæ, & Saxonicæ intelliguntur, piraticam primum longe lateqve feciſſe, poſt ſedes cum ſuis fixiſſe, & regna, ab eorum poſteris aliqvamdiu conſervata, conſtituiſſe (m); Ragnaris vero Lodbrokis filios, præter multas alias regiones, Wallandiam etiam & Galliam, armis plurimum laceſſiviſſe memorant (n). Exteri (ut omnia illa, qvæ ad Cimbros, Gothos, & Vandalos pertinent, utpote partim a noſtro inſtituto nimis remota, partim incertiora, prætereamus) multo adhuc plenius enarrant, qvomodo ſeptentrionales, jam ante Rollonis tempora, tam ſeculo ſexto, qvam nono, Aqvitaniam, Neuſtriam, Burgundiam & plures Galliæ provincias (o), a Caroli vero Magni tempore, eodem ſeculo nono, decimiqve parte, varias Saxoniæ & Belgii regiones, ſpeciatim, Weſtphaliam, Friſiam, Zelandiam, Walachriam, Flandriam & Brabantiam, & maxime qvidem tractus Germaniæ & Belgii, Rheno circumjectos non tantum navalibus latrociniis identidem incurſaverunt, ſed juſtis etiam interdum exercitibus adorti occupaverunt, variaqve loca, ſibi aliqvamdiu retenta, ſuæ gentis coloniis habitanda dederunt (p). Ut autem dubitari facile neqvit, qvin hi, qvemadmodum *Dudo* de Haſtingo Dano, qvi urbem Carnotenſem a Francorum rege ſtipendii munere acceperat, duobusqve militibus cum eo ad Rollonem poſtea miſſis, notanter memoravit, lingvam ſuam ſeptentrionalem, qvamdiu vixerunt, retinuerint; ita contra notiſſimum eſt, qvod ſeptentrionales iſti, utpote prædationibus ſolum & latrociniis, ut plurimum, intenti, non niſi pauciſſima eorum locorum, in qvæ ſe ita infuderunt, ſibi retinuerint; & ubi qvædam eorum, in ſuam poteſtatem plene redacta aliqvamdiu incoluerunt vel tenuerunt, nec ſatis ampla nec diuturna talis eorum habitatio vel dominatio fuit, ut lingvæ ſeptentrionali ibi unqvam plene ſtabiliendæ, multo minus conſervandæ, ſufficeret; qvod etiam de

(m) Schönn. Norg. Rig. Hiſt. 1 D. p. 164. 177-78. *Suhm* Crit. Hiſt. 1 D. pag. 428. 432 448.

(n) Cfr. Torf. Ser. Reg. Dan. p. 375.

(o) Conf. Pontoppid. Geſt. & Veſt. Dan. extra Dan. T. I. c. 4. p. 206-264.

(p) Conf. l. c. T. II. cap. 4. paſſim, & T. I. pag. 51-59. it. 65-75. nec non *Joh. Grammii* Diſc. de Henr. Aucupis exped. Dan. in Miſc. Lipſ. nov. T. II. p. 230. ſq. & Not. ad Meurſii Hiſt. Dan. ed. Florent. it. *Helmold.* Lib. I. cap. 7. ed. *Bangerti* p. 23. *Suhm* Crit. Hiſt. 1 D. p. 327. §. 25.

de Normannorum in Italia & Sicilia coloniis eo magis valet, qvo, si cum indigenarum multitudine comparentur, minores, & a jugi cum reliqvis septentrionalibus commercio remotiores erant. Attamen cum magnam omnino septentrionalium multitudinem in prædictis Galliæ, Belgii, Frisiæ, & Saxoniæ Cis-Albinæ regionibus satis diu hæsisse, horumqve haud paucos ibi permansisse, constet, satis perspici potest, qvod, hac occasione, multa ex lingva septentrionali, cum Saxonica, & inprimis Frisica, Belgica & Franco-Gallica coaluerint; qvæ variarum gentium & lingvarum, his in regionibus, commixtio & confusio in causa est, qvod vix ac ne vix qvidem dignosci plene possit, qvas voces & loqvendi formulas hodiernæ Frisiæ, Belgii, & provinciarum Galliæ, Belgio contiguarum, lingvæ sibi originetenus proprias, qvasqve aliunde, imprimis ex septentrione nostro, ut & a Germanis, qvorum lingvam provincias Galliæ a Francis occupatas, æqve ac Belgas, magna ex parte recepisse, apud eruditos in confesso est, mutuatas habeant. Qvod enim *Rodericus*, Archiepiscopus *Toletanus*, seculi 12mi scriptor, a *Wormio* (q), *Suhmio* (r) & pluribus hanc in rem laudatus, eandem cum Dania, Norvegia, & Svecia lingvam *Teutoniæ*, *Flandriæ* & *Angliæ* tribuit, magis de primæva lingvæ Germanicæ, & maxime dialectorum Saxonicæ & Franco-theotiscæ, cum Septentrionali cognatione, a plurimis eruditorum jamdudum agnita, & a nobis infra ulterius paulo illustranda, qvas *Sheringhamo* (s), & *Casaubono* (*) recte observantibus, Saxonicæ originis populi etiam ultra Frisiam & Bataviam usqve ad ultimum Rheni ostium & littora Flandriæ, Franci vero ulterius adhuc in Galliam propagaverant, ut & de prædicta mixtione his lingvis per septentrionales postmodum inducta, intelligendum esse videtur, qvam de usu lingvæ septentrionalis proprie sic dictæ, qvippe qvem historia, non Flandriæ magis, qvam Saxoniæ Cis-Albinæ tribui permittit, etiamsi Flandria, æqve ac aliæ regiones ei vicinæ, infesta septentrionalium arma non tantum sæpius senserit, sed etiam tam Wilhelmo I. Normanniæ duci, qvam aliis Danici sangvinis principibus, aliqvamdiu paruerit. Certe *Laurentii* Holensium episcopi *vita* ad annum 1295. (t) qvod Johannes, ex Flandria oriundus, lingvæ septentrionalis admodum imperitus fuerit, satis declarat his verbis: "mátti þvi Jon Flæmingi midr gagnast Erkibiskupi í deilum þeirra Korsbrædra, at hann kunni ecki Norrænu at tala, ok skildi alþydan ecki mál hans, þviat hann talade allt á Látino, Frönsko edur Flæmsko". i. e. *Ideo autem Johannes Flandrensis Archiepiscopo* (Nidrosiensi) *in litibus cum Canonicis minus profuit, qvod lingvam septentrionalem & speciatim Norvegicam*

(q) Literat. Run. ed. in fol. p. 141.

(r) Crit. Hist. 1 D. p. 203-204.

(s) De Angl. Gent. origine p. 26.

(*) Comm. de IV. Lingvis Lond. 1650. p. 132.

(t) Cap. 8.

Digitized by Google

vegicam loqvi non potuit, unde vulgus qvæ dixit non intellexit, omnia enim lingva Latina, Gallica vel Flandrica peroravit; & porro aliis in locis (u), ubi loqvelæ Norvegicæ infeliciter admodum ab eo tentatæ exempla, ſatis utiqve ridicula, depromit, eumqve, hoc conatu, inſignem Laurentio oblectationem feciſſe addit. Ex prædicta autem lingvarum Germaniæ Belgii & Galliæ cum ſeptentrionali mixtione, qvæ, ut in plurimis ſupra memoratarum regionum ſatis notabilis, ita in Normannia & aliis, qvas ſeptentrionales diutius reliqvis tenuerunt, maxima fuit, lingva illa tandem coaluit, autori (x) & aliis noſtratium hiſtoricis (nomine ſine dubio ad Germanorum & Anglorum morem formato (y), & lingvam *Gallicam*, vulgarem ſcilicet, cum ſeptentrionali & Germanica mixtam, denotaturo) *Valſka* & *Vallanda tunga* i. e. *Vallandica* dicta, qvæ ideo æqvo jure *Germanico-* vel *Franco-Gallica*, & *Gallico-Normannica* vel *Septentrionalis*, vocari poſſe videtur, cum illinc ex Germanica, & proprie ex Franco-theotiſca, Saxonica, & Gallica, hinc vero ex Septentrionali conflata vere fuerit. Cumqve talis lingva non tantum in Normannia, ſed etiam per plures ſeptentrionalis Galliæ oras, variasqve Belgii, imo etiam aliqva ex parte per nonnullas Germaniæ provincias Rheno vicinas, a ſeculo inde nono, hac illac viguerit, tandemqve a Wilhelmo Conqveſtore, paulo poſt medium ſeculi undecimi, in Angliam etiam introducta fuerit, & cum Anglo-Saxonica vel Anglo-Danica denuo mixta, unde eam *Hickeſius* (z), optimo jure *Normanno-Saxonicam* vocat; facile patet ratio, cur *Speculi Regalis* autor, qvi Sverreris Norvegiæ regis tempore, ſeculo 12mo vergente, ſcripſiſſe videtur, peregrinaturis id conſilii dare volueris (a), *ut lingvas, Latinam & Vallandicam* (*Erici* (b) non ſatis accurate *Italicam* vocavit, qvamvis Italia etiam Vallandiæ nomine Islandis veniat), *utpote ſuo tempore latisſime florentes, præ ceteris diſcerent;* qvemadmodum, ex nuper memorata hujus lingvæ origine, ſatis perſpici poteſt, cur, *hiſtoria Orcadenſium* referente, Rognvalldus Orcadum Comes, & ſocii Norvegi, in itinere Hieroſolymitano, annis non ita multis ante Sverreris in Norvegia imperium confecto, Godofredum, qvi caſtellum qvoddam Galliciæ tenuit, variarum lingvarum peritum, *tum primum intellexerunt, ubi eos Vallandica alloqvebatur* („hann mælti á Völſku, þad „ſkildu þeir hellzt"). Qvod vero Vilhelmus Nothus inſigni in Anglia lingvæ mutationi dederit cauſam, ex ejus vita ſatis concludi poteſt, cum Anglis conſve-

 tudines

(u) Cap. 10. & 11.
(x) Cap. 7. p. 86.
(y) Conf. *Buchanani* Rer. Scot. Lib. II. ed. 1643. 8vo pag. 62-63.
(z) Præf. Theſ. lingv. Sept. p. VI.
(a) Pag. 43.
(b) Disqviſit. de peregr. p. 39.

Digitized by Google

tudines etiam legesqve patrias, lingva Normannico-Gallica, qvam recte non intellexerunt, perscriptas obtruserit, & magistratus ecclesiastici & politici ordinis, qvi nova hæc, ab eo introducta, servari curarent, per totum regnum constituerit (c), nec aliam, qvam hanc, lingvam in foro, senatu, vel aula tolerare voluerit. Consentit *Croylandensis historiæ* autor, ab *Hickesio* etiam laudatus (d), *qvi* Normannos *ipsum etiam Anglorum idioma tantum abhorruisse* testatur, *ut modus etiam scribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in Chartis & libris omnibus admitteretur;* qvod qvidem eo facilius efficere potuerunt, cum ipse *Hickesius* (e), speciminibus exhibitis ad oculum monstraverit, scripturam Gallicam f. Italicam jamtum ab Ælfredi Regis temporibus apud Anglos inolevisse. Accedunt voces & phrases partim Gallo-Francicæ, Gallo-Latinæ, & Danicæ, & partim novæ, a Normannis inductæ, nec non antiqvatæ, ab eis reductæ, & multa alia, ab eodem viro eruditissimo (f) operose explicata, qvæ ipsam lingvæ compagem ita alterarunt, ut novam dialectum, vel perjodum, qvam *Normanno Saxonicam* f. *Anglo-Normannicam* appellat, condiderint. Qvibus tamen omnibus Normanni impedire minime potuerunt, qvin maxima lingvæ Anglicæ pars in hunc usqve diem Anglo-Saxonicam & Anglo-Danicam originem & conformationem in multis servaverit.

§. 3. *Lingva hæc Danica per Anglo-Saxones in Angliam, per Odinum autem & socios in Septentrionem & Saxoniam, primum introducta est.*

Hic autem lingvæ Danicæ in Anglia usus sua cetera probabilitate minime caret. Etenim Anglo-Saxones Theodosio IIdo imperante, 449 post Servatorem natum annis, dominatum in Anglia obtinuisse, *Johannes Cluverus* (*) & *Münsterus* (**) consentiunt; ipseqve *Münsterus* (***), *Bedam* Anglum secutus, *lingvam Angliæ* olim *Germanicam* fuisse testatur, *Saxonicam* scilicet, ab Anglo-Saxonibus introductam; cui assertioni pondus haud exiguum addit *Rimbeigla* apud *Torfæum* (****) his verbis: "Upphaf allra fráságna í *Norrænni tungu*, þeirra er „fann-

(c) Conf. *Eadmeri* Monachi Cant. Hist. novor. Lib. I. pag. 6. & *Hickesii* Præf. l. c.

(d) L. c. p. 24.

(e) Gramm. Anglos. c. 22. Thes. lingv. Sept. P. I. p. 139-145. cf. p. 168.

(f) L. c. p. 146-149. 155. & alibi passim.

(*) P. m 387.

(**) Lib. II. cap. 9. p. ed. Bas. 1572. 47-48.

(***) Loc. cit.

(****) Ser. Reg. Dan. Lib. II. c. 4. pag. 148. & Lib. III. cap. 4. pag. 264.

Digitized by Google

„ sannendi fylgia, hefz þá er Tyrkir oc Asiamenn bygdu nordrir. Því er þat med „ sönnu at segia, at *tungan* kom med þeim nordr híngat, er ver köllum *Norrænu*, oc „ geck su tunga um *Saxland*, *Danmörk* oc *Svíþiód*, *Noreg* oc um *nockurn* „ *bluta Englandz*". i. e. *Initium omnium relationum IN LINGVA SEPTENTRIONALI, qvæ veritate nituntur, ab eo tempore repetitur, qvo Turcæ & Asiatici septentrionem incolere coeperunt. Unde & vere traditur, LINGVAM, qvam nos SEPTENTRIONALEM appellamus, cum eis huc in septentrionem pervenisse; qvæ lingva per SAXONIAM, DANIAM, SVECIAM, NORVEGIAM & ALIQVAM ANGLIÆ partem se* (postea) *diffudit.* Qvæ *Rimbeiglæ* verba plene consentiunt cum *Prologo Eddæ* Codicis Wormiani, qvi his verbis concluditur: " þeir Æser tócu „ ser kvanföng þar innanlandz (í Svíþiódu), enn sumer sonum sinum, oc vurdu „ þessar ætter fiölmennar, sva at um *Saxland*, oc allt þadan *um nordrálfr* dreif- „ diz, sva at *þeirra tunga Asiamanna var æigintunga um öll þessi lönd*, „ oc þat þyckiaz menn skynia mega, af þvi er ritut er lángfedga nöfn þeirra, „ at þau nöfn hafa fylgt þessi tungu, oc *þeir Æsir hafa haft tunguna nordr* „ *hingat í heim*, í *Noreg*, oc *Svíþiód*, oc *Danmörk* oc *Saxland*; oc í Eng- „ landi eru forn landzheiti eda stada, þau er skilia má, at af annari tungu eru „ gefin, enn þessi". i. e. *Asarum alii sibi ipsis, alii vero filiis suis, uxores ex indegenis* (in Svecia) *duxerunt, eorumqve genus ita numero accrevit, ut per SAXONIAM, atqve inde PER OMNES PLAGAS SEPTENTRIONALES* tandem *diffunderetur, adeo qvidem, ut HORUM ASIANORUM LINGVA OMNIBUS HIS REGIONIBUS PROPRIA fieret; idqve ex majorum eorum nominibus, qvæ veterum scripta ad nos transmiserunt, colligi posse videtur, qvod nomina ista hanc lingvam secuta sint, qvodqve HI ÆSÆ LINGVAM ILLAM IN BOREALEM HUNC ORBEM, in Norvegiam* (scilicet) *& Sveciam, nec non Daniam & Saxoniam INTRODUXERINT* (g); *In ANGLIA etiam vetusta qvædam regionum & locorum nomina occurrunt, qvæ ab ALIA LINGVA, qvam hac, deducta esse apparet. Aliâ* illa *lingvâ*, qvæ hic memoratur, eam indicari existimo, qvæ Britanniæ familiaris fuerat anteqvam Anglo-Saxones regnum istud oc-

(g) Conf. Eddam *Görансonii* pag. 8.

Digitized by Google

cupaverunt; cetera autem eo ſpectare videntur, ut liqvido monſtrent, hanc (Aſarum vel Septentrionalem) Lingvam etiam in Anglia invaluiſſe. Addit præterea *Munſterus* (*), *Polydorum Virgilium* (**) ſecutus, reliqvias Britannorum, Anglis rerum in Britannia potitis, in principatu Walliæ, ad occidentale regni latus ſito, conſediſſe; unde facile concludi poteſt, lingvam Britannorum, licet altera, ab Anglo-Saxonibus illata, tum prævaleret, penitus non interiiſſe; ſed omnia potius eo collineant, ut Lingvam Danicam, ex Saxonia advectam, in Anglia qvidem invaluiſſe, doceant, ſed tamen aliqva ex parte, cum veteri Britannica, qvæ adhuc apud priorum incolarum reliqvias in Wallia ſuperfuit, permixtam. Nam etiamſi *Polydori Virgilii* Itali hiſtoriam, acri admodum cenſura, a G. J. *Voſſio* (***) adducta, *Henricus Savilius* perſtrinxerit, veri tamen ſimile eſt, Saxones gentem Britannorum penitus adeo non exſtinxiſſe, qvin ſufficientes ſatis lingvæ permiſcendæ reliqviæ ſuperſtites manſerint. Anglo-Saxonum autem lingvam omnino prævaluiſſe, vel inde concludere licet, qvod *Reipublicæ Scoticæ* collectores (****) *Boethio* Scoto, Luthero coævo, autore tradunt, Scotos proxime ad fines Angliæ habitantes, propria lingva relicta, Saxonicam, ob *Anglo-Saxonum* vicinitatem, aſſumſiſſe. Qvanto enim magis de oppreſſis illis Britannis (illis ſcilicet, qvi in Walliam non ſeceſſerunt) idem valebit, qvibus, præter libertatem, ipſum etiam nomen Anglo-Saxonum dominatio ademit (*)?

(*) *Saxones*, qvibus teſtimonia â *Vidalino* hic laudata Lingvam ſeptentrionalem olim nobiscum communem fuiſſe perhibent, & apud qvos Odinum regnum obtinuiſſe, filiisqve ſuis poſt ſe conceſſiſſe *Snorro* & *Prologus Eddæ* apud *Torfæum* (h) memorant, illi ſine dubio fuerunt, qvi â *Ptolemæo* ſupra dorſum Cimbriæ, Teutonibus proximi collocantur, & *Hieronymo Cypræo* (i) judice, cum qvo *Submius* (k), hac in re maxima ex parte conſentit, etiam ante Chriſtum natum in Dithmarſia, Stormaria, Holſatia, & Wagria, & ex parte etiam in Ducatu Sleſvicenſi, ſedes habuerunt, qvas qvidem ibi qværendi Cimbrorum & Tevtonum emigratio, qvæ has

(*) Loc. cit.

(**) Cf. Hiſt. Angl. ed. Baſ. 1555. f. p. 8. 9.

(***) De Hiſtoricis Lat. Lib. III. cap. 12. p. m. 679.

(****) Ed. Elzevir. cap. 4. p. m. 90. 91.

(h) Ser. Reg. Dan. p. 103. 109. conf. 244.

(i) De Orig. Nom. & migrat. Saxon. 1622. cap. 1.

(k) Nord. Opr. pag. 254. 269 §. 21. 271 §. 23. 276. it. Crit. Hiſt. af Danm. 1 D. pag. 489. §. 13.

Digitized by Google

has terras incolis tantum non vacuas reliqvit, occaſionem eis dediſſe *Schöningius* (l) arbitratur. Qvamvis autem doctisſimi hujus viri de ſeptentrionali eorum origine ſententiam (m), *Submio* (n) præeunte, miſſam facere varia ſvadeant, & in his præ ceteris ipſa Saxonum antiqvorum lingva, qvam proprie Germanicam (qvemadmodum eam *Cypræus* (o) pro Friſica veteri ſpeciatim habet), non vero ſeptentrionalem fuiſſe, reliqviæ ejus, qvotqvot hodie ſuperſunt, indicare videntur (p); omni tamen dubio, qvantum perſpicimus, caret, arctisſimum omnino, â remotisſimis inde temporibus, inter hos Saxones, & populos ſeptentrionales, & maxime Danos, fuiſſe nexum. Ut enim in Jutia ſeptentrionali, inde â Jotorum in eam ingreſſu, cui magna illa Cimbrorum emigratio occaſionem dediſſe videtur (q), populus lingvaqve ſeptentrionalis magis magisqve invaluerunt, ita ratio ſvadet, Jutiæ auſtrali, vicinisqve regionibus, vel ab ipſis Saxonibus, vel â populis Saxonicæ originis, habitatis, idem eveniſſe, imprimis ex qvo maxima horum pars ſeculo poſt Chriſtum natum qvinto, in Britanniam migrans, tot inter gentis reliqvias loca, incolis vacua, ſeptentrionalibus aperuit (r); unde ab eo tempore varii Daniæ Reges, ut Ivar Vidfadmius (s), Haraldus Gormonis (t), & alii, hiſtoricis diſerte memorantur, qvi prædictam Saxoniam, jam totam, jam ex parte, in poteſtate habuerunt; qvemadmodum alia teſtimonia, â *Submio* (u), notata, & plura adhuc, qvæ ſigillatim recenſere inſtituti ratio vetat, Danos ſeculo VIIImo & IXno, imo inde â ſeculo Vto, ibi locorum primas tenuiſſe innuunt. Et qvod ad Saxones migratione Britannica antiqviores, de qvibus hic proprie ſermo eſt, attinet, omnia eo tendunt, ut eos Odinum ſuum, ſive hic, ex *Schöningii* opinione (x), noſtratium Mith-Othinus, ſive ſecundum *Submium* (y) alius fuerit, ſeptentrioni noſtro acceptum referre aperte doceant, cum qvo eos haud pauca ex lingva ſeptentrionali recepiſſe,

---

(l) Norſk Opr. p. 62. 63. 69. 236.
(m) Loc. cit. p. 250-53.
(n) Nord. F. Opr. p. 271. §. 23. Om odin p. 113. Crit. Hiſt. l. c. p. 211.
(o) L. cit. cap. 2.
(p) Conf. *Subm* Folk Opr. p. 96. Nord. F. Opr. p. 272. it. 265-66. Crit. Hiſt. l. cit.
(q) Cf. *Subm* Hiſt. om de udvandr. F. 1 B. p. 16.
(r) *Subm* l. cit. 2 B. p. 2. 3.
(s) Conf. *Torf.* Ser. Reg. p. 308-309.
(t) *Knytl. S.* p. 2.
(u) Loc. cit. p. 27. §. 6. p. 45. §. 9. & p. 55.
(x) Norſk Oprind. p. 293-296. &c.
(y) Om odin pag. 112-115. Hiſt. om de udvandr. F. 2 B. pag. 2. 3. Crit. Hiſt. l. c. pag. 505-7. ſeqv.

recepisse, eo facilius credi potest, cum non tantum regnatricem apud se familiam, sed varia etiam septentrionalium instituta ab eo receperint. Accedit qvod eruditi utriusqve Lingvæ, septentrionalis scilicet & Saxonicæ, periti (z) agnoverint, Saxonicam, præ omnibus Lingvæ Germanicæ dialectis, non solum ad lingvam septentrionalem, imprimis Danicam, & speciatim hujus dialectum Cimbricam, proxime accedere, sed etiam bene multa ex ipsa lingva septentrionali admixta habere, sive per Jotorum in Cimbriam migrationem, sive per Othinum ejusqve comites Danos, sive per Danorum vicinitatem & conversationem, sive alia demum occasione, inducta. Cumqve hæc similitudo eo magis in oculos incurrat, qvo altius ad ipsa historiæ horum populorum initia conferendo ascendimus, â vero minime abludere videntur monumentorum Islandicorum relationes, qvod scilicet olim tempora fuerint, inprimis prioribus post Christum natum seculis, cum Lingva septentrionalis, saltem Saxonibus Albi ad septentrionem habitantibus, eatenus cum Danis communis fuit, ut Dani Saxones istos, & hi vicissim Danos, loqventes intellexerint, eoqve sensu sumta *Vidalini* assertio (§. 4.), *qvod Lingva septentrionalis suam etiam in Saxonià dialectum habuerit*, admitti poterit; imprimis cum ne ipsa qvidem *Dudonis* narratio, præter alios, â *Submio* (a) annotata diversa svadere posse videtur. Nam etiamsi primo Wilhelmum I., Normanniæ Ducem, *per Daciscam Lingvam intellexisse* perhibens, qvæ *Saxones subsannantes* dicebant, & mox tamen addens, eundem Wihelmum, ubi Herimannum Saxonum ducem Danica Lingva loqventem audiit, admirabundum qvæsivisse: *qvis eum Daciscæ regionis Lingvam, Saxonibus inexpertem, docuerit?* Ipse sibi contradixisse videri possit, secum tamen conciliari facile poterit, si, uti verba vere jacent, *Dudonem* credidisse statuamus, qvod priori seculi Xmi parte, qvo hæc gesta sunt, tanta adhuc fuerit Lingvæ Saxonicæ cum septentrionali similitudo, ut homo Danicæ Lingvæ satis peritus, Saxones, in Germania habitantes, saltem qvadamtenus, intelligere posset, non vero tanta, ut vel Saxones Danice, vel Dani Saxonicè loqvi censendi essent. Sed si vel maxime hæc explicatio vero satis similis videri posset, eam tamen lubentes in medio relinqvimus, cum crebri *Dudonis* circa populos septentrionales errores, ejus in judicio de Lingva Danicâ recte ferendo peritiam haud parum suspectam reddant; & adhuc multo magis, cum, si opus esset, facile probari possit, Saxonum, qvi post migrationem Britannicam in Germania remanserunt, inprimis eorum, qvi â Danis remotiores erant, lingvam, â veteri Saxonicâ, adeoqve etiam â septentrionali, (lingvam enim Germanicam ejusqve dialectos, ut plurimas alias, a primæva sua

---

(z) *Subm* F. Oprind. pag. 353. Nord. F. Opr. p. 217. 220. 271-74. Om odin p. 113. Crit. Hist. l. c. pag. 213.

(a) Crit. Hist. l. c. p. 294.

ſua forma plurimum ſubinde mutatas eſſe in confeſſo eſt (b)), magis magisqve cum tempore receſſiſſe, & maxime tamen, cum teſtimonia adſint omni fide digna, & in his *Kriſtni-Saga* (c), Epiſcopum Saxonem Fridericum Anno 981 in religione Chriſtianâ Islandis annuncianda Thorvaldi operâ uſum eſſe docentis, *cum ipſe Lingvam Norvegico-Islandicam nondum intelligeret;* nec non *Snorronis Sturlæi* (d), qvi primis ſeculi XImi annis, Leifum & ſocios, qvid Tyrker Germanus, ubi, uvis in Vinlandia forte repertis ebrius, *Germanicè* eos alloqvebatur, dixerat, *non intellexiſſe* memorat, *priusqvam id eis Lingva ſeptentrionali*, qvam etiam calluit, *expoſuerat;* qvod ultimum teſtimonium celeb. *Bayerus* (e) *Jo*: Tyrkir Sudrmadr, per *Turcam ex auſtrali plaga* explicans, in ſenſum a vero prorſus alienum detorſit, utpote non attendens, Germanos Norvegis & Islandis ſec. XI. XII & XIII. *ſudrmenn* i. e. viros auſtrales, vulgo vocari conſveviſſe. Idem de Danis *Saxonis Grammatici* de Valdemari I. Daniæ Regis ad Fridericum Germaniæ Imperatorem itinere Seculo XII. facto, narratio, a *Sperlingio* (f) dudum notata, confirmare videtur, qvatenus Abſalon, cum imperatore loqvens, lingva Latina, qvam hic ſine interprete non intellexit, uti opus non habuiſſet, ſi imperator Danice loqventem intelligere potuiſſet. Hæc igitur omnia ſatis ſuperqve innuunt, ut reliqvorum Germanorum, ita etiam Saxonum in Germania tunc habitantium, lingvam, ſaltem à Seculo Xmo exeunte, longè adeo â ſeptentrionali abiiſſe, ut nec Lingva Germanica generatim, nec ſpeciatim Saxonica, ad ſeptentrionalem recte referri potuerit, idqve etiam ipſa Lingvæ Germanicæ antiqvæ monumenta, in Theſauro *Schilteriano* & alibi edita, plenisſime confirmant. Qvamvis enim lingva Franco-theotiſca, ad eas lingvæ Germanicæ dialectos vere pertineat, qvæ, poſt Saxonicam, ad ſeptentrionalem proxime accedunt; & qvamvis primo oculi jactu ſtatim appareat *Otfridi Evangelia*, *Notkeri Pſalterium*, *Willerami Paraphraſin Cantici*, & ita dictam *Tatiani Harmoniam IV. Evangeliorum theotiſcam*, nec non *Juramenta* Ludovici Germanici ejusqve ſubditorum Teutonica ad ann. 842 (g), (*Keronis* enim *interpretatio Regulæ S. Benedicti* & ab his, & a nobis, longius recedit), majorem multo aliis Germanorum monumentis, his recentioribus, earum vocum & conſtructionum, qvæ in antiqvisſimis ſeptentrionis noſtri ſcriptis viſuntur, copiam exhibere; tanta tamen horum monu-

(b) Conf. inter alios *Thom. Hayne* lingvarum cognatio Lond. 1648. 8. Poſit. III. p. 24.
(c) Ed. Havn. p. 8 & 9.
(d) Ed. Svec. T. I. p. 332.
(e) De converſ. rer. Scyth. temp. Mithrid. opuſc. ed. Klotzii p. 252.
(f) De Tit. Koning. p. 30-31.
(g) Conf. *Leibn.* Miſcell. Etymolog. T. I. p. 181. ſeqv.

Digitized by Google

monumentorum a nostris, tam in reliqva orationis conformatione, qvam in ipsis vocibus differentia est, ut credi haudqvaqvam possit, talis lingvæ homines ab antiqvis septentrionalibus, & hos ab illis, intelligi potuisse, inprimis si orthographiam, qvæ a septentrionali plurimum differt, in eloqvendo probe expresserint. De *Anglia* vero & populis, qvi seculo Vto eo demigrarunt, aliud dicendum est. Erant hi *Bedâ* (h) teste, 1mo Saxones, qvi ex eâ regione, qvæ ejus tempore *antiqvorum Saxonum* cognominabatur, orti, orientalibus, meridianis, & occiduis Saxonibus Britanniæ originem dederunt. 2) Angli, ab eo inter Vitas, id est Jutos, & Saxones collocati, qvibus orientales & mediterranei Angli, Merci, totaqve Northumbrorum Britanniæ progenies, suum debuit ortum; & deniqve 3tio Vitæ id est Juti, ex qvorum origine fuerunt Cantuarii & Vectuarii, & qvæ ad *Bedæ* usqve tempora *Vitarum* natio nominabatur, in provincia Saxonum Occidentalium contra insulam Vectam posita. Observandum qvidem hic: 1mo, qvod scriptores Britannici *Beda* antiqviores, ut *Gildas* (i) & *Nennius* (k), solos Saxones hic in scenam producant; id vero minime censeri debet eâ mente ab iis factum esse, ut Anglos & Jutos excluderent; sed ea tantum ex ratione, qvod Saxones populum ex his præcipuum & numerosissimum constituerint, & maxime qvidem, qvod Angli & Juti ab antiqvissimis inde temporibus sub Saxonum nomine ab exteris comprehensi, & Angli speciatim, saltem magna ex parte, Saxonicæ originis fuerint (l). Deinde 2do hic attendi debet, qvod etiamsi *regio antiqvorum Saxonum*, unde *Beda* Saxones in Britanniam venisse narrat, neqvaqvam de sola Saxonia trans-albina, Holsatia scilicet, & terris ad hanc pertinentibus, intelligenda, sed ad Cis-albinam qvoqve, qvæ maximam Saxoniæ inferioris partem, Westphaliam, orasqve Germaniæ & Belgii ab Albi ad Rheni usqve ostia, suo ambitu continebat, vere extendenda sit (m); satis tamen apparet, Trans-Albinos etiam Saxones hujus migrationis socios fuisse, cum Angli & Juti, his ad septentrionem habitantes, ejus partem fecerint. Deniqve 3tio dubitari qvidem neqvit, qvin Anglorum in Britanniam migrantium lingva proprie loqvendo magis ad Germanicam, & speciatim Saxonicam, qvam

(h) Hist. Eccl. Lib. I. c. 15. inter Script. rer. Brit. Heidelb. 1687. p. 157.
(i) Ed. Bertrami c. 23. p. 84.
(k) Loc. cit. c. 28. p. 114. & c. 35. p. 118.
(l) *Sheringh.* de Angl. orig. c. 2. §. 1. p. 26. *Suhm* Nord. F. Opr. 217. Om Odin p. 246. Hist. om de udvandr. F. 1 B. pag. 356-62 & 485. 2 B. pag. 2. Crit. Hist. 1 D. p. 324.
(m) Conf. C. V. *Grupens* Observ. rerum & antiqv. Germ. & Rom. Observ. VI. p. 79-123. it. de lingva Hengisti Vorr. p. VII-XXIV. *Suhm* Nord. F. Opr. pag. 279. Hist. om de udvandr. F. 2 B. p. 11. *Math. Westmon.* ed. Francof. 1601. ad annum 449 in marg.

Digitized by Google

qvam ad ſeptentrionalem, pertinuerit, cum, præter ipſam Anglo-Saxonicorum monumentorum dialectum, *Beda* (n) ad annum 528 teſtis adſit luculentisſimus, qvod Auguſtinus & ſocii, ad religionem Chriſtianam in Britanniâ annunciandam â Pontifice Romano misſi, interpretes *de gente Francorum*, Germanicæ originis, *acceperint*, *cum ipſi Lingvam Anglorum non intelligerent*, qvemadmodum etiam ejusdem *Bedæ continuator* (o) *Lingvam Francorum*, Caroli Magni tempore, *cum Anglis communicaſſe* judicat, qvod ambæ iſtæ gentes *ex Germania originem duxerint*. Sed ſi ſimul cogitemus, 1mo qvod ſæpedicta in Britanniam migratio facta ſit anteqvam Lingva Saxonica â veteri ſua cum Danica ſimilitudine, ſupra memorata, notabiliter recesſit; & deinde 2do, qvod non tantum Transalbini Saxones, Danis præ reliqvis Saxonibus propiores, lingvaqve magis ſimiles, ſed etiam Angli, qvi in Ducatu Slesvicenſi diu habitaverant, & Jutis contigui, Danisqve vicini, imo ex parte cum his permixti fuerant, & deniqve Juti, qvos, maxima certè ex parte, ſeptentrionalis originis fuiſſe, extra omne dubium eſt, migrationis hujus ſocii verè fuerint; & porro 3tio, qvod perqvam probabile ſit, Danorum haud paucos prædictorum populorum in Britanniam migrantium ſigna ſecutos eſſe, cum ipſe *Beda* (p) Danos etiam eis populis annumeret, qvibus Britanniæ poſt hanc migrationem incolæ originem debuerunt; incredibile minime videri debet, qvod Dani Anglo-Saxones in Britannia degentes, eos inprimis, qvi Anglicæ vel Juticæ originis erant, & hi vicisſim Danos, etiam ab ipſis inde habitationis eorum in Britanniâ initiis, facile intellexerint, cum experimento rei facto tantam deprehenderimus Lingvæ unici illius monumenti, Danorum in Britanniam ingreſſu antiqvioris, qvod *Hickeſius* (q) novit, fragmenti nempe *Cædmonis*, qvem *Verum* appellat, & veterum Anglorum lingva ſcripſiſſe agnoſcit (r), cum Lingva ſeptentrionali ſimilitudinem, ut ſola fere orthographia, & paucis qvibusdam vocum terminationibus, mutatis, una in alteram ut plurimum plenè transfundi posſit; qvemadmodum adhortatio Hengiſti ad ſuos: *Nimed eure Saxes*, nec non formula ſolennis, qva ejusdem Hengiſti filia Vortigernum Britanniæ Regem ſalutaſſe perhibetur, *wes hal Hlaford Cyning*, (ut permulta alia, qvibus *Grupenius* (s) Anglo-Saxonum Lingvam Germaniæ totam vindicatum ivit, prætereamus), antiqva ſeptentrionis Lingva: *nemit ydar Saux*, & *ves heill Lavardr Konongr*, ſonant; idqve porro hodierna Jutorum, &

Gg 2 maximè

(n) Lib. I. c. 23 & 26.
(o) Lib. I. c. 10. p. 281. Conf. *Subm* Hiſt. om de udvandr. T. 2 B. p. 45. §. 9.
(p) L. c. Lib. V. cap. 10. p. 257.
(q) Theſ. ling. Sept. P. I. p. 88.
(r) Præf. Gramm. Angloſ. q.
(s) L. c. Vorrede p. VIII. ſeqv. it. Obſ. VIII. p. 149-53.

Digitized by Google

maximè qvidem eorum, qvi oram Cimbriæ occidentalem mari Germanico objectam incolunt, dialectus, insigniter confirmat, qvatenus manifestam adeo cum Lingva Anglo-Saxonica similitudinem adhuc servat, ut mirum videri merito posit (t); Eamqve intimam harum Lingvarum similitudinem *Giraldus* (u), *Lingvam Norvagorum*, qvi cum fratribus Amelao, Sytacico, & Ivaro sedes in Hibernia fixerunt, *corruptum qvoddam Saxonicum* vocans, haud obscurè agnoscit. Qvæ de veterum Britannorum lingva *Vidalinus* hic subjungit satis recte se habent; eam enim tam *Galfredus* (x) â Saxonicâ, qvam *Bedâ* (y) ab Anglica, & reliqvis, qvæ Osvaldi regis tempore in Britannia viguerunt, clare distingvunt. Qvod vero per Anglo-Saxones plene non sit deleta, testis præ aliis idoneus est *Giraldus Cambrensis* (z), qvi non tantum Cambriam, sivè Walliam, sed Cornubiam etiam, & Britanniam Armoricam Britannici sermonis (qvem pro eodem cum Cambrico habet) antiqvitatem suo adhuc tempore retinuisse narrat, ita ut in ipsis vocabulis & rerum nomenclaturis unius regionis incolæ, cum alterius incolis loqventes, sensum facile perspexerint, qvanqvam propter Anglorum Gallorumqve mixtionem syntaxi & locutionis forma ab antiqva Britannici idiomatis consvetudine aliqvantum declinaverint; & speciatim, qvod hæc Lingva in Nordwallia delicata qvidem, ornata, & laudabilis, in Seretica tamen Sudwalliæ regione, utpote in medio Cambriæ sita, præcipua fuerit & laudatissima, contra vero apud Cornubienses & Armoricanos, qvamvis Cambris propter originem & convenientiam in multis adhuc & ferè cunctis intelligibilis, aliqvantum tamen diversa; qvod ultimum *Continuator Bedæ*, Britones in Gallias translocatos, â suis Britonibus, lingva non nihil diversos factos esse referens, ulterius confirmat. Novum Veteris Britannorum Lingvæ in Wallia conservatæ idem *Giraldus*, alio loco (a), documentum exhibet mulierem Cambricam, qvæ Regi Henrico IIdo loqvens interprete opus habebat; idqve non solum *Polydorus Virgilius* (b), sed recentiores etiam Britannorum historici communi fere consensu adstruunt. Imo, eo minus antiqva lingva Cambro-Britannica interire unqvam potuit, cum Britones in Walliam secedentes populum ab Anglo-Saxonibus discretum multa per secula constituerint, suisqve Regibus & principibus paruerint, unde non tantum antiqvæ *Walliæ Leges* ab Hoelo bono sec. X. conditæ,

(t) Conf. *Suhm* Hist. om de udvandr. F. 2 B. p. 46.
(u) Topograph. Hibern. Dist. III. c. 43. ed. Camd. p. 750.
(x) Ed. Heidelb. L. III. c. 20. p. 23. & Lib. VIII. c. 14.
(y) Lib. III. cap. 6.
(z) Descr. Cambr. ed. Camd. c. 1. p. 882. & cap. 6. p. 886.
(a) Hibern. expugn. Lib. I. c. 37. ed. Camd. p. 778.
(b) Hist. Angl. ed. Bas. 1555. p. 3 & 9.

Digitized by Google

ditæ, (licet a succeſſoribus ſubinde auctæ, & nonnullis Anglo-Saxonicis hic illic interpolatæ) nec non *Adagia Britannica*, ſed etiam multo plura, & in his qvædam legibus antiqviora, lingvæ Cambro-Britannicæ monumenta, *Davieſio* (c), *Lhuydio* (d) & aliis memorata, adhuc ſuperſint. Ad hujus autem lingvæ indolem qvod attinet, *Davieſius* qvidem magno niſu contendit, *orientalium matricum unam*, *aut certe ab orientalibus immediate prognatam* (e), adeoqve *inter matrices Europæ lingvas numerandam*, *eſſe* (f), qvam etiam *Scaligeri* ſententiam fuiſſe *Mericus Caſaubonus* dudum obſervavit (g). Ut autem omnia, qvæ viri maximi nominis, etſi cetera variis hac in re opinionibus a ſe invicem haud raro diviſi, ad antiqvarum Galliæ & Britanniæ lingvarum origines inveſtigandas, in medium contulerunt, eatenus inter ſe conciliari facile qveunt, ut pro certo haberi poſſit, veteres Britannos Scotos & Hibernos ex populis Celticæ originis, inprimis Gallicis, & ex parte etiam ex Hiſpanicis ortos eſſe (h); ita Specimina antiqvarum Britanniæ (qva non tantum Wallia & Cornubia, ſed Scotia etiam continetur) Hiberniæ, & Galliæ lingvarum harmonica, a *Lhuydio* (i) producta, omnibus qvidem Celticam, Britannicæ vero & Hibernicæ Gallicam originem ſatis aperte aſſerunt; licet ſimul fatendum ſit, prædictas Britanniæ & Hiberniæ lingvas, tam a ſe invicem, qvam a veteri Gallica dialectis differre, qvippe qvod non ſolum lingvis, vel originis vel alia, ratione cognatis, ſed etiam uni eidemqve lingvæ, ubicunqve diverſarum regionum incolis in uſu eſt, evenire per naturam debet, & experientia teſte ubiqve terrarum vere evenit. Hinc autem porro manifeſtum evadit, veterem illam Britanniæ ſ. Walliæ lingvam, accurate loqvendo, nec ad Germanicam, nec ad ſeptentrionalem noſtram recte referri poſſe (k). Qvæ enim *Caſaubonus* (l), *Leibnitius* (m) & alii de Germanica lingvæ

 Gallicæ,

(c) Ad calcem Dict. Cambro-Brit.

(d) Archæolog. Brit. Vol. I. Tit. VII. p. 254. ſeqv.

(e) Præfat. Dict. Cambro-Brit. **

(f) Ibid **2

(g) Comment. de IV. lingvis p. 161-62.

(h) Conf. *Buchanan* rer. Scot. Lib. II. ed. 1643. 8vo p. 59-63. conf. p. 72. *Langhorn* antiqv. Albion. p. 20. 21. *Caſaubon* loc. cit. *Leibnit.* Collect. Etymol. P. I. p. 74. 155. P. II. p. 253. nec non *Eccard.* Præfat. p. 17. *Suhm* F. Opr. p. 164. 321-22. *Schönn.* Norſk Opr. p. 174. Ihre Proœm. Gloſſ. Sviogoth. p. IX-XIII.

(i) In Archæologia Britannica. Conf. *Bullet* mem. ſur la L. Celt. T. III. Pref. p. 1. nec non p. 27. ch. 14. ut & p. 473. *Davies* Diction. Cambro Brit.

(k) Conf. *Suhm* l. c. p. 96. 298. 323. 351. §. 10. it. Tab. IV. a. *Schön.* p. 171-72. 184.

(l) Comment. de IV. lingvis l. c. conf. p. 136-137.

(m) Collect. Etymol. P. I. p. 57. 67. 74. 76. 77. 147-48. P. II. p. 253.

Digitized by Google

Gallicæ, adeoqve etiam Cambro-Britannicæ ſ. Wallicæ, origine tradiderunt, partim vaga illa, qva veteres ſæpe utuntur, Celtarum appellatione, partim ſitu Germaniæ, qvatenus Galliæ ad orientem jacet, ſolum nituntur; Qvemadmodum etiam lingvæ Cambro-Britannicæ cum Germanica ſimilitudo, qvam ſpecimen vocabulorum ex *Boxbornii* Dictionariolo Cambro-Britannico a *Leibnitio* (n) collectum exhibet, qvæqve inter has lingvas cætera apparet, partim nimis exigua, partim longius petita eſt, qvam ut lingva Wallica ideo ad Germanicam referri, vel ſemigermana jure vocari posſit; cum naturæ multo magis conveniat, hanc, qvaliscunqve eſt, ſimilitudinem, partim ex originaria plurimorum Europæ aboriginum cognatione, partim, & qvidem maxime, ex populorum Celticorum cum Germanicis vicinitate, converſatione, vel commixtione diverſis temporibus facta, cum *Suhmio* (o) repetere. Idem de eis, qvæ lingva Cambro-Britannica, aliæve lingvæ Celticæ dialecti cum ſeptentrionali noſtra communia habent, qvæ certe Germanicis iſtis pauciora non ſunt, ſtatuendum eſſe nobis videtur. Qvæ enim poſt *Langbornium* (p) & *Camdenum* â *Pontoppidano* (*) laudatum *Schöningius*, de origine Cambrorum Cimbricâ, Lingvæqve Cimbrorum antiqvisſimæ cum Celtica cognatione diſſerit (q), qvamvis perqvam docta ſint, in medio relinqvere cogimur, partim cum ad remotisſima tempora, qvæ hic in cenſum parum veniunt, pertineant, partim, & maximè qvidem, cum dubium nobis haud immerito videri posſit, utrum Celtarum nomen in Plutarchi teſtimonio, â viro eruditisſimo laudato, & aliis, qvæ huc referri ſolent, â *Sheringhamo* apud *Pontoppidanum* (r) productis, de Celtis, ſtrictè & propriè, an latè tantum, pro omnibus ſine diſcrimine occidentalis Europæ incolis, ſumtis, intelligi debeat. Qvominus enim Cimbri ad Celtas proprie referri qveant, perill. *Suhmio* nos benigne monente, obſtat 1) qvod gentium Celticarum termini tum nimis late extendantur. 2) Qvod Teutones, qvos tam nomen qvam domicilium Germanos fuiſſe indicant, jam tum a Ptolemæo, qvi plurima de ſeptentrione noſtro ex ſcriptoribus, Romanorum in Germania victoriis antiqvioribus, e. gr. *Pythea*, *Timæo* &c. hauſit, cum ſeptentrionem multo melius Romanis noverit, in cherſoneſo Cimbrica una cum Saxonibus collocentur. Et 3) Qvod Scriptores antiqvi, qvi optima harum rerum notitia inſtructi fuiſſe deprehenduntur, Cimbros, ubi de eorum expeditione ſermonem faciunt, Germanos appellent. Qvod autem inter Ducum Cimbricorum nomina

---

(n) L. cit. P. I. p. 81.

(o) Nord. F. Opr. p. 118. conf. Pezron Antiqv. de la Lang. des Celt. p. 314-320.

(p) Antiqv. Alb. p. 17. feqv.

(*) Geſt. & Veſt. Dan. extra Dan. T. 2. p. 11.

(q) Norſk Opr. p. 199. 203.

(r) Loc. cit. T. I. p. 195-96.

Digitized by Google

nomina nonnulla Gallica occurrunt, mirum non eſt, cum multi Gallorum, ut Tigurini, Cimbrorum ſigna ſecuti ſint; contra qvædam Germanica ibi etiam reperiuntur. Cæterum qvantacunqve lingvæ Celticæ a ſeptentrionali noſtra diverſitas ſit, notatu tamen admodum dignum eſt, qvod Poëtæ Celtarum multas habent loqvendi formulas, lingvæ noſtræ Poëticæ admodum ſimiles, qvemadmodum eorum carmina nullos rythmos (vulgo *rim*) habent, ſed certarum literarum & ſyllabarum repetitione ſuſtinentur. Aſt continua illa converſatio, qvæ noſtris cum Celtis, ab antiqvisſimis inde temporibus, inprimis in Scotia & Hibernia fuit, ut & coeli, generisqve vitæ, atqve inde nata morum, ſimilitudo, talia facile efficere potuerunt. Hinc etiam variarum vocum in his lingvis ſimilitudo, ad *Lhuydii* Archæologiam a me ex parte annotata, enata eſſe poteſt; ut primam talis ſimilitudinis occaſionem, ex lingva antiqvisſima & communi Japhetica petendam, taceam. Hactenus *Submius*.

§. 4. *Eadem denuo in Anglia inſtaurata eſt & conſervata per Lodbrokidas, Ericum Blodöxium, Sveinem barbæ furcatæ, & maxime per Canutum Magnum.*

His porro accedit *Snorro Sturlæus*, qvi, in Vita Hakonis Adalſteinis alumni, Ericum Blodöxium, ex Norvegiâ profugum, Northumbriam Jure clientelari, ab Adalſteine Angliæ Rege accepiſſe narrans, his verbis concludit (s): " Nordumbraland er kalladr ſimtungr Englandz. hann (Eirekr) hafdi adſetu í Jórvik, þar ſem menn ſegia, at fyrr hafi ſetit Lodbrókar ſynir. „ *Nordymbraland var meſt byggt Nordmönnom, ſídan Lodbrókar ſynir* „ *unno landit;* herjudo Nordmenn oc Danir optlega þannig, ſídan er valld „ landſins hafdi undan þeim geingit. *Mörg heiti landſins ero þar geſin* „ *á Norröna tungu*, *Grímsbær*, oc *Hauksfliót*, oc mörg annur ". i. e. *Northumbria pro qvinta parte Angliæ habetur. Is* (Ericus) *Eboraci, ubi Lodbrokidas olim conſediſſe fama eſt, ſedem fixit. Erat autem NORTHUMBRIA, POSTQVAM EAM LODBROKIDÆ SUBEGERANT, MAXIMA EX PARTE A SEPTENTRIONALIBUS HABITATA; crebasqve excurſiones Norvegi & Dani eo faciebant, ex qvo eorum imperium excuſſerat; unde multorum ibi LOCORUM NOMINA, GRIMSBÆR*, (qvaſi Grimi Villa), *ET HAUKSFLIOT* (qvaſi Hauki flumen)

(s) Conf. ed. Sv. T. I. p. 129.

Digitized by Google

men) & *plurima alia* *EX LINGVA SEPTENTRIONALI SUNT DATA.* Qvam narrationem unusqvisqve facile perſpicit eo inclinare, qvod lingva Angliæ, poſtqvam ibi Anglo-Saxonum imperium invaluerat, maxima ex parte Saxònica, id eſt antiqva Danica, (qvæ ſuam etiam in Saxonia dialectum habuerat), fuerit, licet, ut vero ſimile eſt, aliqva ex parte cum lingva veterum Britannorum permixta; ſed qvod genuina Danorum lingva, vel dialectus potius, inprimis in ea regni parte, qvam tunc Dani & Norvegi potisſimum incoluere, per novum Lodbrokidarum imperium denuo ſuſcitata & inſtaurata ſit. Qvamvis enim, ſecundum *Torfæi* calculum (t), a Lodbrokidarum tempore, ad Ericum Blodöxium, 130, aut, ad ſummum, 150 anni effluxerint, credibile tamen eſt, dialectum ab eis illatam, maxima ſaltem ex parte, Blodöxii tempore illibatam adhuc perſtitiſſe. Poſt hæc vero tempora qvam optime conſervari certisſime potuit, dum Sveinn Barbæ furcatæ Daniæ Rex continuo illo & horrendo multorum annorum bello, qvod *Hvitfeldius* (u) fuſe deſcribit, Angliam inundavit; & adhuc multo magis, per integros illos 24 annos, qvibus Sveinis filius Canutus Magnus imperium Angliæ tenuit. Is vero ſecundum eundem *Hvitfeldium* (x), cui *Olai Sancti Vita* in Membrana (y) ſuum calculum addit, anno 1035 vel 1036 mortuus eſt; qvæ Canuti mors cum 30 tantum annis occupationem Angliæ & in eam dominatum Wilhelmi Nothi antevertat, ſupra (§. 2.) adducta *Arii* Sacerdotis *multiſcii* de Gunnlaugo Ormstunga narratio omni fide digna videri merito debet; idqve eo magis, cum *Olaus Hvitaskáld* f. albus Poëta, Thordi Sturlæi filius, in ea *Eddæ* Codicis Wormiani parte, *Skallda* vulgo dicta, qvam de Proſodia, Orthographia, Rhetorica & Poëtica lingvæ noſtræ conſcripſit, hujus cum Anglica ſui etiam temporis convenientiam his verbis agnoſcat: " Enn þó rita *Enskir menn Enskuna* Latinu-ſtöfum öllum þeim, er rett-„ ræder verda í Enſkunni; enn þar er þeir vinnaz ægi til, þá hafa þeir vid „ adra ſtafi, ſva marga oc þeſs konar ſem þarf, enn hina taka þeir or, er ægi „ eru rettrædir í máli þeirra. Nú eptir þeirra dæmum, allz *ver erum æinnar*

túngu,

(t) Ser. Reg. Dan. Lib. III. c. 2. p. 241.
(u) T. I. p. 56-63.
(x) L. c. p. 74.
(y) Cap. 242.

Digitized by Google

„ *túngu*, þó at giörz hafi miöc önnur tveggia eda nackvad bádar, til þefs at „ hægra verdi at rita oc lefa fem nú tidiz, — þá hefer ek oc ritat *ofs Islendingum* Stafrof bædi Latinu-ftöfum öllum þeim, er mer þótti gegna til vars máls „ vel, fva at rettrædir mætti verda, oc þeim ödrum, er mer þótti í þurfa at „ vera" i. e. *Ita ANGLI LINGVAM ANGLICAM omnibus illis Latinorum literis exarant, qvæ recte, five earum poteftati convenienter, in ea enunciari poffunt; ubi vero tales literæ non fufficiunt, alias in fubfidium adhibent, tot qvidem & tales, qvot & qvalibus opus eft, reliqvis contra abjectis, qvæ in LINGVA EORUM recte enunciari neqveunt. Hinc EORUM exemplo, cum EJUSDEM LINGVÆ HOMINES SIMUS, licet altera infignem, utraqve autem aliqvam mutationem jam fubierit, qvo facilius & fcribi, & ut nunc moris eft, legi posfit, — NOBIS ISLANDIS Alphabethum exaravi, tam ex omnibus illis Latinorum literis qvæ ad NOSTRAM LINGVAM ita accommodatæ mihi videbantur, ut recte in ea enunciari poffent, qvam ex aliis qvibusdam, qvas addere neceffum duxi, conflatum:* & nonnullis interjectis. "Nú má verda at þvi, at „ nockurr fvari fva: ek má fullvel lefa *Danska túngu*, þó at Latinu-ftöfum rettum fe ritat; má ek þó at líkindum ráda, hve kveda fkal, þó at ægi fe aller „ ftafer rettræder, í þvi er ek les". i. e. *Forte qvis increpandi animo objiciet: Ego LINGVAM DANICAM, qvamvis folis Latinorum literis exarata fit, facile legere potero; cum haud admodum difficulter pro circumftantiis conjicere posfim, qvo potisfimum modo in legendo enuncianda fit, qvamvis omnes literæ poteftatem fuam & fonum non fervent.* Tria hic Olaus docet, & qvidem 1) qvod Lingva Danica noftra (Islandica) fit; 2) Qvod noftra, ratione originis, eadem cum Anglica fit; & deniqve 3) Qvod Anglica fui temporis plurimum, & noftra etiam aliqva ex parte, ab hac fua origine recefferint (*). Hæc autem fcripfit ultimis Hakonis Grandævi Hakonis filii Norvegiæ Regis annis, adeoqve multo ferius, qvam avus meus maternus Dn. *Arngrimus* (z), eumqve fecutus *Bartholinus* (a) arbitrati funt; anno enim 1216

Olaus

(z) Crymog. Lib. I. cap. 3. p. 26.

(a) Ant. Dan. Lib. III. cap. 2. p. 655.

Digitized by Google

Olaus pueritiæ vel adolescentiæ annos vix egressus erat. Omnes etiam Anglicæ hodiernæ & nostræ lingvæ periti, manifestam & intimam qvidem utriusqve, in innumeris, qvæ Angli, ad Vallandicam sive Gallico-Normannicam, per Conqvestoris imperium introductam, non mutaverunt, cognationem agnoscunt.

(*) Præter primævam lingvæ Saxonum, Anglorum, & Jutorum in Britanniam migrantium, cum septentrionali similitudinem, ad §. 3. notatam, recte hic *Vidalinus* novum, pro antiqvo lingvæ Septentrionalis in Britannia, post Anglo-Saxonum adventum, usu, argumentum, ex variis populorum septentrionalium in eam irruptionibus, eorumqve in varias ejus partes dominatione, petiit. Nam licet hanc, nec ab Islandiæ, Godlandiæ, Orcadum, Norvegiæ, Danorumqve Regibus, qvos Arturi largitatem in Britanniam traxisse *Galfredus* (b) narrat, nec â magnis illis Norvegiensium copiis, qvas Brennum, impetrata Elsingii Norvegorum Regis filia secum adduxisse, *Galfredi* epitomator, *Ponticus Virunnius* (c) tradidit, derivare, nobis animus sit; cum *Gvilielmus Neubrigensis* omnia, qvæ de his Arturi cum septentrionalibus negotiis *Galfredus* memoriæ prodidit, dudum explos erit; tot tamen talis septentrionalium in Britannia dominationis testimonia & indicia restant, ut sua ei veritas satis constare possit. Ita ex. gr. ex nostratibus (ut Orvaroddi Junioris in Britanniam irruptionem *Schönningio* (d) memoratam, nec non Frothonis Imi, Amlethi, Fridlevi celeris & Frothonis IIItii; expeditiones, â *Saxone Grammatico* descriptas (e) prætereamus) *Sturlævs*, *Hervararsaga* & *Olai Tryggvini vita*, ex membranis b. A. *Arnæ Magnæi* apud *Torfæum* (f), Daniæ Reges, Ivarem Vidfadmium, Haraldum Hildetannum, Sigurdum Hringum, tandemqve Ragnaris Lodbrokis filios, partem Britanniæ, & imprimis Northumbriam, ex *Torfæi* calculo, inde â seculo VIto vergente, ad VIIIvi fere finem, imperio tantum non continuo tenuisse testantur. Ita porro ex scriptoribus Britannicis *Math. Vestmonasteriensis* (g), præter irruptionem Norvegensium & Dacorum, ad Annum 434, in Britanniam, qvam eos *muro tenus tenuisse* refert, alias bene multas, post Anglo-Saxonum adventum, â *Schöningio* (h) etiam ex parte annotatas, addit usqve ad tempora

---

(b) Lib. IX. c. 12. ed. Heldelb. 1687. p. 70.
(c) Lib. III. ibid. p. 96.
(d) Norg. Rig. Hist. 1 D. p. 480.
(e) Lib. 2. 3. 5.
(f) Ser. Reg. Dan. p. 308-9. 320-21. 374-76. Conf. p. 384.
(g) Flor. Hist. ed. Francof. 1601.
(h) Loc. cit. p. 510-11 conf. ibid. 2 D. p. 423-29. conf. p. 437-38.

Digitized by Google

tempora Ælfredi Regis, qvo regnante eos *partem Britanniæ occupasse* ad annum 896 scribit. *Florent. Vigorniensis*, non tantum ad annum 874 Danos *totum regnum Merciorum occupasse*, sed etiam, ad annum 901, Ælfredum, *East-Saxoniam*, *East-Angliam*, *Northumbriam*, pluresqve etiam *Merciæ provincias*, qvas *multo possiderant tempore*, e manibus eorum eripuisse, memorat. Præ ceteris tamen *Asserus* (i), præter plurimas alias septentrionalium in Britanniam irruptiones, qvas numerare nimis longum est, eos 870, per Merciam, in *Orientalem Angliam* irruisse, *eamqve sibi subjecisse*, anno vero 874 *Mercia occupata*, in *Northumbria* hiemantes, *hanc in suam potestatem redegisse*, annoqve 876 *tenuisse*, & porro, anno 877 adeo invaluisse, ut anno 878 Ælfredus nihil haberet, qvo uteretur, nisi qvod a paganis (Danos, Norvegos, aliosqve septentrionales intelligit), vel etiam â Christianis, qvi se paganorum subjecerant imperio, freqventibus irruptionibus subtraheret. *Eorum* enim *numerus*, ut ad annum 877. conceptis verbis notat, *diebus singulis crevit adeo qvidem, ut si 30 ex iis millia una die necarentur, alii numero duplicato succederent*, nam *inter Franciam & Britanniam continuis prædationibus & populationibus ultro citroqve commeantes, litoribus Angliæ semper incubuerunt, adhæserunt, & circum ea volitarunt;* ita ut Ælfredus, qvamvis eorum irruptionibus terra mariqve factis, sine ullius fere qvieti temporis intervallo strenuè iret obviam, impedire tamen nunqvam potuerit, qvominus *qvædam regni partes Danis subjectæ manerent.* Eadem fere harum rerum sub Adelstano facies fuit, qvatenus hic etiam varia cum Ostmannis aliisqve septentrionalibus bella sustinere necesse habuit (k), qvibus partim arte, partim vero armis, haud sine magno labore confectis, Northumbriam Erico Blodoxio Norvegiæ Regi, clientari jure regendam, tandem concesfit (l). Succesfit, non ita longo post tempore gravisfimum bellum, qvo Sveinn Barbæ furcatæ, Daniæ Rex, Ethelredo sceptra tenente, Angliam inundavit, plena tandem sub Canuto Magno Danorum in eam dominatione terminatum. Qvæ omnia, & multo plura ejusdem farinæ, â *Pontoppidano* (m), dudum collecta, si perpendantur, facile perspicitur, non tantum qvod antiqva lingvæ Saxonicæ, Anglicæ, & Juticæ, cum septentrionali similitudo bene satis conservari in Britannia potuerit, cum qvilibet horum populorum, toto fere illo tempore, qvo antiqva heptarchia perstitit, suam ditionem, suosqve Reges retinuerit, â reliqvis distinctos; sed etiam, qvod ipsa lingva septentrionalis, & præcipuè qvidem dialectus Danica, & ex parte etiam Norvegica, imprimis â seculo IXno, eò

 vere

(i) De rebus gestis Ælfredi, in collect. Camdeni p. 6. 7. 8. 9. 11. 17. 18. 21.
(k) V. *Schön.* Norg. Rig. Hist. 2 D. p. 439-446.
(l) *Egils-Saga Skallagrimsonar* cap. 60.
(m) Gest. & Vest. Dan. extra Daniam T. II, cap. 1. p. 26-73. & p. 82-128.

Digitized by Google

vere penetraverit; maxime in Northumbriam, Merciam, Oſtangliam, aliasqve regni partes, qvæ jam Dani, jam Norvegi ſæpius ac diutius reliqvis in poteſtate habuerunt (n). Qvo etiam reſpiciens *Giraldus* (o) *Anglorum populos in borealibus trans Humbrum Britanniæ partibus*, *Eboraciqve finibus habitantes*, *à Dacis & Norwagienſibus*, qvi partes illas inſulæ freqventius occupaverant & diutius tenuerant, *ſicut loqvendi affinitatem*, *ſic canendi proprietatem*, ſive dulcedinem illam, blandamqve in canendo conſonantiam, qvam apud eos, præ ceteris, obſervavit, *contraxiſſe* vel didiciſſe credidit; qvem etiam ad modum alio loco (p), *Lingvam Anglicam in auſtralibus Angliæ finibus*, *& præcipuè circa Devoniam*, ſuo tempore *magis incompoſitam eſſe*, *& vetuſtatem longe plus redolentem*, *originalis lingvæ proprietatem & antiqvum loqvendi modum magis obſervare* judicavit, cum contra *boreales inſulæ partes*, *per crebras Dacorum & Norwagienſium irruptiones*, valdè *corrupta* eſſent. Ut enim Anglorum antiqvorum lingva in his Britanniæ partibus maxime olim viguerat, ita Lingva Danico-Norvegica, non tantum ibi ſedem poſtea præcipue fixit, ſed in ipſas etiam Britanniæ Regum aulas, ſaltem ab Adelſtani tempore introducta eſt; unde nullum eſſe poteſt dubium, qvin illis autoris noſtri aliorumqve veterum Islandiæ hiſtoricorum relationibus; â *Buſſæo* (q) & *Schöningio* ex parte collectis (r), qvæ Danos & Norvegos, ſeculo Xmo & priore ſeculi XImi parte, Anglo-Saxonum, & hos viciſſim illorum, lingvam, imo carmina, intellexiſſe innuunt, ut & teſtimoniis eorum vel judiciis, qvibus lingvam Britanniæ, ejus qvidem temporis, pro eadem cum ſeptentrionali eatenus habuiſſe reperiuntur, nec non *Jonæ Venuſini* (s), *Runolphi Jonæ* (t), *Septimii* (u), aliorumqve recentiorum eruditorum, antiqvum lingvæ ſeptentrionalis uſum ad Britanniam etiam extendentium ſententiis, plena conſtet fides. Qvamvis enim, præter ipſam rei naturam, monumenta qvædam Anglo-Saxonica documento eſſe poſſint, qvod dialectus Saxonica in auſtralibus maxime & occidentalibus Angliæ partibus aliqvantum prævaluerit, imprimis ex qvo Veſt-Saxonum Reges, veteri heptarchia ſublata, totius regni imperio potiti ſunt; manifeſtum tamen eſt 1mo qvod dialecti Anglorum & Jutorum a dialectis

(n) Conf. Olai *Wormii* Epiſt. p. 433. *Subm* Crit. Hiſt. 1 D. p. 214. 219. *Holb.* Danm. Riges Hiſt. 1 D. p. 150.
(o) Apud *Submium* ib. p. 216-17. Not. 94.
(p) Deſcr. Cambr. cap. 6. ed. Camd. p. 886.
(q) In Vita Arii Polyhiſt. c. 3.
(r) Norſk Opr. p. 245-55.
(s) De Fab. th. 72.
(t) In Elem. Ling. Sept.
(u) Om det Cimbr. Opr. §. 13. p. 16-18.

Digitized by Google

dialectis Saxonum longius nunqvam recesserint, qvam ut illi hos, hiqve vicissim illos loqventes intelligere semper potuerint; & deinde 2do, qvod dialectus Anglica, imo verius ipsa Danico-Norvegica, brevi iterum prævaluerit, donec tandem, sub Sveine, & maxime sub Canuto & proximis ejus ex stirpe successoribus, ad summum, qvod in Britannia unqvam obtinuit, evecta est fastigium; unde etiam monumentorum Anglo-Saxonicorum (qvibus ipsæ etiam leges annumerandæ veniunt) plurima, tam ante, qvam post heptarchiam sublatam â seculo inde IXno scripta, adeo extantem exhibent cum lingva septentrionali similitudinem, ut Anglo-Danica potius, qvam Anglo-Saxonica dici vere mereantur. Qvalis autem hæc lingvæ septentrionalis cum Anglo-Saxonica permixtio fuerit, qvantasqve mutationes tam solutæ qvam ligatæ orationi intulerit, pluribus hic perseqvi opus non est, cum eas *Hickesius* (x), cui novam etiam Dialectum, qvam *Dano-Saxonicam* appellat, in Britanniam induxisse videntur, dudum satis copiose descripserit. Tanta tamen nunqvam hæc prædictarum lingvarum convenientia evasit, ut Anglo-Saxones vel Anglo-Dani pro ejusdem cum Danis, Norvegis, aliisqve, qvi domi remanserunt, septentrionis incolis, dialecti hominibus haberi unqvam potuerint; unde etiam minime mirum est, qvod *Oddus Monachus* (y) sacerdotum, qvorum ad religionem Christianam Norvegis annunciandam operâ Olaus Tryggvii filius seculo Xmo exeunte usus est, qvorumqve nonnulli Anglo-Britanni fuerunt, in *Lingva Danicâ*, s. septentrionali *tractanda imperitiam* notaverit, cum vel ex iis, qvæ hactenus attulimus, satis patere possit, qvod ab eis ne qvidem exspectari potuerit, ut vulgi Norvegici dialecto loqvi, vel publicè perorare possent. Nec ante dictis obstat, qvod Jatvardus Angliæ Rex, *Historia Regum Norvegiæ* Msta teste (z), *carmen futile & extemporaneum* („ var kvædi þat endileysa ein; hafdi Halli mællt þat „ af munni fram "), qvo eum Hallius, Poëta Islandus, pecuniæ captandæ causa, coram laudare ausus est, plene non intellexerit, cum idem carmen ne qvidem a Raudo, qvem Rex in aula habuit, qvemqve hominem septentrionalem fuisse ipsum ejus nomen indicio est, intelligeretur; Hallius vero, operæ in eo componendo segnius justo navatæ sibi satis conscius, pati nollet, ut ab aulicis memoriæ mandaretur, qvod tamen, ad abstrusos lingvæ poëticæ sensus, qvi prima vice obiter audientes, etsi lingvæ peritissimos, facile fugere potuerunt, recte eruendos, eis etiam temporibus necessarium fuit.

(x) Gramm. Anglos. c. 20 & 21. Thes. P. I. p. 88-134. conf. cap. 23. pag. 177. sq.
(y) Hist. Olai Trygg. ed. Reenh. cap. 48. pag. 169.
(z) Cap. 62.

Digitized by Google

§. 5. *Attamen apud Anglos exstincta, ante Leges Islandicas* Grágás *&* Jónsbók *promulgatas.*

Qvo autem certiores simus, qvod *Codex* Legum nostrarum *Magnæus* Tit. *de bæreditatibus* cap. 23. plura regna qvam Daniam, Norvegiam (sub qva tamen Gronlandiam, Færoas, Hetlandiam & Orcades includit) & Sveciam, Lingvæ Danicæ ambitu non complectatur, observari debet 1) qvod ipse hic Codex, lege supra (§. 1.) adducta, hanc suam mentem conceptis verbis declaraverit; & deinde 2) qvod Anno 1280, cum promulgatus est, lingva Danica in Anglia, simodo obscuras qvasdam ejus reliqvias, cum Normannica permixtas vel confusas, excipias, ante annos plus qvam ducentos, maxima ex parte ita exstincta fuerit, ut Danicæ vel Norvegicæ nomen amplius tueri haudqvaqvam posset; eademqve ratio est, cur *lex* Islandorum antiqva de *homicidiis*, *Vígslóde* vulgo dicta, &, secundum *Theodori Thorlacii* Skalholtensium episcopi calculum ad *Schedas Arii Multiscii* (a), cum Catalogo episcoporum avunculi mei *Arngrimi* (b) collatum, Annis 1117 & 1118 scripta, ast, secundum *Hungurvakam* s. qvinqve primorum Episcoporum Skalholtensium vitam, cum eisdem *Schedis* collatam, septem annis antiqvior, gentem Anglorum, loco supra (§. 1.) citato, a lingva Danica penitus excludit. Qvam enim cunqve harum computationum seqvamur, Vilhelmi Nothi in Angliam imperii initia, lingvæqve Danicæ apud Anglos interitus, hujus de homicidiis Legis scriptionem, qvippe qvam proxima anteqvam Thorlakus Runolfi filius consecrationis episcopalis ergo peregre profectus est, hieme peractam esse, ex *Ario multiscio* liqvido constat, plus qvam 40 annorum tempore certissime prævertunt; ita ut lingva Danica tunc temporis, nullibi terrarum, nisi apud Danos, Norvegos & Svecos, illosqve Regis Norvegiæ subditos, qvi Orcades, Hetlandiam, Gronlandiam, & Færoas incoluerunt, ut & apud Islandos, integra superfuerit. Unde etiam Codex Legum Reipublicæ Islandicæ *Grágás* dictus, prædictæ de homicidiis legi, qvæ ejus partem vere constituit, coævus, Anglos a Danicæ lingvæ usu clare excludit Tit. *de bæreditatibus* cap. 6. his verbis: " *Norröner* menn „ oc *Dansker* oc *Sönsker* eigu her arf at taka eptir frændur sina þridiu brædra

„ oc

(a) Ed. Isl. p. 12.
(b) In Comment. de Island. pag. 59.

„ oc nánari. Enn at frændſemi af *aullom audrom tungom enn Danskri tun-* „ *gu*, ſkal engi madr her arf táka, nema fader, edr ſonr edr broder". i. e. *NORVEGIS, nec non DANIS & SVECIS hæreditatem cognatorum ſuorum, qvi conſobrinorum pronepotes* (ſ. in qvinto lineæ collateralis æqvalis gradu cognati) *vel proximiores ſunt, hic* (in Islandia) *cernere licet. Sed ex omnibus ALIIS LINGVIS, QVAM DANICA nemini, niſi patri, filio, vel fratri hæreditatem cognationis ratione hic cernere fas eſto.* Et nonnullis interjectis: "Nú andaz *Enſcer menn* her, edr þeir er hingat ero enn „ úkunnari, oc er eigi ſkylldt at ſelia þeim, nema her hafi verit fyrr ſonr, edr fader edr broder". i. e. *Si homines ANGLI, vel alii magis adhuc nobis ignoti, hic moriantur, hæreditatem eorum tradere neceſſe non eſt, niſi filius, pater vel frater* (defuncti) *hic antea fuerit.* Qvibus deniqve ib. c. 18. addit: "Nú andaz *Enſcir* menn her, edr þeir menn, *er menn kunnu eigi* „ *her máli edr tungur vid*, ok er eigi ſkylldt at láta arf þeirra útgánga". i. e. *Si jam ANGLI aut alii, QVI COMMUNI NOBISCUM SERMONE VEL LINGVA NON UTUNTUR, hic* (in Islandia) *moriantur, hæreditatis eorum ad exteros avehendæ nullum jus eſto.* Qvæ tamen ultima hujus Codicis verba haud ſatis clara judicarem, ad Anglos a lingva excludendos, qvamvis ab hæreditate excludantur, niſi leges ex cap. 6. ſupra allegatæ, id etiam ſatis ſuperqve declaraviſſent.

§. 6. *An Lingva Danica ad Finnos, Lappones, Carelos, Livones, Curlandos, Ruſſos, vel Vendos pertigerit.*

Hæc autem omnia, ſi ſecum conferantur, indubium evadit, qvod Codex Legum noſtrarum, toti Daniæ, Norvegiæ, & Sveciæ, qva boreali maris Balthici latéri objacet, noſtraqve lingva utitur, lingvam Danicam tribuat. Ea vero occaſione conſiderari meretur, an *Carelia, Finlandia,* nec non ea *Lapponiæ* pars, qvæ Svecis paret, ſub lingva Danica etiam includi debeant? Idqve inprimis cum *Olai Sancti Vita* ex Codice pergameno (c), *Snorrone Sturlæo* (d) con-

(c) Cap. 63.
(d) Ed. Svec. T. I. p. 485.

1280

Digitized by Google

consentiente, tradat, qvod Thorgnyr Uplandiæ vel Tiundalandiæ in Svecia sub Olao Skotkonnung legifer publice professus sit; Ericum Eymundi filium Sveciæ Regem Finlandiam, Careliam, Estoniam & Curlandiam sibi subegisse & imperio Svecico adjecisse. Verum ad hoc responderi paucis potest: nullam apud nos, mea qvidem sententia, hæreditatem eis deferri, qvi lingvam Danicam non loqvuntur, licet vel maxime Sveciæ Regis subditi sint; Unde ulterius excutere oportet, an Lappones, Careli & Finni, tempore, qvo lex nostra promulgata est, lingva septrionali s. Danica vel locuti sint, vel hodie loqvantur; qvod qvamvis ego minime credo, libenter tamen eorum sententiæ accedam, qvi veriora demonstrare poterunt. Nam etiamsi *Sperlingii* assertio (*), qvod lingva septentrionalis in Livonia, Curlandia, & Gardarikia olim vignerit, aliqva se veri specie commendare forte posset; Mihi tamen magis credibile videtur, qvædam tantum & fortasse hand pauca vocabula, lingvæ Danicæ & Norvegicæ aliqva ex parte cognata, per vicinitatem & continua commercia, apud hos populos, inprimis ad oram mari Balthico objectam, introduci potuisse; qvod enim porro (e) addit: scilicet Danos, Norvegos, & Svecos seculo XI. cum Russis per intrepretem locutos esse, ad hos tam a lingva Danica, qvam a petitione hæreditatis, qvam legum nostrarum Codex, seculo XIII, solis lingvæ Danicæ hominibus tribuit, excludendos sufficit. Nec perspicere possum ullam ab eo rationem in medium productam esse, qvæ usum lingvæ septentrionalis Finlandiæ & Careliæ asserere valeat. Cum Jemtia vero, nec non Helsingia, Jarnberia & Gestricia alio modo comparatum est, qvippe qvæ omnia territoria antiqvis temporibus lingva septentrionali usa esse certissime constat. Cum autem nimis prolixum sit doct. *Sperlingii* hanc in rem argumenta pluribus hic excutere, qvæ mihi de ea mens sit paucis aperiam. Tum vero *Orvarodds-Saga* conceptis verbis narrat (f), Oddum & Asmundum *sermonem BIARMIORUM non magis qvam garritum avium intellexisse* („ skilldu eigi mál *Biarma* helldr enn fugla„ klid "), sed Oddum tantum conjecisse, pincernam lingvam septentrionalem callere, qvod & eventus docuit; Oddus vero & socii in ipso hoc itinere ostium fluvii Dvinæ in Biarmia, ad qvem Fanum S. Michaelis (Archangel) haud ignobilem

(*) De voce Konning §. 6-13.
(e) L. c. p. 30.
(f) Cap. 3.

bilem Ruſſorum civitatem ſitam eſſe omnes norunt, navi intraverunt. Qvod autem eadem hiſtoria alio loco tradit, ſcilicet Oddum & Hilderem gigantem, in Riſalandia ſ. Ruſſia ſeptentrionali degentem, ſe invicem intellexiſſe, inde facile oriri potuit, qvod Oddus, per crebras ſuas tam in oriente, qvam alibi terrarum, expeditiones, lingvam, qva gigas utebatur, didicerit; licet verius videatur, totam de gigante illo narrationem vel figmentis valde corruptam, vel merum figmentum, eſſe. Nec minus fabulis permixta & confuſa judico qvæ ſæpedicta hiſtoria porro addit, de multis illis & variis regnis, qvæ in Ruſſia ſ. Gardarikia, & cetera in oriente, ſ. eo terrarum tractu, qvi a Ponto Evxino & Mari Caſpio, ad mare usqve Tataricum (rectius glaciale) protenditur, tunc temporis exſtitiſſe memorat. Prorſus tamen contra incredibile vel impoſſibile mihi non videtur, lingvam noſtram ſeptentrionalem harum regionum plerisqve aut omnibus aliqvando familiarem fuiſſe, cum æqve ibi, atqve in noſtris hiſtoriis, nomina hominum & locorum propria occurrant, qvæ omnia originem manifeſto produnt ex lingva noſtra Danica ductam; qvorum ſpecimen ſeqventia præbent, ex hiſtoriis de rebus, qvæ in Gardarikia geſtæ traduntur, unice excerpta: *Alaborg*, *Alfr*, *Biálki*, *Brynjulfr*, *Eirikr*, *Geirraudr* (qvi gladium ſangvine rubefacit), *Grimr* (Galeatus), *Gyda*, *Gydia*, *Hergeir* (Gladius ſ. tutamen exercitus), *Herraudr* (qvi exercitum cruore aſpergit), *Hertryggr* (fidus exercitui, in cujus providentia ſpem collocat miles), *Holmgardr*, *Holmgeir*, *Hreggvidr*, *Ingigerdr*, *Kiænugardr*, *Kolr*, *Skuli*, *Surſdalir*, *Vidgripr*, *Þordr* & plura. Inter alias *Hiſtoria de Hrolfo Sturlaugi filio*, qvem *Gaungo-Hrolfum* ſ. Hrolfum peditem appellat, & Norvegum facit, ſed a vero illo Hrolfo Pedite, Normanniæ poſtea Duce, longe diverſum, talia nomina tam locorum qvam hominum propria, qvæ pure ſeptentrionalia ſunt, in Gardarikia depromit. Hæc autem hiſtoria ſupra omnem modum fabuloſa eſt, adeo ut merito dubitetur, an unqvam exſtiterit magna pars hominum, qvos memoravit; qvanqvam enim non magnopere contendimus, fuiſſe qvidem hunc Hrolfum Peditem, vix tamen qviſpiam ſanæ mentis credat geſta eſſe, qvæ narrat fabuloſiſſima illa hiſtoria. Deinde etiam hæc noſtræ lingvæ in Gardarikia nomina inde orta eſſe poſſunt, qvod princeps aliqvis vel pirata Danus, Norvegus vel Svecus regnum ibi aliqvando obtinuerit, eiqve poſtea nomen ſuæ lingvæ impoſuerit, & nomina terræ ſuæ natalis hominibus familiaria eo intulerit. Accedit deniqve,

What is the meaning of Risaland or Russia?

Digitized by Google

qvod nomina propria peregrina, non adeo validi teſtes ſint, eandem eſſe lingvam; id enim *Carl*, *Clemens*, *Elizabeth*, *Lisbeth*, *Elleſif*, *Ermengerdr*, *Hadrianus*, *Hilldr*, *Johannes*, *Jonas*, *Magnus*, *Paulus*, *Þrudr*, & innumera alia plus ſatis probant. Altius tamen ruminanti, & ab extrema antiqvitate hiſtorias legenti non videbitur incredibile, gentibus iſtis omnibus communem olim fuiſſe lingvam Aſianorum, qvam Odinus e Turcia i. e regionibus inter Pontum Evxinum & mare Caſpium ſitis in Europam intulit teſte *Sturleſonio* (in Chron. Reg. Norveg.) & *Eddæ Prologo*; Nec enim aliud per eorum *Godheima*, qvam regna hæc Turcica, per *Svíþiód ena miklu*, qvam univerſam Rusſiam omnemqve illam Tartariæ partem, qvæ Rusſiam attingit, intelligere poſſumus. Ut ut autem hæc LXX, LXXX, aut fortasſis pluribus annis ante Chriſti nativitatem ita fuerint, eaqve lingva, qvæ poſt Odini in ſeptentrione, Dania, Svecia, Norvegia &c. dominatum, Danica & Norvegica dicta eſt, Turcis, (illis ſc. qvos veteres noſtratium hiſtorici, a *Schöningio* (g) ulterius illuſtrati, memorant) Rusſis, & Tataris occidentalioribus (vel rectius Rusſiæ & Tart. occidentalis incolis) materna fuerit; vix ullus perſvadebitur, certe longisſime abeſt ut credere posſim, eandem tamdiu apud gentes iſtas incorruptam viguiſſe, ut poſt Annum Chriſti M. pro eadem potuerit haberi. Statuat igitur, per me licet, nobilisſimus *Sperlingius* (h), lingvam Danicam vel ſeptentrionalem noſtram Rusſis, Curlandis, Liflandis, Eſtonibus, Finnisqve & Carelis maternam olim fuiſſe, (de Vandalis occidentalibus i. e. Pomeranis, & orientalibus i. e. Borusſis eandem qvidem, ſed diverſæ non parum dialecti nemo refragabitur); dummodo id nobis largiatur, ante ſeculum XII elapſum, tantas gentibus illis lingvæ mutationes accidiſſe, ut ſeculo XIII & deinceps non debuerint cenſeri pro Danice loqventibus; hoc enim eſt qvod agimus, nullam harum gentium legis noſtræ verbis ex Tit. de hæreditatibus cap. 23. ſupra (§. 1.) adductis ſignificari (*). Et qvomodo, qvæſo, Lex noſtra horum populorum hominibus hæreditatis poſt cognatos eorum in Islandia acqvirendæ ſpem facere potuit, cum nullæ prorſus rationes præſto ſint, unde concludi certò posſit, qvod majores noſtri ulterius in orientem mercaturam ſuam extenderint, qvam ad intimos maris Balthici

(g) Norſk Opr. p. 268-69. &c.
(h) De Titulo Konning. p. 5. 6. 7. 8. 13. 30. 120.

Digitized by Google

thici sinus, ad intima scilicet sinus Finnici, & sinus, qvi Curlandiam & Regiomontum interjacet, & Samlandiam s. Sembiam alluit (i). Dum vero intima sinuum dico, loca intelligo non admodum procul a mari dissita, cum procul dissita vocari non debeant, qvamvis aliqvot dierum itineribus forte abfuerint, qvemadmodum ab Aldeiguburgo (qvod sine dubio ab eo loco, ubi Petropolis hodie sita est, multum non abfuit), Holmgardia, qvo *Olai Sancti Vita* (k) Einarem Thambaskelferem & Kalfum, ut Magnum Olai filium a Jaroslao Rege & Ingigerde Regina repeterent, profectos esse narrat. Nec magis illas regiones sub lingva nostra Danica comprehendere possum, qvas Sveci, cum lex nostra promulgata est, vel postea, aut intra Germaniæ fines, aut in Estonia, Livonia, aut Curlandia, tenuerunt, cum ex *Historiis Regum Norvegiæ & Sturlæo* in Vita Haralldi Gillii (l) evidenter pateat, Norvegos, cum Rettibur Kongellam diripuit, lingvam Vendorum non intellexisse (**).

(*) Ut qvæ Vidalinus hic brevius justo tetigit, & ordinate satis non explicuit, ulterius paulo & distinctius declaremus, indubium nobis videtur, qvod lingva nostra septentrionalis, antiqvissimis temporibus, non tantum ante Christi nativitatem, sed & nonnullis post hanc seculis, multis earum gentium, qvas â septentrione mare glaciale, ab occidente Balthicum, ab evronoto Nigrum & Caspium cingebant, adeoqve toti illi terrarum tractui, qvi hos intra fines imperio Russico, & partim etiam Poloniæ hodie subjacet, magnâ ex parte communis fuerit. Omnes enim antiqvissimæ de nostratium origine relationes, â multis qvidem dudum commemoratæ, nuper tamen plenissime & ordinatissimè â *Suhmio* & *Schöningio* collectæ, illustratæ, & scriptorum exoticorum, antiqvissimorum maximè, consensu confirmatæ, evidenter docent: 1mo) qvod aborigines nostri viam sibi per Russiam in septentrionem fecerint (m). 2do) Qvod populi bene multi, cum nostris cognati ejusdemqve cum eis originis, qvi septentrioni nostro, saltem ex parte, incolas dederunt, non solum inter maria Caspium & Nigrum, sed & inde, a Tanai usqve ad mare Balthicum, inprimis per magnam Russiæ & Poloniæ partem olim habitaverint (n). Et speciatim 3tio) qvod Joti, ejusdem cum nostris originis populus, cui

(i) Conf. nostrum *Samland* nec non *Cod. Magn.* Tit. de *jure naut.* cap. 8.
(k) Cap. 238. & 240. Conf. *Sturlæum* ed. Sv. T. I. p. 829-30.
(l) Ed. Sv. T. II. p. 303 & 305.
(m) *Schon.* Norsk Opr. p. 41. 113 §. 16.
(n) *Schoning.* l. c. p. 116. §. 19. p. 120. *Suhm.* F. Herkomst, p. 328. Nord. F. Opr. 3 cap. p. 85. seqv. Om odin p. 5. & 43. Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 459.

Digitized by Google

cui etiam bonam aboriginum suorum partem septentrio noster debet, non tantum â primis retrò temporibus, *Jotunheimum*, circa mare Album, & ulterius in orientem ad Glaciale situm, sed etiam magnam *Finlandiæ* partem, *Jotlandiam* ab eorum nomine dictam, usqve ad seculum post Christum natum primum vel secundum, tenuerint, & diutius etiam ibi habitaverint (o). Et porro 4to) qvod Odini nostri, certe ultimus ille, & sine dubio etiam huic ætate proxime superior, qvi secundus vulgo audit, cum suis, anteqvam in septentrionem nostrum pervenerunt, in *Gardarikia*, qvæ partem Rusfiæ, una cum Curlandia, Estonia, & Livonia, olim continebat, aliqvamdiu habitaverint, imo tam ipsi, qvam eorum posteri ibi imperaverint (p). Et deniqve 5to) qvod Regni *Holmgardici*, Finlandiæ contigui, incolæ, non tantum similis olim cum nostris originis fuerint, sed & arctam satis cum his conversationem inde a temporibus qvæ Christum natum præcedunt, usqve ad seculum ab eo nato IXnum & adhuc diutius coluerint (q). Unde etiam nostris in historiis, multi septentrionalium nostrorum passim recensentur, & qvidem partim privati, qvi hoc temporum intervallo sedes sibi in Gardarikia vel Holmgardia & vicinis regionibus elegerunt, partim Reges & principes, qvi imperium ibi obtinuerunt, qvales ex Norvegis Hrokum Nigrum, Olaum Asmundi, & Halfdanum Eysteinisfilium (r), ex Danis vero Ivarem Vidfadmium, Regnerem Lodbrok, & Thorgilsem Sveinis Ulfi filii Daniæ Regis filium (s), speciminis loco hic memorare sat esto; inprimis cum *Pontoppidanus* (t) talium exemplorum, qvantum satis esse videtur, dudum collegerit. Accedunt scriptorum Ruthenicorum relationes, qvæ Holmgardianos vel Novogrodenses, non tantum milites stipendiarios, sed Reges etiam & magistratus, â Varegis accepisse docent, cum Varegos hosce, vel Varagos, ex septentrione nostro oriundos fuisse ante alios *Bayerus* (u), plene probaverit. Ex qvibus omnibus suâ sponte seqvitur, qvod partim ipsa lingva septentrionalis, partim lingvæ ei arctè cognatæ, hic olim viguerint, & qvidem tam in *Jotunheimo*

(o) *Schön.* Norsk Opr. p. 104-5. 158. 138. 151. 155. 168. 139-44. cf. 284. 130. 131. sq. *Suhm.* Nord. F. Opr. p. 16. 316. Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 2. sq. Crit. Hist. 1 D. p. 341-42. cf. 336.

(p) *Suhm.* om odin p. 82-83. 85. 93. 94. Nord. F. Opr. p. 108. Crit. Hist. af Danm. 1 D. p. 195-96. 420. *Schön.* Norsk Opr. p. 283-89. §. 10-12. Conf. *Torf.* Ser. Reg. Dan. p. 153.

(q) *Suhm.* Nord. F. Opr. p. 21-22. Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 483.

(r) *Schön.* Norg. Rig. Hist. 1 D. p. 334. 470. 475. 488.

(s) *Torf.* Ser. Reg. Dan. p. 309-10. 378. *Knytl. S.* c. 23. p. 42. & c. 30. p. 58.

(t) Gest. & Vestig. Dan. extra Dan. T. III. c. 2. p. 337. seqv.

(u) De Varagis. opusc. ed. *Klotzii* p. 343. &c. conf. *Suhm.* Crit. Hist. 1 D. p. 289.

Digitized by Google

tunheimo & vicina *Biarmia*, qvæ partem Jotunheimi aliqvando effecit, qvam *in parte Finlandiæ*, saltem donec Joti inde in septentrionem migrarunt (absit enim ut eam Finnis unqvam propriam fuisse *Sperlingio* (x) credamus); in *Gardarikia* vero, & diutissime tamen in *regno Holmgardico*, donec nostræ prosapiæ homines vel sedes inde moverunt, vel a gentibus Finnicæ & Slavonicæ originis, post super-venientibus vel invalescentibus, absorpti sunt. Cumqve satis perspici posset, hanc lingvarum, prædictis regionibus familiarium, cum nostrâ, similitudinem, multo majorem, multoqve plura & exstantiora lingvæ & populorum nostræ originis vestigia, prioribus post Christum natum seculis, qvam posterioribus, iisdem in terris obvia vere fuisse, fidem minime excedit, qvod historiæ nostrates, qvas *Vidalinus* hic memoravit, & aliæ nonnullæ, â *Submio* (y) citatæ, qvæ antiqviora ista tempora descripserunt, qvamvis ex parte fabulosæ, tam nomina hominum & locorum propria, ex lingva nostrâ septentrionali ducta (z), qvam alia nonnulla populi sacrorumqve nostrorum vestigia ibi memoraverunt, cum talia qvædam in nonnullis regionibus imperio Russico subjectis etiam hodie supersint. Qvæ autem cetera & qvalia his in terris speciatim fuerint lingvæ nostræ septentrionalis fata plene definiri neqvit, cum scriptores idonei desint; ex paucis tamen illis, qvæ adhuc supersunt, veterum hac de re testimoniis concludi certo posse videtur; qvod â primis inde post Christum seculis populi Finnicæ originis (ad qvos Hunni isti, si vere exstiterunt, qvos *Saxo* (a) Frothonis III. tempore cum septentrionalibus loqventes, interprete opus habuisse innuit, pertinuisse videntur) ad mare Balthicum & qvidem in Estonia, Livoniâ, Curlandia & Samogitia habitare coeperint (b), qvemadmodum etiam omnes istæ regiones a seculo octavo exeunte prædictæ originis populis repletæ fuisse reperiuntur (c). Idem de Finlandia valet, qvippe qvam ex una parte a Finnis, vel statim vel brevi post Jotorum exitum, certe ante seculum â Christo nato VItum, ex altera vero, & qvidem ab occidentali maxime latere, ab antiqvioribus etiam temporibus, â Qvænis, ejusdem cum Finnis originis, habitatam esse apparet (d). Nec aliud de Jotunheimo & Biarmia veteri sentiendum, cum ex nostris etiam historiis haud obscure constet, qvod populi Finnicæ originis

(x) De Tit. Koning. p. 120.
(y) Om odin p. 61. 62.
(z) Conf. *Sperling*. de Tit. Konning p. 5. 6. 7. 14. 27. 29.
(a) Hist. Dan. Lib. V. p. 87.
(b) *Subm*. Nord. F. Opr. p. 15. 43. Hist. om de udvandr. F. 1. B. pag. 39. Crit. Hist. 1 D. p. 420. *Schön*. Norsk Opr. p. 66. 67.
(c) *Subm*. Crit. Hist. 1 D. p. 419.
(d) Conf. *Subm*. Nord. F. Opr. p. 17. 18. 186. Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 40.

Digitized by Google

jam ante seculum a Christo nato VIIIum ibi etiam prævaluerint (e). Igitur, etiamsi historia præeunte statui neqveat: qvod populi, nostræ, vel cum nostris cognatæ originis, prædictis in terris, uno velut afflatu penitus exstincti fint, sed multo magis, qvod cum novis harum incolis Finnicæ originis, diutius etiam, permixti vixerint, variaqve apud hos lingvæ morumqve suorum indicia vere reliqverint, qvalia hodierni veteris Biarmiæ & adjacentium regionum incolæ ipso in vultu præ ferunt (f); facile tamen concludi potest: qvod lingvæ Finnicæ originis, saltem ab eis temporibus, qvæ modo indicavimus, nostram, tam in Finlandia, qvam Jotunheimo & Biarmia, mox insigniter alteraverint & corruperint, tandemqve penitus aboleverint, cum Finni hic supervenientes nostros ibi tum degentes numero longe superaverint; eamqve in rem *Orvaroddi Vitæ* testimonium de lingva Biarmiorum, ei & sociis Norvegis non intellectâ, â *Vidalino* productum, observatione satis dignum videri debet, qvatenus temporum rationi, supra indicatæ, apprime respondet, sive hunc Orvaroddum cum *Torfæo* (g), ad seculum octavum, sive cum *Schöningio* (h), ad septimum referamus. Lingvam vero Finnicam, cum suis dialectis, & populos, (qvo Ostiaki, Samojedæ, Permii, Finni, Cajani, Qvæni, Carelii, Estii, Lettii, Livones, Curlandi, Samogitii, Borussi antiqvi & plures vere referendi sunt) qvi ad eam pertinent, ut hodie, ita & olim â nostra lingva populoqve nostro prorsus diversos fuisse notissimum est (i). De Lapponibus speciatim verum qvidem est, qvod inde â seculo post Christum natum primo, (& sine dubio prius adhuc), in septentrione nostro habitaverint (k), sed lingvam, qva olim usi sunt, & hodie utuntur, haudqvaqvam ad septentrionalem nostram, sed ad Finnicam pertinere, *Schefferus* (l), *Hogströmius* (m), aliiqve eruditorum, *Johanni Sainovics* (n) ex parte memorati, dudum agnoverunt (o). Causas autem, cur varia Gothica, & in his qvædam, qvæ apud Svecos dudum obsoleverunt, tam

(e) Conf. Mem sur les Samojed & les Lappons p. 60. 74.
(f) *Schon.* Norsk Opr. p. 145. 150. *Subm* Nord. F. Opr. p. 96.
(g) Hist. Norv. T. I. p. 264.
(h) Norg. Rig. Hist. 1 D. p. 476.
(i) Interim Conf. *Subm* F. Opr. p. 200. 327-328. 351. Nord. F. Opr. p. 1. 2. 17. *Schön.* Norsk Opr. p. 39. 50. 67. 73. 196. §. 14. it. *Fischeri* Qvæst. Petropolit. p. 18. 25. sq.
(k) *Subm* Nord. F. Opr. p. 16.
(l) Lapp. 43 & 177.
(m) Lapm. Beskrivelse 3 Cap. ed. Dan. p. 407. sqv.
(n) Demonstr. de Idiom Ung. & Lapp. p. 76 sq.
(o) Conf. Memoir. sur les Samoj & Lapp. p. 48.

Digitized by Google

tam Lapponicæ, qvam aliis lingvæ Finnicæ dialectis admixta reperiuntur, per illustri *Ibre* (p) facile assentimur *in remotiori ævo* rectissime qværi, nobis tamen magis placet eas â prædicta nostratium cum gentibus Finnicæ originis ab antiqvissimis inde temporibus, & in regionibus qvæ septentrioni nostro ad orientem & argestem jacent, & in hoc ipso, commixtione & confusione, qvam â prima septentrionis per populos Finnicæ originis occupatione (q), repetere.

Qvantum ad Russiam proprie sic dictam, vel verius Gardarikiam Regnumqve Holmgardicum attinet, satis qvidem apparet, homines partim septentrionalis, partim cognatæ, originis ad seculum usqve â nato Christo nonum haud exiguam incolarum horum regnorum partem verè constituisse; unde his aliqvis, saltem ad id tempus, lingvæ septentrionalis usus denegari haudqvaqvam poterit; notissimum tamen est, qvod Russi, populus Slavonicæ originis (qvorum populorum lingva a nostra toto cœlo differt, nisi qvatenus Slavi, in terris ubi nostri vel nobis cognati populi inter eos diutius habitarunt, multa ex horum lingvis in suam receperunt) (r) ab ipso hoc seculo tam in ipsa Gardarikia, regnoqve Holmgardico, qvam in vicinis ad orientem & vulturnum regionibus, ita invaluerint, ut populum lingvamqve nostram ibi locorum pessundederint, donec tandem Tatari, post irrumpentes, ipsa etiam Lingvæ nostræ his in terris vestigia penitus fere deleverunt (s); eamqve in rem *Knytlinga-Saga* (t) de Vidgauto, in Samlandia nato (u), qvo Canutus Lavardus ad Haraldum Holmgardiæ Regem legato usus est, significanter annotat, qvod *tot lingvas calluerit, ut in hac legatione interprete opus non habuerit*, qvo satis declarat, lingvas & â se invicem, & â nostra diversas, in regionibus, qvæ Vidgauto peragrandæ erant, & in ipso etiam regno Holmgardico, priori seculi XII. parte, qva Canutus vixit, invaluisse. Qvæ omnia consideranti *Sperlingii* opinio (x), qvod scilicet Russi circa medium seculi XIII, cum Legati ad Hakonem grandævum Norvegiæ Regem ab eis missi sunt, cum Norvegis *reliqvisqve septentrionalibus lingva adhuc consenserint*, vix probari poterit, qvamvis Hakonis Vitæ scriptor interpretis a legatis adhibiti mentionem non fecerit, cum unum vel alterum lingvæ septentrionalis peritum secum habere facile potuerint.

Notissi-

(p) Prooem Gloss Sviogoth. p. 40.

(q) ibid. p. 39.

(r) Conf. *Suhm.* F. Opr. pag. 96. 162. 255. 351. *Schön.* Norsk Opr. p. 203-4.

(s) *Suhm.* Nord. F. Opr. p. 40. 41. §. X. p. 108. §. XIV. & pag. 112. Crit. Hist. af Danm. 1 D. p. 404. 405.

(t) Cap. 88. p. 180.

(u) Conf. ib. c. 87. p. 176.

(x) De Tit. Konning p. 13.

Digitized by Google

Notisſimum enim eſt antiqva ſeptentrionalium noſtrorum in Rusſia commercia ſeculis XI. XII & XIII. adhuc perduraviſſe; unde etiam homines noſtram lingvam callentes non tantum in celebrioribus Rusſiæ emporiis, ſed etiam in ipſis Regum & Principum Rusſicorum aulis, nullo negotio reperiri potuerunt, cum ſeptentrionales in militiam aulicam recipere ſolerent.

(**) Hanc *Sturlæi*, de Lingva vendicâ, priori ſeculi XII. parte, Norvegis non intellectâ, obſervationem, egregie confirmat *Saxo Grammaticus* in Valdemaro 1mo (y) narrans, Abſalonem noſtrum interprete ad Rugianos opus habuiſſe, & ſimiliter (z) Domborum, a Rugienſibus ad Danos ſecunda vice miſſum, omnia *per interpretem* egiſſe, qvod eum in prima ſua legatione, qvamvis id *Saxo* (a) non memoraverit, etiam feciſſe, eoqve ipſo Danos eodem ſeculo XII. lingvæ Vendicæ, Vendosqve Danicæ, æqve ignaros fuiſſe ſatis apparet. Qvod vero Norvegi, ne qvidem ſeculo Xmo exeunte hanc lingvam intellexerint, tam *Oddus Monachus* (b), qvam *Olai Tryggvini Vita* ex Codice Flateyenſi (c), ulterius adſtruunt, virum qvendam referentes, ante pugnam Svoldrenſem, Anno Chriſti 1000 in Vendia commiſſam, cum Rege locutum eſſe, & hunc illi reſpondiſſe *Linguâ ignota*, *qvam Norvegi non intellexerunt;* hanc enim Vendicam fuiſſe nullum eſt dubium, partim cum hic vir navis Vendicæ, Regi auxilio miſſæ, præfectus fuerit, partim cum Rex ipſe, â ſuis interrogatus, qvinam hi eſſent, *amicos ſuos* vel familiares *ex Vendia* eſſe reſponderit; hanc autem lingvam Rex callere facile potuit, cum aliqvamdiu in Vendia egerit, ejusqve partem cum imperio tenuerit. Nec mirum, boreales noſtros hanc lingvam non intellexiſſe, cum Vendi neqvaqvam, ut *Sperlingius* (d) arbitratus eſt, Danicæ, ſed multo magis prorſus diverſæ a Danis & reliqvis ſeptentrionalibus originis populum conſtituerint, qvi nonnullis demum poſt Chriſtum natum ſeculis intra fines Germaniæ ſedes fixit (e), lingvâqve uſus eſt, qvam eruditi partim originе Slavonicam, ſed cum Finnica mixtam, partim pro Slavonicæ dialecto (f), atqve adeo tam â Germanicâ (g), qvam â ſeptentrionali noſtra (h), omnino diverſam

(y) Ed. Sor. p. 325.
(z) Ib. p. 296.
(a) Ib. p. 291.
(b) Ed. Svec. p. 226.
(c) Ed. Isl. Lib. II p. 285.
(d) De titulo Konning p. 12.
(e) Helmoldi Chron. Slav. Lib. I. c. 2. & *Bangerti* ad eum not: p. 9-11. *Subm.* Hiſt. om de udvandr. F. 1 B. p. 39-40.
(f) Conf. *Subm.* F. Opr. Tab. IV. b. Nord. F. Opr. p. 14. 15. *Reineſii* Var. Lect. p 48.
(g) Conf. *Hvitfeldium* & ex eo *Septimium* om det Cimb. Sprog. p. 2 3.
(h) Conf. *Schon.* Norſk Opr. p. 40 50.

Digitized by Google

ſam dudum agnoverunt. Nam ſi vel maxime celeb. *Bayero* (i), qvi Venedas olim Slavonice locutos eſſe negat, eo maxime argumento ductus, qvod qvi in agro Luneburgenſi adhuc ſuperſunt, *totum adhuc ſermonem Prutenicum, qvalis olim fuit, Lituanicum, Curonicum* conſervaverint, concederemus, dialectum Vendicam ad Prutenicam, Lituanicam, vel Curonicam veterem, qvam ad reliqvas his cognatas, propius olim acceſſiſſe, inde tamen etiam, cum ad originem Finnicam, loco Slavonicæ, tum proprie referenda eſſet, æqvè conſeqveretur, a ſeptentrionali noſtra prorſus diverſam fuiſſe. Certe ſpecimen hujus Winidorum Luneburgenſium dialecti a *Mithofio* productum (k), ſi Germanica ei admixta excipiantur, partim Finnicam, partim vero Slavonicam, originem ei vindicare videtur; qvalibus etiam argumentis inductus *Joh. Leonh. Friſchius* (l), lingvam Venedicam pro Slavonicæ dialecto vel filia habet, licet ſimul fateatur, cum Venedi ex diverſis regionibus in Germaniam venerint, in varias dialectos diviſam fuiſſe, qvarum pleræqve ad Bohemicam & ceteras, huic maxime ſimiles, qvædam vero ad Polonicam magis accedunt, qvod qvidem is, aliiqve recentiorum, qvi eandem ſententiam fovent, eo magis dicere potuerunt, cum non tantum veteres, & in his *Helmoldus* (m), Winithos ſub generali Slavorum nomine comprehenderint, ſed Venedos etiam poſteriorum temporum dialectis Slavonicis uſos eſſe conſtet. Hæc autem, qvæ ulterius perſeqvi noſtri non eſt inſtituti, qvocunqve modo ſe habeant, facile tamen perſpici poteſt, qvod non tantum multi, lingvæ antiqvæ Danicæ vel ſeptentrionalis periti, ſaltem à ſeculo nono ad XIIImu in Vendia fuerint, ſed nonnulla etiam ex lingva ſeptentrionali cum Vendica ſubinde coaluerint, cum principes & Reges ſeptentrionalis, & maxime Danicæ, originis, qvales (ut exemplis qvibusdam in re notisſima utamur), Olai Tryggvini vita apud *Torfæum* (n), Hvitſerkum Ragnaris Lodbrokis filium & Gormum grandævum, *Knytlinga-Saga* vero (o) Haraldum Gormi filium, Sveinem Barbæ furcatæ, Eiricum bonum, præcipue tamen Valdemarum Imum & Canutum VItum, in ſcenam producunt, hoc temporis intervallo, jam hanc, jam illam, Vendiæ, vel regionum ad eam pertinentium, partem in ſua poteſtate ſæpius habuerint; ut Jomsburgum & alias ſeptentriona-

lium

(i) De Venedis opuſc. p. 534.

(k) In *Leibn.* Miſcell. Etymol. P. II. p. 339. ſq.

(l) Progr. de orig. Charact. Slavou. p. 4. Hiſt. lingv. Slav. c. IV. Contin. II. p. 1. Contin. III. cap. 3.

(m) Chron. Slav. Lib. I. c. 1 & 2.

(n) Ser. Reg. Dan. p. 375. 396. & 445.

(o) Ed. Havn. c. 1. p. 2. & c. 76. p. 156. & alibi paſſim.

Digitized by Google

lium in Vendia colonias, crebraqve eorum cum Vendis commercia, aliaqve rerum a Danis in Vendia gestarum exempla, a *Pontoppidano* (p) dudum collecta taceamus. Herulos, Longobardos, & Rugios, qvorum isti in terris Meklenburgicis, illi ad Albim primo & post in Pomerania & Borussia, hi vero etiam in Pomerania tam citeriori qvam ulteriori, primis post Christum natum seculis habitasse reperiuntur, licet duo priores septentrionalis originis fuisse (q), & postremi etiam haud omnino levibus indiciis (r) septentrioni vindicari posse, videantur, lubentes mittimus, cum hæc eorum ætas ab intervallo seculorum, decimi scilicet & decimi tertii, qvod in hac arena proprie decurrimus, multo remotior sit, qvam ut ullum, ad usum lingvæ septentrionalis prædictis regionibus hoc temporis intervallo afferendum, argumentum ab hac eorum origine duci possit. Utrum vero nuper memorata Longobardorum in Pomerania & Borussia habitatio, an vero recentiores septentrionalium his in oris coloniæ, & in his Jomsburgica, ut & Sembica illa, ex *Saxone Grammatico* a *Sperlingio* (s) annotata, *Vidalinum* moverint, ut lingvam nostram septentrionalem Pomeranis etiam & Borussis aliqvando familiarem fuisse concesserit, perinde esse poterit, cum valde dubitemus eam opinionem satis probari posse. Populi enim Gothici, qvi in confiniis Wistulæ antiqvissimis temporibus habitasse reperiuntur, ad Germanicos potius, qvam ad septentrionales vel ideo referri debere videntur, cum omnia svadeant (t), Gothos Germanicos etiam cum Gepidis, qvos ex Scanzia venisse, & insulam Wistulæ aliqvamdiu incoluisse *Jornandes* testatur, sese permiscuisse.

§. 7. *An populis adhuc remotioribus & in his Hibernis tribui debeat.*

Forte his objici possent qvæ in ipsa historiæ suæ Norvegicæ præfatione *Snorro Sturlæus* hunc in modum scribit: "A bók þessi let ek rita fornar frá„sagur um höfdingia þá, *er ríki hafa haft á Nordurlaundum*, ok *á Dan„ska túngu hafa mælt*, sva sem ek hefir heyrt fróda menn segia". i. e. *In hoc libro scribi curavi vetustas traditiones de principibus*, *QVI TERRIS SEPTENTRIONALIBUS IMPERAVERUNT, ET LINGVA DANICA*

(p) Gest. & Vest. Dan. extra Dan. T. III. cap. 1. Sect. II. §. 2 - 15. p. 94 - 176.
(q) *Subm* Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 423 - 25. it. 558 - 76.
(r) L. c. p. 471 - 73.
(s) De Tit. Konning p. 29. cf. p. 28.
(t) Conf. *Subm.* Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 401 - 403. it. p. 411.

Digitized by Google

NICA LOCUTI SUNT, prout viros peritos narrare audivi; qvatenus ſcilicet in hac ſua hiſtoria *Sturlæus* tam de Saxonia & Ottone imperatore, qvam de Gardarikia, Anglia, Scotia, & Hibernia, imo & de variis Aſiæ atqve Africæ regionibus, ut & de Conſtantinopoli & Hiſpania, agit, inprimis ubi res ab Haraldo Severo, & Sigurdo Hieroſolymipeta geſtas exponit. Sed reſponſio facile in promptu eſt, nempe: etiamſi omnia hæc regna regionesqve, & ipſos interdum, qvi his imperaverunt, principes *Sturlæus* memoravit, ex his tamen principibus, eorumve regnis hiſtorias non denominavit, qvippe de his haudqvaqvam ex inſtituto agens, ſed tantum qvatenus in Norvegorum, Danorum, & Svecorum hiſtoriis omitti non potuerunt res ab his in regionibus peregrinis geſtæ, & negotia, qvæ cum harum principibus Dani Norvegi & Sveci habuerunt; unde & hoc ipſum *Sturlæi* Chronicon nec ab imperatore Conſtantinopolitano, nec a Baldvino, Hieroſolymarum vel Jaroslao Gardarikiæ Rege, nec deniqve ab Angliæ, Hiberniæ vel Scotiæ regibus, nomen accepit, cum nihil de his memoret, niſi qvod trium ſeptentrionis Regum aliqvem, vel horum ſubditos tangit. Præterea, ut certisſimum eſt, qvod lingva Danica nec Hiſpaniæ, nec imperio Conſtantinopolitano, nec Palæſtinæ, nec deniqve regionibus, qvæ mari Balthico ad evronotum jacent, in uſu fuerit, ita nunqvam *Hibernis* vernacula fuit; cujus teſtem voco *Laxdæla-Sagam*, tam cap. 20. (u), ubi Melkorkam filio Olao, qvem in Islandia pepererat, ad avum ſuum Myr-Kiartanem Hiberniæ Regem inviſendum, peregre abituro, ita loqventem inducit: "heiman hefer „ek þik buit ſem ek kann beſt, *ok kennt þer Irsku at mæla*, ſva at þik man „þat ecki ſkipta (eigi ſkorta), hvar þik ber at (þú kemr á) Irlandi". i. e. *Jam te, qva maxima potui, cura domo inſtruxi, LINGVAMQVE HIBERNICAM ITA DOCUI, ut perinde tibi eſſe posſit, ad qvamcunqve Hiberniæ oram appellas;* qvam infra (x), ubi Olai in Hiberniam adventum deſcribit, his verbis: "Sídan fara II menn á báti til ſkipſins. Þeir ſpyria: hver „fyrir rádi þeſſu ſkipi? Olafr mællti, *ok ſvarar á Irsku, ſem þeir mælltu* „*til*, ſegir at Norrænir menn eigi ſkipit". i. e. *Poſt duo Viri ſcapha ad navim vecti: qvis huic præeſſet? interrogant. Qvibus Olaus LINGVA,*

 HIBER-

(u) Al. 26.
(x) Cap. 22. al. 28.

HIBERNICA, QVA EUM ALLOCUTI SUNT, viros Norvegos eam possidere respondit; tandemqve, paucis interjectis, ubi ejusdem Olai ad Hibernos, navem cum omni onere sibi jure litoris vindicare annitentes, responsum his verbis exponit: "Olafr qvad þat Lög vera, er Irar mælto, ef engi væri „ tulkr med kaupmönnum (á Skipi)". i. e. *Jure hoc Hibernos postulare, SI NULLUS CUM MERCATORIBUS* (in navi) *INTERPRES ESSET* (*). Qvibus si objiciatur nummus argenteus Hibernicus, ANLAF CUNUNC inscriptus, qvem ex *Waræo* (y), *Bartholinus* (z) adducit. Respondeo: Monetam hanc esse Olai Albi, principis Norvegici, qvem *Landnama-Saga* (a) Dublino occupato regnum ibi obtinuisse perhibet, atqve adeo prædictam inscriptionem lingva Hibernis propria expressam non esse. Accedit qvod *Sperlingius* (b), nummum hunc pro supposititio habuerit, qvamvis ipse nihilominus (c) inde inferre voluerit, CUNUNC in lingva Hibernica Regem significare, de qvo suo qvilibet per me abundet sensu, modo lingvam Hibernicam, ut supra probavi, a nostra diversam esse mecum agnosat. Deniqve hac in re singularem observationem meretur, qvod ipse *Sturlæus*, dum se principum septentrionalium historias conscripsisse profitetur, eas septentrionis regiones, qvibus lingva Danica propria fuit, a reliqvis, qvamvis eodem in opere etiam memoratis, ex. gr. Biarmia, Gardarikia & Hibernia, qvæ aliis lingvis usæ sunt, haud obscure distingvit. Cæterum qvam late lingva Danica ramos suos unqvam extenderit, ubiqve tamen terrarum, ut ante (§. 5.) monui, vel prorsus interierat, vel adeo, ut difficillime agnosci posset, mutata erat, cum *Lex* nostra, de *homicidiis* (Vigslóde) scriberetur, & multo adhuc magis, cum *Codex Magnæus*

(y) Ant. Hib. c. 25.

(z) Ant. Dan. Lib. II. c. 9. p. 464.

(a) Ed. Isl. L. II. c. 15. p. 51. Nummum hunc *Schöningius* (Norg. Rig. Hist. 1 D. p. 522.) non Olai Albi esse credit, sed posterioris Olai, de qvo ibid. 2 D. p. 294. & alibi pluribus agit, idqve, qvantum videmus, meliori jure. Id autem *Vidalino* ne minimum qvidem officit, cum posterior hic Olaus, æqve ac prior, Norvegicæ originis princeps fuerit. Conf. Numism. Anglo-Sax. & Anglo-Dan. apud *Hickesium* Diss. Epistol. p. 172. Tab. III. & 182. Tab. X.

(b) De Tit. Konning p. 1 & 3.

(c) Ibid. pag. 4.

Digitized by Google

næus vel *Johannæus* promulgaretur, nisi in Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ Regnis, ubi pleno vigore floruit, ad ultimos etiam usqve fines, idqve tam in Grönlandia, qvam in reliqvis, qvas l. c. recensui, terris, Norvegiæ tributariis, qvas & omnes, ne Orcadibus qvidem & Hetlandia, qvamdiu imperio Norvegico suberant, exceptis, verba *Tit. de hæreditatibus*, ab initio (§. 1.) adducta, limitibus ejus comprehendi volunt.

(*) *Laxdalensium historia*, cujus relatio de Olai profectione in ultimam seculi Xmi partem incidit, hac in re accedit *Arius Frodi*, qvem *Prologus Libri Orig. Island* (d) seqvitur, haud obscure innuens, qvod Hiberni, qvos Norvegi, Islandiam primum occupaturi, ibi deprehenderunt, diversæ ab iis lingvæ homines fuerint, qvod etiam *Mynnþak* (e), & aliæ voces Hibernicæ, in monumentis Islandicis data occasione occurrentes clare satis indicant. Idem porro adstruit *Floamanna-Saga*, qvæ Thorgilsem Orabeinium Islandum, & socios Norvegos, circa Haconis Hladarum Comitis tempora excursionem qvandam in Hiberniam facientes, Comitis Hiberni ad eos orationem non intellexisse his verbis docet: „Nú geck madz or lidinu, „því er eptir sokti, ok mælti lángt erinde; þeir skilldu eigi hans mal". i. e. *Tum Vir ex exercitu, qvi eos inseqvebatur, procedens, prolixam ad eos orationem habuit; illi vero lingvam, qva loqvebatur, non intellexerunt.* Idemqve ulterius *Eyrbyggia-Saga* confirmat, de Gudleifo Straumfiordensi Islando & sociis, qvi affecta Olai Sancti Norvegiæ Regis ætate, Dublino Hibernicæ in Islandiam navigaturi, ad provinciam qvandam Americæ tempestate delati sunt, referens, qvod incolarum lingvam, qvam tamen Hibernicæ similem judicarunt, non intellexerint. Verba hæc sunt: „Helst þótti þeim, sem þeir mæltu Irsku, þat skilldu þeir, at sumir „villdu at þeir væri drepnir, enn sumir villdu at þeim væri skipat á vistir, oc „væri þeir þiadir", id est: *Lingva qva incolæ loqvebantur, ad Hibernicam maxime accedere eis* (Islandis) *videbatur;* intellexerunt autem, vel verius conjecerunt, *qvorundam consilium esse ut occiderentur, aliorum vero, ut per villas distracti in servitutem redigerentur* (f). Hinc enim satis patet, qvod *Eyrbyggia-Saga* autor, qvemadmodum Gudleifus & socii, lingvam Hibernicam, qvamvis ob commercia cum Hibernis aliqva ex parte notam, a septentrionali, qvam ipsi loqvebantur, diversam agnoverint; qvâ etiam ex ratione *Snorro Sturlæus* (g) Haraldo Gillio Norvegiæ

 postea

(d) Ed. Havn. p. 2.
(e) L. c. p. 15.
(f) Conf. *Torf.* Vinland. p. 72. sq.
(g) Ed. Svec. T. II. p. 270.

Digitized by Google

postea Regi, ex Hibernia, ubi educatus fuerat, reduci, *Lingvam septentrionalem* vel *Norvegicam pronunciatu adeo difficilem fuisse* testatur, *ut vocabula non sine balbutie, qvæ audientibus risum excitavit, efferre posset.* Neqve id sine causa, nam qvantiscunqve fabulis involuta merito censeri debeant qvæ *Giraldus Cambrensis* (h) *Walsinghamus* (i), aliiqve veteres rerum Hibernicarum scriptores, de Hibernorum origine, primisqve regni incolis, illis etiam, qvos ex Hispania eo venisse narrant, litteris prodiderunt; & qvantâ se cunqve probabilitate eorum relationes, â *Schöningio* (k) annotatæ commendent, qvi partem qvandam aboriginum Hiberniæ ex septentrione nostro deducunt; omnia tamen aperte monstrare videntur, Hiberniam ex Gallia, inprimis vero, secundum *Varæum* (l) & plures, ex vicina Britanniâ maximam primorum incolarum partem olim accepisse, lingvamqve Hibernicam, & ratione originis, & maxima ex parte, saltem ab eo tempore, â qvo nostræ historiæ suarum de Hibernia narrationum initia petunt, *Celticam*, ideoqve â nostra, ut supra notavimus, diversam fuisse, qvalem etiam eam *Leibnitius* (m), *Ihre* (n), *Submius* (o), *Bullettus* (p) & permulti alii maximi nominis eruditi agnoscunt, ipsaqve se evidenter probat. Qvod vero varia lingvæ nostræ septentrionalis vocabula in lingvam Hibernicam se etiam insinuaverint, mirum videri minime debet, cum notissimum sit, qvod septentrionales nostri, non tantum ab Haraldi Pulchricomi tempore, continuam fere per aliqvot secula cum Hibernis mercaturam exercuerint, sed & ab antiqvissimis inde temporibus, & inprimis â seculi circiter noni initio, plusqvam per tres annorum centurias, maxime sub Ostmannorum nomine, Hiberniam jugiter infestaverint, regna qvædam ibi fundaverint, urbesqve haud paucas condiderint; cujus rei præter alios veteres æqve ac recentiores, *Varæus* (q), *Pontoppidanus* (r). *Schöningius* (s) & *Submius* (t), tot specimina subministrant, qvot

---

(h) Topogr. Hib. Dist. III. cap. 1-5. ed. Camd. pag. 335-37. nec non cap. 8 & 9. p. 738. & Hib. expugn. Lib. II. c. 7. p. 788.

(i) Ypodigm. Neustr. ib. p. 452.

(k) Norg. Rig. Hist. 1 D. p. 513. & 2 D. p. 421-22.

(l) Ant. Hib. cap. 2. ed. 1658. p. 9. conf. access. ad §. 3. supra p. 237.

(m) Epist. Coll. Kortholti T. I. p. 377.

(n) Prooem. Gloss. Sviogoth. p. XIII.

(o) F. Opr. p. 96. 297. 325. 326. & Tab. IV. a. & Hist. om de udv. F. 1 B. p. 338. 352.

(p) Mem. sur la L. Celtiqve T. III. locis ad §. 3. p. 237. Lit. a, citatis.

(q) Loc. cit. cap. 24. p. 120-150.

(r) Gest. & Vestig. Dan. T. II. cap. 3. p. 309-317. 319-21.

(s) Norg. Rig. Hist. 1 D. p. 391. 393. 446-47. 480. 484. 512-13. 515-21. 523. & 2 D. 196. 210-11. 233. 293. 297. 304. 334. cf. App. ib. p. 430-37. 447-48.

(t) Crit. Hist. 1 D. p. 266-67.

Digitized by Google

qvot pro nostri instituti ratione abunde sufficere possunt, inprimis cum veteres etiam, & in his *Giraldus* (u), Ostmannorum qvosdam, Henrici IIdi Angliæ Regis tempore, non tantum in Hibernia adhuc superfuisse, sed etiam bello, ibi ab eo gesto, sese immiscuisse, doceant. Idem de *Scotia Hebudibus* & *Mannia* valet. Nam si vel maxime eis veterum testimoniis, qvæ *Usserius* (x), *Torfæus* (y), *Pontoppidanus* (z), *Schöningius* (a), & alii dudum annotaverunt, inducti, primos Scotiæ incolas, Pictos inprimis, vel ejusdem cum borealibus nostris originis fuisse, vel ab his ipsis ortos esse concederemus, eo inter alia argumento ducti, qvod *Beda* (b), (licet ob id a *Buchanano* (c) erroris accusatus) & alii Anglorum historici, lingvam Pictorum Oswaldi Regis tempore tam a lingva Scotorum & Britonum, qvam ab Anglorum distingvant; & etiamsi vulgo constet, qvod piratæ, principes, & Reges, septentrionalis, & Norvegicæ maximè originis, ab antiqvissimis retro temporibus in Scotia & insulis ei ab occidente circumjectis non tantum arma longe lateqve circumtulerint, sed etiam tam varias ipsius Scotiæ partes, qvam Hebudes & Manniam, per annos bene multos in suâ potestate sæpius habuerint (d); qvod etiam seqventibus seculis, saltem per intervalla, perdurasse historia Norvegica satis superqve docet; idqve ita qvidem, ut Regum Norvegicorum in Hebudes & Manniam imperium nunqvam plene extingveretur, priusqvam eas Magnus Haconis filius Norvegiæ Rex Alexandro IIItio Scotorum Regi cessit (e); indubium tamen est, qvod lingva Hibernica, qvam Celticæ speciem esse supra monuimus, in Scotiâ & Hæbudibus, inde â seculo IVto, qvo *Giraldus* (f), *Walsinghamus* (g), *Usserius*

(u) Hibern. expugn. Lib. I. 21. p. 771-72. & Lib. II. c. 3. p. 786.
(x) Brit. Eccl. ant. cap. XV. p. 300. sq.
(y) Ser. Reg. Dan. p. 200-203.
(z) Gest. & Vest. Dan. T. II. c. 2. p. 226-227.
(a) Norg. Rig. Hist. 1 D. p. 127-30. 446-47. 449-50. 512. 2 D. p. 421-22. 448.
(b) Hist. Eccl. Lib. III. cap. 6. conf. cap. 3. & 14. it. *Westmonast* ad an 635.
(c) Rer. Scot. Lib. II. p. 56.
(d) Conf. *Schön.* l. c 1 D. pag. 445. 449. 450. 480. 507. 514. 516. 521.22. 2 D. pag. 105. 120. 157. 160. 196. 211. 233. 293. 300. 303-4. 334. 435. 442. 448-49. 481. 493. *Pontoppid.* Gest. & Vestig. Dan. T. II. cap. 1. p. 212. cap. 2. p 231-284. c. 3. p. 321 338. *Subm.* Crit. Hist. 1 D. p. 552.
(e) Conf. *Usserii* Ant. Eccl. Brit. pag. 336-337. nec non Chron. Reg. Manniæ inter Script. Rer. Dan. *Langebeckii* T. III. p. 209. sq.
(f) Topogr. Hib. Dist. III. c. 5. & 16. ed. Camd. p. 742.
(g) Ypod. Neustr. ib. p. 452.

Digitized by Google

Usserius (h), *Submius* (i) & alii, veteres æqve ac recentiores, Scotos ex Hiberniâ eo demigrasse docent, inprimis vero â seculo IXno, qvo Pictorum in Scotia imperium destructum est, ita prorsus invaluerit, ut lingva septentrionalis pro Lingva incolarum Scotiæ, Hæbudum & Manniæ, propria haberi non potuerit, unde etiam *Polyd. Virgilius* (k) tam Scotos sylvestres suorum temporum, qvam Hebudum incolas, Hibernice locutos esse testatur, *Bullettus* vero (l) Lingvæ Celticæ reliqvias in Scotorum montanorum sermone etiam, & recte qvidem, qvæsivit. *Buchananus*, licet Hæbudum incolas suæ ætatis *vetere Gallorum sermone paulum usos* esse perhibeat (m), eadem confirmare censeri debet, cum eos, præter Anglicam, qvam Anglorum dominatio cum tempore induxit, nostro adhuc ævo lingva Hibernica maxime uti *Martinius* (n) docuerit. Qvæ licet ita sint, simul tamen facile perspici potest, tam qvod per longam adeo cum septentrionalibus nostris conversationem, haud pauca ex horum lingvâ in suam receperint, qvam qvod, ut *Torfæus* (o) dudum observavit, a seculo inprimis nono ad XIIImum, in occidentalibus hisce terris permulti fuerint, & inter hos ipsi etiam Reges aliiqve haud pauci maximæ dignitatis viri, qvibus lingvæ nostræ septentrionalis usus familiaris fuit; & eatenus *Runolpho Jona* (p), *Bussæo* (q), aliisqve eruditis, qvi hanc partim ad Scotos & Hibernos extendunt, partim cum Scotica & Hibernica cognatam statuunt, accedere facile possumus. Hethlandiæ autem & Orcadum incolas, certissimum est, ab antiqvissimis inde temporibus, ad qvæ Islandorum de eis relationes ascendunt, lingva septentrionali & speciatim Norvegica usos esse; idqve *Buchananus*, Orcadensibus suæ ætatis tunc ut olim *lingvam veterem Gothicam*, vel a *Gothica non multum discrepantem*, a Scotis tamen & Anglis diversam, Hethlandicis vero *Germanicum aut pene veterem Gothicum sermonem* tribuens (r), haud obscure agnoscit. Nec aliud de lingva illa, *Norns* (pro *Norsk* scilicet) corrupte appellata, qvam *J. Wallace* (s) circa præsentis seculi initia communi plebis Orcadensis sermone

(h) L. c. p. 300. sq. conf. p. 320. &c.
(i) J. Opr. p. 324.
(k) Hist. Angl. ed. Bas. 1552. p. 7.
(l) Loc. cit.
(m) Rer. Scot. Lib. I. p. 25.
(n) Description of the Western Isl. of Scotland pag. 87-89. 215. 225. 239. 274. 278. 284 336.
(o) Hist. Norv. T. III. p. 525.
(p) In Elem. lingvæ Sept.
(q) In Vita Arii Polyhist. C. 3.
(r) Rer. Scotic. Lib. I. p. 35 & 39.
(s) Account of Orkney pag. 68.

ſermone adhuc circumferri tradidit, pro Norvegica vero agnoſcere noluit, ſed vel a Pictis, vel ab aliis inductam eſſe incertus conjecit, ſentiendum eſt, cum ipſum, qvod adduxit, hujus lingvæ ſpecimen, ſi modo vitia ſcribendi, qvibus per omnia ſcatet, & duæ voces peregrinæ: *tumtation* &: *delivera* excipiantur, Norvegicam vere fuiſſe evidenter monſtret. Qvod vero qvædam lingvæ Norvegicæ reliqviæ in hunc fere diem in Orcadibus ſuperfuerint, indicio eſſe poteſt navarchi Nidroſienſis adhuc viventis, Pauli Grevii, viri non vani, narratio, ab illuſtriſſ. *Submio* nobis benigne indicata, qvi ad Orcades forte delatus mulierem qvandam grandævam ibi reperit, qvæ non tantum libro Pſalmorum Danico uti conſvevit, ſed etiam cum eo Norvegicè loqvi novit, eiqve porro plurimos, ſe adoleſcente, lingvam Danicam adhuc intellexiſſe retulit, tum vero hanc ſe ſolam intelligere putavit; unde facile augurari licet, lingvam Norvegicam in Orcadibus brevi ab Anglica plene deletum iri, cum hanc *Wallace* (t), apud homines lautioris conditionis ſuo jamtum ævo ibi prævaluiſſe doceat. Qvali autem lingva Orcadum & Hethlandiæ incolæ Norvegorum adventu antiqviores uſi ſint, in dubio relinqvere, qvam Picticam vel Saxonicam appellando ludere, ſatius nobis videtur.

§. 8. *Hæc lingva etiam olim* Norræna *&* Norræn túnga *vocata eſt, & an* Gautſka, *vel* Gautamál *appellata ſit.*

Qvæ hactenus dicta ſunt, ſatis, credo, monſtrant, qvod *Dönsk tunga* (Lingva Danica) & *Norræn tunga* (Lingva Norvegica, vel rectius, ſeptentrionalis) ſynonyma grammatica ſint, eandemqve lingvam ſignificent. In *Rimbeiglæ* teſtimonio ſupra (§. 3.) citato, tam *Norræn tunga*, qvam *Norræna*, appellatur. *Snorroni Sturlæo*, in Præfatione *Heimskринglæ*, *Norrænt mál* audit his verbis: " Ari Preſtr hinn fródi Þorgilsſon Gellisſonar ritadi fyrſtr „ manna her á landi *at Norrænu máli* frödi bædi forna oc nyia ". i. e. *Arius Sacerdos multiſcius, Thorgilſis filius, Gelleris nepos, primus omnium hac in terra* (ſc. Islandia) *antiqvas juxta ac recentiores hiſtorias SEPTENTRIONALI SERMONE in literas retulit;* & iterum, in loco de Northumbria, ſupra (§. 4.) laudato, *Norrön tunga.* Sæpisſime tamen *Danska Tungu* i. e. *Lingvam Danicam* appellatam eſſe, omnia qvæ hactenus in partes

(t) Loc. cit.

Digitized by Google

tes vocavi, & vel centum alia, veterum testimonia docent (*). Qvæ autem rationes *Verelium* (nos *Reenbielmium*, *Salanum* & *Gudmundum Olai* addimus) moverint, ut in Historiæ *Gotbrici & Hrolfi* (nec non *Herraudi & Bosæ*, ut & *Hervoræ*) a se editæ Inscriptione, lingvam hanc, *antiqvam Gothicam*, s. *gambla Göthska*, vocaverit, omnino nescio (**); sed forsitan eruditi Sveonum, historias, qvæ hujus appellationis veritatem docebunt, aliqvando in lucem dabunt; ego vero tales hactenus nullas vidi. Qvamvis enim *Gudmundus Andreæ*, vel *Gudmundus Olai*, (qvibus jungendus *Theod. Thorlacius*) (u), lingvam nostram *Gothicam* vel *Gautamál* appellasse reperiantur, tales eorum assertiones & nomenclaturas nihili habeo, qvamdiu adæqvatæ harum rationes ex monumentis antiqvis nondum productæ sunt. Scio eqvidem Novum Testamentum Ulphilæ *Gothicum* vulgo vocari, & *Alstedium* (x) scribere, fuisse Ulphilam episcopum Arianum, qvi Athanaricum & Fridigernum Vestrogothorum Reges, non longe post annum Christi 369, ad religionem Christianam converterit. Sed qvid hoc ad Gothiam Sveciæ occidentalem vel orientalem? Et qvis unqvam credet lingvam ab his nomen accepisse? aut qvis unqvam veterum *Gothicam* vocavit? Mihi certe ad Gothorum Svecicorum nomen nihil prorsus pertinere videtur, qvod illi, qvi Latine scripserunt, hanc lingvam *Gothicam* vocaverint, cum ista appellatio sine omni dubio ducta sit ex nomine Gothorum universali, qvo omnes ex Reid-Gothis s. Jutia, & Ey-Gothis, s. insulis Danicis, nec non ea Scandinaviæ parte, qvæ Scaniam, Hallandiam & utramqve Gothiam Svecicam continet, oriundi tunc vulgo veniebant; eoqve sensu intelligo avum meum maternum *Arngrimum* (y), Lingvam nostram *Gothicam*, & (z) *Joticam*, vocantem, qvod scilicet gigantum tantum s. Jotnorum (i. e. Jotorum), non vero *Jutiæ* lingvam, qvæ vulgo *Jutska* audit, indicare, nec dicere voluerit, aut nos ipsos, aut alias gentes, lingva nostra antiqva loqventes, hanc unqvam *Gautsku* s. *Gothicam* vocavisse; scimus etiam Danos, eam suæ lingvæ dialectum, qvæ Jutiæ familiaris est, *Jydsk* hodie appellare,

(u) Diss. de Isl. Sect. II. Th. VI. §. 1.
(x) Politicæ suæ cap. 18. p. m. 1145. b.
(y) Crymog. Lib. I. c. 3. p. 23.
(z) Cap. 4. pag. 48.

Digitized by Google

lare, aſt lingvæ Danicæ antiqvitus ita appellatæ exemplum nullum unqvam reperiri poterit. Nec porro negari debet, qvin lingva Novi Teſtamenti, qvod Ulphilæ tribuitur, & Latine *Gothicum* vocatur, multiplicem cum lingva noſtra cognationem & ſimilitudinem prodat, verum non video, qvi inde ſeqvi posſit, qvod hæc ideo *Gothica* recte appelletur; qvippe qvæ appellatio ex monumentis ipſa hac lingva ſcriptis probari deberet. Ita duo illa lingvæ Anglo-Saxonicæ ſpecimina, qvæ *Bartholinus* in Antiqvit. Danicis, prius qvidem Lib. II. cap. VIII. (a), poſterius vero ibidem cap. IX. (b) attulit, (nos libros qvam plurimos lingva Anglo-Saxonica ſcriptos addimus) antiqvam noſtram Lingvam Danicam & Norvegicam manifeſto ſapiunt; verumtamen inde minime ſeqvitur, lingvam noſtram ideo *Saxonicam* vel *Anglicam* apud nos olim dictam eſſe (c). Nec deniqve nego, qvod ratio haud exigua adeſſe potuerit, cur Danica hæc lingva, *Gothica lingva*, vel *ſermo Gothicus* vocaretur, cum indubium mihi videatur, qvod Celeberr. noſter *Torfæus* in Ser. Reg. Dan. (d) ſcribit, & poſt ejusdem operis Lib. II. (e) ex Præfatione Poëmatis antiqvi *Grotta-ſaungr* ulterius probat, ſcilicet Gothorum nomen æqve ipſis Danis, ac aliis, qvos (f) eo refert, populis attributum fuiſſe; qvem etiam ad modum certum eſt, lingvam Latinè Gothicam dictam eſſe. Id autem peto ut probetur, qvod ante CCC vel CCCC. annos vel prius unqvam, noſtrâ lingvâ, i. e. Danicè vel Norvegicè, *Gautska* vel *Gautamál* appellata ſit. Imo ne indoles qvidem hujus lingvæ permittit, ut *Gautamál* appelletur, pro lingva Gothica, cum ſic *hit Gautska mál*, *Gautskt mál*, vel *Gautsk tunga*, ut paulo ſupra monui, appellari deberet; voculam enim *Gautamál*, ſecundum nativum lingvæ noſtræ ſeptentrionalis genium, alio modo melius exprimere neſcio, qvam ut Poëma aliqvod denotet, vel a Gautio qvodam compoſitum, ut *Hávamál*, *Sigrdryfomál*, *Fafnismál*, *Biarkamál*, *Krákomál*, *Vafþrudnismál*, *Alvismál* &c.

Ll 2 vel

(a) Pag. 427.
(b) Pag. 494 - 95.
(c) Conf. *Barthol.* Ant. Dan. Lib. III. cap. 2. pag. 655.
(d) Lib. II. cap. 1. pag. 89-90.
(e) Cap. 2. pag. 104.
(f) Loc. cit.

Digitized by Google

vel de Gautio qvodam agens, ut *Hákonarmál* (carmen de Hakone); *Hrafnsmál*, *Eireksmál*, *Atlamál*, *Hamþismál* & similia (***).

(*) Præter loca a *Vidalino* memorata plurima alia præsto sunt, in qvibus lingva septentrionalis *Norræna*, *Norrænt mál*, vel *Norræn Túnga* appellatur. Ita ex. gr. *Sturlunga-Saga* (g) Gudmundum Episcopum Holensem excommunicationem in Kolbeinem Thomæ filium, cum eum Holis aggrederetur, *á Norræna Túngu*, qvippe qvam melius Latinâ ab eo intelligi novit, pronunciasse annotavit. *Eyrbyggia-Saga* & *Flóamanna-Saga* in suis de Gudleifo Straumfiordensi & Thorgilso Orrabeinio narrationibus, supra (ad §. 7.) memoratis, *Norrænt mál* appellant. *Brandus Jonæ filius* Holensium Episcopus de Historiâ Biblicâ, vulgo *Stiórn*, in gratiam Haconis Grandævi Norvegiæ Regis adornatâ, in fine notat, se eam *á Norrænu* vertisse. Ejusdem *Haconis Vita*, â *Sperlingio* (h) laudata, *Norrænar bækr* id est, libros *lingva septentrionali* scriptos, memorat, qvos, lethali morbo decumbens sibi prælegi curavit. Eodem modo *Kristni-Saga* (i) & *Sturlæus* (k), lingvam *Norrænu* vocant; Episcopi vero Holensis *Laurentii Vita* ad Annum 1316 (l) de *Bergo Sockii filio*, Monacho primum Thingeyrensi, post ad Annum 1325. (m) in Abbatem Munkathveraënsem in Islandiâ electo, annotat: „Hann vard hinn framasti Clerkr ok „mælskumadr mikill, sva at hann setti saman margar sögur Heilagra manna á „*Norrænu* med mikilli snilld". i. e. *Clericus maximi nominis & insignis Orator evasit, ita ut multas sanctorum historias magnâ cum elegantiâ LINGVA SEPTENTRIONALI conscriberet.* Eadem etiam, loco supra (ad §. 2.) annotato, de Johanne, ex Flandria oriundo refert, qvod *Norrænt mál* loqvi non potuerit, qvemadmodum *Sturlæus* de Haralldo Gillio observaverat, qvod hæc lingva ei pronunciatu difficilis fuerit. Hæc autem omnia & plura ejusdem farinæ testimonia, qvæ, si opus videretur, cumulari facile possent, qvamvis de Norvegis & Islandis maxime agant; & qvamvis ultima duo, *Sturlæi* scilicet, & *Vitæ Laurentii*, de dialecto Norvegica speciatim intelligi posse videantur, *Vidalini* assertionem, qvod *Norræn Túnga*, *Norrænt mál*, & *Norræna*, appellationes sint, cum altera, *Dönsk Túnga* synonymicæ, & non tantum dialectos Norvegicam & Islandicam speciatim, sed etiam, ut

(g) Lib. V. c. 2.
(h) De ling. Dan. p. 34. 35.
(i) Ed. Havn. p. 8.
(k) Ed. Sv. T. I. p. 332.
(l) Cap. 32.
(m) Cap. 45.

Digitized by Google

(ut *Sperlingius* (n) & *Submius* (o) dudum obſervarunt), & ſæpisſime qvidem, inprimis in monumentis ſeculi 13tii & 14ti, qvo omnia prædicta teſtimonia pertinent, lingvam ſeptentrionalem generatim denotent, ſatis confirmant. Ut enim, doctisſimo *Johanne Olavio* Hypnon. monente, *Norrænn madr* Norvegum, â Dano, Sveco, Islando, diſtinctum, ſemper notat; ita Adjectivum *Norrænn*, borealem, & *Norræna* non tantum *Lingvam Borealem* in genere, ſed & ventum Boream ſignificat.

De Appellatione lingvæ ſeptentrionalis *Danica Vidalinus* legum Islandicarum Codices: *Gragás* & *Jonsbok* (§. 1 & 5.), Præfationem *Snorronis* (§. 7.) & *Scaldam* (§. 4.) teſtes produxit. Ante eum *Sperlingius* in ſuo de lingva Danica Commentario, non tantum (p) prædictam Præfationem ſecundum variorum Manuſcriptorum lectiones, ſed alium qvoqve (q) ex ipſo operis Snorroniani corpore (r) locum, Celeb. *Submio* (s) etiam obſervatum, de Dano Danpo vel Rigo, qvi primus omnium *lingvâ Danica* i. e. ſeptentrionali *Rex* appellatus eſt, deniqve etiam (t) *Carmen*, qvo *Sighvatus* Haconem ſecundum Comitem in *Lingva Danica* id eſt ſeptentrione, nobilisſimum prædicat, dudum notavit. Accedit Sighvato haud multum ætate inferior Præfatio Poëmatis antiqvi *Grottuſaungr* apud *Sperlingium* (u) & *Torfæum* (x), pacem illam univerſalem, qva orbis circa tempora nativitatis Chriſti fruebatur, (um alla Danſka Túngu) per *omnem Lingvam Danicam*, id eſt, in toto ſeptentrione, â Frodio Rege Daniæ, utpote in ſeptentrione potentisſimo, nomen traxiſſe perhibens. Similiter *Oddus Monachus* (y), inter maxima religionis Chriſtianæ, Olai Tryggvini auſpiciis, in Norvegiâ, Hetlandia, Orcadibus Færois, Islandia & Gronlandia annunciatæ impedimenta, ſacerdotum in *Lingva Danica* tractanda (at fara med Danſkri Túngu) imperitiam numerans, ſatis declarat, ſe communem his omnibus lingvam, ſeptentrionalem ſcilicet, hac appellatione intellexiſſe. Idem de *Genealogia Regum Norvegiæ*, qvæ ſeculo 13tio vix recentior eſt, ſentiendum; dum enim, uno loco, neminem *lingvæ Danicæ* hominem,

 qvanta

(n) Loc. cit. pag. 51.
(o) Crit. Hiſt. af Danm. 1 D. p. 209.
(p) Pag 5 & 7.
(q) Ibid. p. 8. ut & in Comment. de Tit. Konning p. 84.
(r) Ed. Sv. T. I. p. 20.
(s) Crit. Hiſt. 1 D. p. 238 & 244.
(t) De ling. Dan. p. 29.
(u) L. c. p. 26.
(x) Ser. Reg. Dan. p. 104-5.
(y) Ed. Reenhielm. p. 169.

Digitized by Google

qvanta Canutum Magnum gloria, iter Romanum peregiſſe, & in altero, copias Thingmannicas in Anglia, cum expeditionem ſibi fatalem Haraldus Severus eo ſuſcepit, ex variis qvidem terris, maxime tamen ex *lingva Danica* originem traxiſſe ſcribit, nullum eſt dubium, qvin *lingvam univerſi ſeptentrionis*, *hominesqve ſeptentrionales generatim* intelligat. Simile de *Knytlinga-Saga* judicium eſto, tam (z) ubi Canutum Magnum, qvippe qvi Angliam, Daniam, Norvegiam magnamqve Scotiæ partem, in ſua poteſtate ſimul tenuerit, potentisſimum, & latisſime patentis *in lingva Danica* imperii Regem vocat; qvam (a) ubi Archiepiſcopatum Lundenſem eâ lege fundatum eſſe narrat, *ut omnis Lingvæ Danicæ populus* (allr lydr á *Danſka túngo*) ei ſubeſſet; cum ex contextu utriusqve loci facile perſpici posſit, qvod lingvæ *Danicæ* appellatione *ſeptentrionalem in genere* ſignificare voluerit, licet plene non conſtet, an *Knytlinga-Sagæ* autor eosdem huic lingvæ, qvos imperio Canuti vel Archiepiſcopatui Lundenſi, terminos animo finxerit. Hoc porro ſenſu *Olai Tryggvini Vita* eum, qvamvis Norvegiæ Regem, & genere Norvegum, virum *in Danica Lingva*, id eſt, in toto ſeptentrione, celeberrimum (Frægſtr madr á Danſka Túngu) vocat; hoc hiſtoria Biblica, vulgo *Stiórn*, amazones, *lingva Danica*, *Skialldmeyiar* dici aſſerit; hoc deniqve *Eyſteinn*, ſeculi XIVti Poëta, ab *Arngrimo* (b), etiam laudatus, in *Lilio* (c), *Lingvam Danicam*, qvâ antiqviores ſeptentrionis poëtæ ſuos Reges celebraverant, pro lingva ejusdem ſpeciei cum ſua vernacula, Islandica ſcilicet, habuit; qvorum loco Fragmentum hiſtoricum a *Langebeckio* (d) editum per *Danſka túngu* Danicam, & per *Norræna*, Norvegicam dialectum tantum intelligit. Qvis vero per ſingula eundo, omnia enumerare poterit. Obſervare tamen juvat, qvod appellatio lingvæ ſeptentrionalis *Danica*, apud exteros jamtum invaluiſſe videatur, longo ante tempore, qvam Islandi hiſtorias ſcribere coeperunt. Certe *Dudo de S. Qvint.* (locis ſupra laudatis) ſignificanter annotavit, qvod Vilhelmus Imus Rollonis filius, Normanniæ Dux, *per Daciſcam lingvam* intellexerit, qvæ Saxones ſubſannantes de eo dicebant; qvod Herimannus Saxonum Dux Vilhelmum *Daciſca Lingva* vel *Daciſcæ regionis lingva* affatus fuerit; tandemqve, qvod idem Vilhelmus filium ſuum Richardum in Civitate Bajocacenſi educari curaverit, ut *Daciſcæ eloqventiæ*, *lingvæ* vel *loqvacitati* asſvefieret; Qvibus lingvæ appellationibus tam *Dudonem*, qvam *Vilhelmum Gemiticenſem*, qvi ultimam relationem ex eo repetit, lingvam vero Latinius *Danicam* vocat, *lingvam*

(z) Cap. 17. pag. 30.
(a) Cap. 80. p. 166.
(b) Crymog. p. m. 27.
(c) Hiſt. Eccl. Isl. T. II. p. 400-1.
(d) Script. Rer. Dan. T. II. p. 426.

Digitized by Google

lingvam universi septentrionis intellexisse, tota narrationum series svadet; nisi fortè Danicam dialectum hic, pro lingva septentrionali, per solam ignorantiam substituerint, qvemadmodum ipsi *Dudoni*, aliisqve exteris medii ævi scriptoribus, Danos cum reliqvis septentrionis populis male confundere, illosqve cum his, & maxime Norvegis, permutare solenne est, qvas nominum confusiones, ab aliis dudum ad amussim explicatas, lubentes mittimus.

Causæ autem cur Islandi, qvi talis ignorantiæ, & inde natæ confusionis, rei peragi neqveunt, lingvam septentrionalem *Danicam* sæpius vocaverint variæ â variis afferri solent, & prima qvidem â *Sperlingio* (e) *antiqva nominis populiqve Danici præ reliqvis septentrionalibus præcellentia & gloria.* Hæc vero, nisi accuratius determinata, vix hic admitti posse videtur.

Ut enim ejus argumenta, qvæ, â *primæ Danorum propagationis, & regiæ apud eos potestatis, antiqvitate*, *Ivaro Hertzholmio* (f) ducere placuit, omni robore carent, cum populi Danici in septentrione antiqvitas, præ Gothico, historiæ aperte repugnet, præ reliqvis vero septentrionis populis, adeo in obscuro posita sit, ut probari non possit; qvod ultimum etiam de regiæ *potestatis* apud Danos, præ reliqvis, antiqvitate sentiendum est; etiamsi unum vel alterum veterum testimonium verè reperiatur, qvod regii *nominis* apud Danos, præ reliqvis, antiqvitatem svadere videatur (g); ita etiam ipsius *Sperlingii* pro eadem prærogativa argumenta, â vocibus *Dannes*, *Dannemand*, *Dana-arf*, *Dannefæ* (qvæ etiam in codice antiqvissimo legum Islandicarum *Gragás* dicto per *Dánarfe*, qvo bona, non Danica, sed emortualia, sive qvorum legitimi hæredis memoria interiit, significantur, exprimitur) nec non â *Cognominibus*, qvæ qvibusdam olim a patria *Daniâ* adhæsisse memorantur, & porro â tributo *Danegeldo* in Anglia, ut & â nominibus insulæ *Danaholm* & rivi *Danebek* in confiniis regnorum septentrionalium sitorum, tandemqve ab eo, qvod septentrionales, qvi medio ævo Britanniam invaserunt, *Dani* sæpius appellentur, cum eorum plurimi Norvegi verè fuerint, ducta *Suhmius* noster (h) jam pridem profligavit; qvemadmodum nec ullam, ut *Sperlingius* urget (i), nominis Danici in oris Vandalicis seculo Xmo exeunte præcellentiam stabilire valet Buii Crassi effatum, qvo graviter in facie vulneratus, basia sua fæminis *Danicis* minus postea accepta fore significavit, cum *Olai Tryggvini Vita* (k), conceptis

(e) Comment. de ling. Dan. §. 4. p. 3. §. 14. p. 14. 15. nec non p. 27. & passim.
(f) In libro de Præcell. Regni Dan.
(g) Conf. *Sperling.* de Tit. Konning §. 78. p. 101.
(h) Crit. Hist. 1 D. p. 206 209.
(i) Loc. cit. §. 35. p. 56 57.
(k) Ed. Isl. Lib. I. p. 154 & 184.

Digitized by Google

conceptis verbis doceat, Buium his verbis, non fœminas Vendalicas, sed verè Danicas, in Borringholmia, unde ipse oriundus erat, degentes intellexisse. Hæc autem omnia qvamvis ita sint, minime tamen (nam longissime abest, ut nobis veræ nominis populiqve Danici celebritati vel minimum detrahere animus sit) *Sperlingio* (l) negamus, fuisse olim tempora, inprimis post Gothorum ex Scandinavia migrationem, cum populi Danici nomen reliqvis in eâ celebrius erat, ipsiqve Dani se pro præcipuo septentrionis populo habuerunt, multoqve jure habere potuerunt, & ab exteris etiam verè habiti sunt; idqve non solum, ut *Jornandes* (m) tradidit, ob corporum proceritatem, imo neqvidem ob robur & fortitudinem, qvippe cum reliqvis communem; verum multo magis ob magnitudinem imperii, & potentiam, qvam sub Hrolfio Krakio, Ivare Vidfadmio, Haraldo Hyldetanno, Regnere Lodbrokio & pluribus Daniæ ethnicæ regibus maximam fuisse notissimum est; qvas rationes, atqve inde natam nominis celebritatem *Torfæus* (n) & *Suhmius* (o) haud immerito agnoscunt, causam satis prægnantem præbere potuisse, cur veteres historici lingvam septentrionalem *Danicæ* nomine insignirent. Vix tamen cum *Sperlingio* (p) statuere ausimus, id, data qvadam opera, ad honorem nominis Danici significandum factum esse, sed tantum, ut aliis in rebus sæpissime fit, denominatione â potiori ductâ. Deinde etiam antiqvior ista populorum septentrionalium conditio, ex qvo imperium Norvegicum plene maturuerat, Svecicum vero Gothiæ, & plurium, etiam ab oriente Balthici maris, provinciarum accessione, auctum fuerat, & præcipue qvidem illis temporibus, qvibus Islandi maxime scripserunt, & appellatione *Danica* Lingvæ septentrionalis sæpissimè usi sunt, plurimum mutata erat. Deniqve plurimæ, & in his præcipuæ, earum rationum, præ ceteris â *Torfæo* (q) & *Suhmio* (r) annotatarum, qvæ exteros, inprimis rerum Germanicarum, Anglicarum & Gallicarum â seculo maxime IXno scriptores eo vere induxerunt, ut omnes septentrionis nostri populos sine discrimine *Danos* appellaverint, in Islandos non qvadrant; his enim Dani nec præ reliqvis septentrionalibus ita vicini, nec bellis commerciisve noti dici possunt, ut eorum nomen ideo omnibus tribuerent, & adhuc multo minus reliqvi septentrionis populi ita ignoti, ut cum his, qvod exteri sæpissime faciunt, Danos per ignorantiam

tiam

(l) Loc. cit. p. 3.
(m) Ed. *Grotii* p. 612.
(n) Hist. Norv. T. II. p. 90-91.
(o) Crit. Hist. 1 D. p. 81. 109. 126. 210. 303-4. 325.
(p) Loc. cit. p. 27.
(q) Loc. cit.
(r) Loc. cit. p. 125-26. 163. 274-75. 276. 279. 290. 303-4. & alibi.

Digitized by Google

tiam confundere possent. Deniqve Islandi ex ipsis popvlarium suorum historiis apprime noverunt, eandem fere ab antiqvis temporibus, saltem â seculo IXno, qvo Islandia habitata est, Norvegicorum, qvam Danicorum, Principum & piratarum in oris Europæ occidentalibus, freqventiam & celebritatem fuisse. Unde qvam ceteràcunqve rationi consentaneum videri posset, qvod *Sighvatus*, in carmine à *Sturlao* (s) servato, & *Sperlingio*, *Suhmio*, pluribusqve dudum observato, lingvam septentrionis *Danicam* appellando, vel ad populi Danici præ reliqvis septentrionalibus potentiam & celebritatem, qvippe qvæ seculi XImi initio, post annum 1015, qvando ipse vixit, maxima fuit, vel ad usum loqvendi exteris, qvibus omnes septentrionales *Danorum* nomine sæpissime veniebant, familiarem, respexerit; hæ tamen rationes, si ad Islandos posteriorum seculorum, lingvam universi septentrionis toties *Danicam* appellantes, applicentur, ita propriæ & adæqvatæ non videntur, qvin aliam, ex nostra qvidem sententia propiorem, addere necesse sit. Ut autem hanc suo loco pluribus patefactam dabimus, ita non videmus, qvomodo subsistere possit altera ratio cur lingva septentrionalis *Danica* olim appellata sit, à *Sperlingio* (t) producta, scilicet: *qvod hæc lingva, ex Danis, qvam ceteris, limatior, limpidior, & elegantior profluxerit, qvodqve adeo Islandi, Danicam ejus dialectum reliqvarum omnium magistram agnoscentes, si qvid mutandum, aut supplendum, aut exornandum occurreret in ceteris, illud ex hac petierint.* Qvo enim accuratius poëmata, leges, historias, diplomata, verbo: omnia & singula veteris ævi scripta, qvæ in dialectis lingvæ nostræ septentrionalis Danica, Svecica, Norvegica & Islandica supersunt, secum invicem conferuntur, eo clarius unicuiqve rei perito, & â præconceptis opinionibus libero, patebit, nihil ex his erui posse, qvod talem dialecto Danicæ (licet cetera dotibus haud paucis sibi propriis, jam tum a *Septimio* (u) ex parte memoratis, minime careat), præ reliqvis prærogativam vindicare jure qveat; imo neqvidem hanc per rerum naturam obtinere facile potuit, cum vel solum historicorum septentrionalium medii ævi corpus, a *Langebekio* nostro pridem edi cœptum, argumento prorsus invicto esse possit, qvod Danis istius ævi, utpote plurima Latine, paucissima, contra, Danice, scribere solitis, nunqvam tanta, qvanta Islandis & Norvegis, fuerit lingvæ exornandæ & perpoliendæ opportunitas; unde etiam dialectus Danica prædictæ ætatis nullum omnino scriptum monstrare potest, qvod vel *Speculi Regalis*, vel *Snorronis*, & aliorum, qvos Islandi optimos habent, scriptorum elegantiam asseqvatur. Et si ex membranarum veterum

(s) Ed. Sv. T. I. p. 402.
(t) Loc. cit. §. 10. p. 9. §. 12. p. 12-13. §. 23. p. 28.
(u) Om det Cimbr. Sprog §. 8. p. 9-11.

Digitized by Google

terum orthographia (qvæ post tot secula unica via superest) de eloqvio ferendum sit judicium, ne in ea qvidem aliqvid deprehendere licebit, qvod, collatione instituta, dialecto Danicæ singularem præ ceteris septentrionalibus elegantiam asserere valeat; unde etiam mirari satis non possumus, qvod *Sperlingius*, pro eadem hac causa ulterius perorando, asserere ausus sit (x), *Danicam lingvam omnium lingvarum septentrionalium universalem esse matrem, cui vitam & lucem veluti debent cetera:* cum credere haudqvaqvam possimus, qvod vir verè doctus, contra omnem historiæ antiqvæ fidem, sibi persvaserit, omnes septentrionales â Danis ortos esse. Qvod ad reliqvas *Sperlingii* pro Danica lingvæ septentrionalis, post sacra Christianorum recepta, appellatione, rationes (y) attinet, fateri qvidem debemus, qvod Dania prior Norvegis & Svecis Religionem Christianam amplexa sit; sed non videmus, cur lingva ideo merere potuerit, ut, talis velut *beneficii causa*, *Danica* vocaretur, inprimis cum vere affirmari non possit, religionem *per Danos* in Sveciam & Norvegiam introductam esse, cum illa Germanis, hæc vero suæ originis regibus Olais, Trygvino & Sancto, qvi præterea plerosqve religionis annunciandæ ministros ex Anglia & aliis terris occidentalibus, ut & ex Germania, petierunt, hoc beneficii maxima ex parte debuerit (z). Idem de argumento pro prædictæ Lingvæ appellatione a scriptione ducto, *Suhmius* (a), pridem monuit. Nam neqvidem de Latinis, qvæ Gothicæ vulgo appellari solent, literis valet, qvod reliqvi septentrionis populi eas â Danis acceperint; cum omnia, & in his ipsi literarum in membranis septentrionis antiqvissimis ductus, haud obscurè monstrent, Norvegos saltem & Islandos primum literarum Latinarum usum ex Britannia accepisse, cum earum haud paucæ Anglo-Saxonicas apertè referant (b). *Sperlingii* enim de *Scaldæ* autore, qva *Olaum Hvitascald* f. Album poëtam, qvi in aula Valdemari Victoriosi Daniæ regis aliqvamdiu vixerat, intelligit, assertio (c), qvod scilicet *Alphabetum Latinum*, eoqve ipso *scriptionem*, qvam Islandi ab eo tempore secuti sunt, *ex Dania* in Islandiam *invexerit* (qvamvis *Arngrimus* (d) etiam statuisse videatur Islandos *ab eo veteris Alphabeti typos accepisse*), omni caret fundamento; nam 1mo cum

(x) L. c. §. 50. p. 87.
(y) Loc. c. p. 85-90.
(z) Conf. *Rembert.* de Vita Ansch. apud *Langebeck.* Script. Rer. Dan. Tom. I. p. 443. seqv. cap. 9. 10. 13. 15-18. nec non 22-25. item autores a *Sheringhamo* de orig. Angl. p. 326-27. hanc in rem laudatos.
(a) Crit. Hist. 1 D. p. 210.
(b) Conf. *Worm* Epist. p. 826.
(c) Loc. c. p. 87-88.
(d) Crymog. p. m. 26.

Digitized by Google

cum temporum ratione consistere prorsus neqvit, cum *Arius*, *Kolsceggus*, *Oddus Erici*, *Brandus Sæmundinus*, *Gunnlogus* & *Oddus Monachi*, *Styrmer Multiscius*, ipseqve *Snorro Sturlæus* & alii multi, ante Olaum, Islandi Latinas literas in usum dudum deduxerint, ipsaqve *Scalda* præterea conceptis verbis doceat, qvod *Thoroddus Runarum Magister & Arius Multiscius Alphabetum Lingvæ Islandicæ ad normam Alphabeti Latini â Prisciano concepti suo jam tum ævo exegerint.* 2do Olaus, in Alphabeto suo Latino conficiendo, & ad lingvæ septentrionalis enunciationem aptando, non scribendi rationem Danis sui ævi usitatam, sed (ut ipse loco §. 4. citato conceptis verbis testatur) partim Anglorum exemplum, partim vero regulas, a Grammaticis Latinis de literarum proprietatibus traditas, & maxime qvidem suam de lingvæ nostræ indole philosophiam secutus est; Valdemari autem Daniæ Regis Logogryphum, *Sprengd mannz Hök* &c. exempli tantum loco adduxit, ut literarum Runicarum potestates in compendio monstraret; unde satis patet, *Sperlingium* ea, qvæ attulimus, scribere non potuisse, si Olai de Lingvæ septentrionalis Orthographia Commentationem debita curâ perlustrasset. Nec rem magis conficit *Pontoppidani* sententia (e), Lingvam universi Septentrionis *Danicam* ideo dictam esse autumantis, qvod tria regna septentrionalia dialectis tantum, non vero Lingvâ, â se invicem distincta fuerint; nam etiamsi hoc ultimum verissimum sit, qvæstionem tamen: cur lingva omnibus ita communis *Danica* potius, qvam *Svecica* vel *Norvegica*, diceretur, relinqvit, non magis, qvam ante, definitam. Nostram autem hac de re mentem ut tandem aperiamus, non qvidem, ut supra indicatum est, pertinaciter negare volumus, qvin Poetæ & scriptores Islandici rationem appellationis *Danicæ*, qvam lingvæ septentrionali generatim toties tribuunt, partim â populi Danici celebritate, partim ab usu & more exterorum, Anglorum inprimis & Gallorum, duxerint (qvod ultimum *Johanni Olavio Grunnavic.* in *Commentatione de usu vocis: Lingva Danica*, hactenus inedita, sed a Celeb. *Langebekio*, postqvam hæc scripta erant, nobiscum communicata (§. 6 & 7.) maxime probatur); proprie tamen & præcipuè hæc appellatio eo fine ab eis adhibita esse videtur, ut terminos lingvæ data velut opera designarent, ad qvod ea præ omnibus aptissima merito videri debet. Qvem enim ad modum Islandi ipsis loqvendi & legendi experimentis, cum non tantum sæpius itinera per Germaniam instituere, sed etiam interdum aliqvot ibi annos studiorum causa terere solerent, edocti, ignorare minime potuerunt, Lingvam Germanicam cum Septentrionali ratione originis arcte cognatam esse; ita plene noverunt, has lingvas, etiam ante seculum XImum, qvo ipsi scribere cœperunt, adeo sibi invicem dissimiles factas esse, ut nec Germani Danos, nec Dani Germanos sua lingva loqventes intelligerent; unde lingva septentrio-

(e) Atl. Dan. T. I. p. 101.

tentrionalis nullâ utiqve aptiore appellatione, qvam *Danica* illa, â Germanicâ distingvi potuit, cum Dania tunc temporis, æqvè ac hodie, utriqve magnæ illius Europæorum lingvæ, qvæ Germanicam simul & septentrionalem suo ambitu complectebatur, ramo, Germanico scilicet & septentrionali, communem velut limitem & terminum poneret, per qvem ab uno ad alterum, â lingva scilicet Germanicâ ad septentrionalem, & ab hac ad illam, transitus fiebat. Danorum enim *regiones*, ut laudatus *Olavius* (f) hanc in rem loqvitur, *per transversum, totius fere Germaniæ extremitatem septentrionalem a nobis* (boreales intelligit) *distingvunt; cum contra parum in Svecorum nomine auxilii esset, qvandoqvidem his, magis ad latus sitis, omnes aliæ nationes excludi visæ sunt.* Hoc modo lingva septentrionalis ideo ab Islandis *Danica* vocari censenda est, qvod Dania, ex septentrionalibus, prima esset regio, in qva cognata ceterâ Germanorum lingva septentrionali permutaretur; qvod qvidem eo aptius animo fingere potuerunt, cum lingvam Anglo-Saxonicam non ad Germanicam, sed ad septentrionalem, referre solerent. Veram hanc esse hujus appellationis rationem haud parum confirmant testimonia supra producta, qvæ Lingvam septentrionalem, â seculo inde XIIItio, qvo in Dania, propter majorem cum Germanis mixtionem freqventioraqve negotia, magis qvam in reliqvis septentrionis regnis mutari cœperat, *Norrænu* vel *Norrænt mál* æqve freqventer ac *Danicam*, imo freqventius, inprimis ubi de Norvegis & Islandis sermo est, appellatam esse docent. Nam etsi *Norræna* & *Norrænt mál* vel *túnga*, ut supra notavimus, per *lingvam Borealem* generatim explicari recte possit; negari tamen neqvit, qvod saltem in multis horum locorum, per *lingvam Norvegicam* æqvo jure explicari possit; unde eo gravior emergit ratio credendi, (qvo etiam *Arngrimi* (g), *Runolphi Jonæ* (h), & plurium doctorum sententiæ inclinare videntur), qvod pleriqve eorum seculorum scriptores hac appellatione datâ operâ usi sint, ut indicarent, incorruptam maxime & invariatam septentrionis antiqvi lingvam Norvegiæ terminis ab austro tunc contineri; cum certissime sciamus, lingvam, qva veteres Islandi scripserunt, qvamvis Islandica fuerit, nunqvam *Islandicam* ab eis vocatam esse, nec eo nomine venire cæpisse, priusqvam eam Dani, Norvegi & Sveci amplius non intellexerunt; id enim velut indice digito monstrare nobis videtur, Islandos, in appellationibus lingvæ septentrionalis formandis, ad terminos lingvæ, & regiones, qvibus hæc olim materna fuit, maxime respexisse. Qvod vero nihilominus lingvam septentrionalem generatim, tam seculo XIIItio, qvam seqventi, *Danicam* sæpe appellaverint, mirum videri minime debet, cum probe scirent, Danorum

---

(f) Loc. cit. §. 7.
(g) Crymog. p. m. 28.
(h) In Elem. lingvæ septentr.

Digitized by Google

norum Lingvam, eis etiam seculis, non solum verè septentrionalem, sed etiam â Germanicâ, ut ante, diversam esse. Sed de his hac vice satis. Tantum addere juvat, Lingvam nostram septentrionalem, saltem â seculo XIIItio, ubi de Danis rebusqve Danicis sermo est, sæpissime *Danicam*, ubi vero de Norvegis aut Islandis, rebusvè Norvegicis vel Islandicis, *Norrænu*, *Norrænt mál* vel *Norræna túngu* sæpissime ab Islandis appellari; qvod tamen etiam aliqva ex parte inde ortum esse potest, qvod Islandi non tantum maxima ex parte Norvegicæ originis fuerint, sed etiam, qvod inde â medio seculi XIIItio imperium Norvegicum agnoscere cœperint; qvibus deniqve accedit, qvod dialectus Islandica Norvegicæ præ ceteris semper similis fuerit; nam dialecti Norvegico-Islandicæ, qvamvis continuis fere doctorum per aliqvot secula laboribus, & scriptis in ea elaboratis, prorsus insigniter excultæ, elegantiam lubentes mittimus, ne popularibus nostris nimium hac in causa tribuisse videamur. Qvamvis autem scriptores antiqvi universæ septentrionis lingvæ communes appellationes toties tribuerint, minime putandum est, vel qvod lingva per omnia perfecte similis singulis septentrionis regionibus fuerit, vel qvod eam ita fuisse unqvam crediderint, cum probe noverint, non solum dialectos, Danicam, Svecicam, Norvegicam, Islandicam &c. â se invicem distinctas fuisse, sed & qvamlibet harum suas iterum dialectos, & qvidem satis notabiles, sibi subordinatas, olim, ut hodie, habuisse. Jure hoc *Jon. Venusinus* (i), *Sperlingius* (k), *Submius* (l), & plures dudum agnoverunt, qvemadmodum de tali dialecti Danicæ â Norvegica differentia locus *Saxonis* in Frothone IIItio â *Submio* (m), notatus apte satis intelligi posse videtur; unde mirari satis non possumus, qvod *Sperlingius* (n) a sola hac dialectorum diversitate sibi ita imponi passus sit, ut unam eandemqve olim toti septentrioni lingvam fuisse negaverit; cum tota illa dialectorum diversitas impedire minime possit, qvo minus Dani, Norvegi, Sveci & Islandi, qvemadmodum Græci olim, & Germani antiqvi & hodierni, qvamvis dialectis â se haud parum discrepantes, pro ejusdem lingvæ hominibus olim haberi recte potuerint, & hodie possint.

(**) Hunc horum & aliorum, qvos nominatim excitare operæ pretium non videtur, eruditorum Sveciæ, lingvam Islandicam, *veterem Gothicam* appellandi mo-

 rem,

(i) De Fab. th. 129.
(k) De ling. Dan. p. 12 & 13. nec non §. 27. p. 33. & §. 28. p. 35.
(l) F. Opr. p. 96. Crit. Hist. 1 D. p. 220.
(m) Crit. Hist. l. c. p. 204.
(n) Loc. cit. p. 43.

Digitized by Google

rem, præter *Vidalinum* nostrum *Sperlingius* (o) & *Submius* (p), merito notaverunt, qvibus jungendus est b. *Arnas Magnaeus*, tam in *epistola ad Bassewitzium* sæpius dudum edita, qvam in Dissertatiuncula hactenus inedita hac de re, ab illustri *Langebekio* benevole nobiscum communicata, qvam, eo permittente, hic integram exhibere libuit. Verba hæc sunt: " In fronte historiæ Gothrici & Hrolfi, Thor„steini Vikingii, Egilli Unimani, & similium librorum in Svecia editorum, ex„stat, eos lingva antiqva Gothica conscriptos esse. Id vero neutiqvam rectè a „Svecis factum est, eo, ut videtur, proposito, ut Islandorum libros hac ratione „sibi cum tempore vindicare qveant, tanqvam apud se in Svecia primum conscrip„tos. Et certè id ex Reenhielmii verbis satis apparet, ubi audacter asserit, Nor„vegos illos, qvi seculo nono sedes in Islandia fixere, istiusmodi libros secum eo „transtulisse, qvo suo asserto veritati vim facit Reenhielmius, cum ante memorati „libri omnes in Islandia ab Islandis conscripti sint, & qvidem longo tempore post „primordia reipublicæ Islandicæ. Islandicum itaqve vocandum erat idioma, qvod „Svecis Gothicum antiqvum appellare libuit. Licet enim verisimile & probatu „non difficile sit, antiqvos Sveonas & Gothos (Ostrogothos & Vestro-Gothos in„telligo, qvi medii inter Svecos & Norvegos habitant: illorum enim Gothorum, „qvi Græciam & Italiam affixere, qvalis sermo fuerit, nondum satis constat) „eandem locutos esse lingvam „ aut certe parum dissimilem ei, qvæ in vetustis Is„landorum libris legitur; nihilo tamen minus hæc positio nondum (qvantum „scio) argumentis adeo roborata est, ut universo orbi erudito de ea constet. Et „qvicqvid illius fuisset, nihilominus non nisi admodum improprie antiqvo Gothi„co sermone conscripti dicuntur, qvi, ut ante dictum est, Islandica dialecto in „Islandia ab Islandis sunt exarati. Satius itaqve fuisset Islandicum nomen com„prehenso iis idiomati conservare, ac de cetero, (ut id qvod volunt obtineretur) „idoneis monstrare argumentis, Islandicum hocce idioma idem esse cum eo, qvo „locuti fuerint antiqvi Gothi, & contigui eorum Sveones; adeo ut qvi vetustum „Svecicæ gentis idioma (hodie non parum ab origine depravatum) nosse deside„ret, non alio labore opus haberet, qvam ad vetustos Islandorum libros se reci„pere. Hæc, inqvam rationibus confirmanda erant, ast Islandicum idioma cum „vetusto Gothico absqve argumentis non confundendum. Ceterum hæc disputa„tio paulo forte laboriosior videbatur, nec forsitan propositum fuit hæc mundo „persvadere (licet id alias credi velint), qvam alterum illud, nempe libros hosce „revera Islandicos, Svecos esse, & vetustorum Sveciæ scriptorum fœtum esse. „Et qvantum ad memoratam thesin attinet, id certum est, Svecicum & Islandi-

„ cum

(o) De ling. Dan. p. 13-24.

(p) Crit. Hist. af Danm. 1 D. p. 219-20.

Digitized by Google

„cum idiomata non parum dissimilia fuisse, tempore, qvo Islandi hos libros edi-
„derunt. Nec binæ hæ dialecti penitus similes fuere ab eo tempore, qvo Sveci
„lingva sua vernacula in scriptis usi sunt, id qvod utriusqve gentis monumenta
„abunde commonstrant. Nec approbationem merentur ipsi Islandi, qvi idioma
„suum non raro Norvegicum s. *Norrænu* (forte septentrionalem lingvam indigi-
„tare volunt) appellant; licet id propius a vero absit, cum Islandi revera sint
„Norvegi. Ceterum vitandæ sunt confusiones nominum in cognatis rebus. Et
„dialectus Norvegica, qvæ hodie viget, admodum dissimilis est idiomati Islandi-
„co, & diu est, ex qvo binæ hæ dialecti ab invicem dissidere cœperunt. Septen-
„trionis idioma veteres generali nomine Danicum dixere; Neqve id distinctè sa-
„tis". Hactenus *A. Magnæus.*

(***) Si veterum testimonia, a *Torfæo* (q), *Pontoppidano* (r), *Suhmio* (s), & aliis memorata, qvæ Daniam etiam antiqvissimis temporibus Gothiæ nomine venisse innuunt, perpendantur, incredibile qvidem videri non debet, qvod lingva septentrionalis, universim intellecta, Gothica aliqvando appellata sit; Nihilo tamen minus plenissime constat, ne unum qvidem omnium septentrionis antiqvi monumentorum, hac lingva exaratorum, qvæ ad nos pervenerunt, eam hoc nomine unqvam appellavisse. Nec, accurate loqvendo, ita ab eis recte appellari potuit. Primo enim celeberrima Danorum, Sveonum & Norvegorum nomina non tantum emerserant, sed antiqvæ etiam, qvantacunqve unqvam in septentrione nostro fuerat, nominis Gothici gloriæ obscuritatem dudum induxerant, anteqvam hæc monumenta in literas relata sunt. Deinde 2) Gothicum nomen multis ante horum monumentorum ætatem seculis jam tum se extra septentrionem adeo late diffuderat, ut dici vere neqveat, lingvam septentrionalem æqve late diffusam unqvam fuisse. Accedit 3) qvod scriptores antiqvi, omni fide digni, inprimis exteri, clare satis doceant, inter populos Gothicos, qvos nonnullis etiam ante Christum natum seculis ad orientalem & australem maris Balthici oram, & qvidem a Finlandia ad Wistulam, & post inde in Germaniam usqve, habitasse referunt, qvosdam fuisse, qvi in septentrionem nunqvam venerunt (t); unde porro seqvitur, lingvæ Gothicæ appellationem, si suus ei sensus, uti debet, constet, populorum Gothicorum lingvam universim denotare; cum autem plures fuerint populi Gothici, qvam qvi in septentrionem nostrum penetraverunt, hoc lingvæ nomen, utpote cum nomine Gothico

(q) Ser. Reg. Dan. p. 83-90.
(r) Gest. & Vest. Dan. T. I. p. 86.
(s) Hist. om de udv. F. 1 B. p. 18. §. 9.
(t) Conf. *Suhm.* F. Opr. p. 352. Nord. F. Opr. p. 9-11. Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 6. §. 3. p. 15. §. 6.

Digitized by Google

thico æqve late patens, nimium qvantum generale & improprium evadit, ut lingvæ nostræ septentrionali, qvippe qvæ ad eam tantum Gothorum partem, qvam Gothi septentrionales constituerunt, proprie pertinet, tribui possit. Ubi vero qvæstio oritur: qvid de lingva Codicis argentei, f. interpretationis Novi Testamenti, qvæ Ulphilæ vulgo tribui, & Gothica vocari, solet, sentiendum sit? duo inprimis sunt, unde id optime dijudicari posse videtur, & qvidem 1mo historia populi, in cujus gratiam prædictam interpretationem adornatam esse credi potest, & deinde 2do ipsa illa conformatio, qvam lingva, qva adornata est, habere vere deprehenditur. Ad prius qvod attinet, eorum eruditorum sententia (u), maxime se commendare videtur, qvi omnes populos septentrionales ad utramqve maris Balthici oram habitantes, tam Germanos, qvam septentrionales proprie sic dictos, antiqvissimis temporibus communi Gothorum nomine venisse statuunt. Certe, qvo curatius omnia, qvæ scriptores antiqvi, tam septentrionales, qvam exteri de septentrionalium & Germanorum, ut & Gothorum illorum, qvi imperium Romanum afflixerunt, origine priscisqve sedibus tradiderunt, a *Suhmio* (x) & *Schöningio* (y) ab ipsis fontibus nuperrime repetita, sub examen vocantur, eo magis extra omnem dubitationem poni videtur 1) septentrionales & Germanos, vel unum eundemqve populum ab initio constituisse, vel certe communis, & arctissime qvidem cognatæ, originis fuisse, diuqve una migravisse, donec eis, ad orientales, ut videtur, maris Balthici oras, a se invicem divisis, una pars, septentrionem versus tendens, in Scandinavia nostra tandem consedit, altera vero, versus occidentem movens, Germaniam petiit, ita tamen, ut haud pauci ex utroqve populo in orientalibus maris Balthici oris remanserint, ibiqve longo tempore habitaverint. Et porro 2do Gothos istos, qvi Græcos & Romanos post afflixerunt, maxima qvidem ex parte ex Gothis Germanicis, f. populis Gothicis, tempore, qvo Gothorum expeditio cœpit, partim intra fines Germaniæ, partim mari Balthico ad orientem & evronotum habitantibus, sed ex parte etiam ex Gothis, qvi ex septentrione nostro reversi socios se illis junxerunt, nec non ex illis horum Gothorum reliqviis, qvas in Holmgardia, Gardarikia, & vicinis regionibus hic illic tunc temporis sedes habuisse supra ad §. 6. notavimus, ab initio conflatos fuisse. Ut enim Gothorum, qvi ita emigraverunt rerumqve ab eis gestarum magnitudo credere prohibet, qvod omnes vel ex Gothlandia insula, vel ex reliqvo septentrione, orti esse potuerint, ita Gothos septentrionales ab hac migratione prorsus excludere veterum probatæ fidei autorum

(u) Conf. *Suhm.* Nord. F. Opr. p. 203-205. it. 317. *Schön.* Norsk. Opr. p. 289.

(x) F. Opr. p. 352. Nord. F. Opr. p. 22. §. 2. it. pag. 84. 315. 354-55. Om Odin p. 42-43. Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 27-45.

(y) Norsk. Opr. p. 115-119. 121. 134. 182-196. cf. 206 & 213.

Digitized by Google

autorum de eorum origine prifcisqve fedibus teftimonia neqvaqvam permittunt (z). Accedit 3) qvod non tantum verfio Novi Teftamenti, qvæ Ulphilæ tribuitur, in ufum Veftro-Gothorum in Moefica regione ad Danubium feculo IVto habitantium primum adornata fit, fed etiam qvod monumenta qvædam, licet opinione utiqve pauciora, recentiori tempore vere reperta fint (a), qvæ Oftro-Gothos, Italiæ imperantes, eadem, qva hæc verfio, lingva, iisdemqve literis ufos effe docent. Qvod autem ad pofterius, conformationem fcilicet vel indolem lingvæ, qva fæpedicta verfio, cujus reliqviæ in Codice argenteo ut & Gvelferbytano adhuc fuperfunt, fcripta eft, attinet, de hac inter eruditos plene non convenit; Qvidam enim ne concedere qvidem volunt Gothicam recte dici, fed pro Germanica, & proprie qvidem vel pro Theotifca vel pro Francica haberi debere contendunt (b); alii Gothicam recte qvidem dici concedunt, ita tamen, ut vel generatim Germanica, nifi qvatenus lingvarum finitimarum contagio mixta eft, vel fpeciatim Teutonum orientalium dialectus effe videatur (c); alii contra pro lingva mere feptentrionali habent (d). Aft qvicunqve, in lingva Codicis argentei cum lingva monumentorum Septentrionis antiqvi veterisqve Germaniæ conferenda, operam collocare non gravatur, modo animum afferat a partium ftudio, uti decet, liberum, & lingvæ feptentrionalis fatis gnarus fit, plenisfime experietur, verisfimam effe eorum eruditorum fententiam, qvi lingvam Ulphilæ non tantum recte *Gothicam* appellari (e), fed etiam (ut fupra memorata Gothorum origo, & eorum fpeciatim, qvi feculo IVto in Moefia habitaverunt, conditio fecum ferebat) feptentrionali noftra & Germanica vetere maxime conftare, ftatuunt, nifi qvod nonnulla Græca, Latina, Slavonica, imo Finnica etiam admixta habeat (f). Ubi vero ulterius qværitur, utrum ad Germanicam, an ad feptentrionalem proprie referri debeat, fatendum qvidem eft exterorum plurimis, utpote exacta lingvæ feptentrionalis, antiqvæ inprimis,

---

(z) *Schön.* Norsk. Opr. p. 247-49.

(a) Cf. *Ihre* de Cod. Arg. §. 3. Script. verf. Ulph. illuftr. pag. 185. it. de ling. Cod arg. §. 16. l. c. p. 267. fq. *Subm.* Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 202-204.

(b) Cf. *Subm.* l. c. p. 188. 189. *Ihre* de ling. Cod. arg. §. 4. l. c. p. 259. 263.

(c) Cf. *Wachteri* Diff. de ling. Cod. arg. in append. Script. verf. Ulph. illuftr. p. 62. *Subm.* l. c. p. 392.

(d) Cf. *Subm.* l. c. p. 198.

(e) *Ihre* in fcript. Ulph. illuftr. pasfim. *Oelrichs* animadverf. ad *Heupelium* de Ulphila §. 4. ibid. in Append. p. 17. *Subm.* l. c. p. 344. 387. §. 63. & alibi.

(f) *Ihre* l. c. p. 264. fq. cf. p. 300. it. Procem. Gloff. Svio-Goth. pag. XXX. *Heupel* de Ulph. §. 2. l. c. append. p. 7. *Subm.* l. c. p. 197. 391.

Nn

primis, cognitione destitutis, propius ad Germanicam accedere visam esse, in qva opinione eo magis confirmari potuerunt, cum Celeb. *Hickesium* utriusqve lingvæ Anglo-Saxonicæ scilicet & Moesogothicæ Grammaticam eadem in universum opera condidisse viderint, idqve eo successu, ut a peritis gratiam meruerit (g). Qvicunqve vero, in hoc examine, septentrionalis atqve Germanicæ lingvæ rationem æqvè habere valet, minime dubitamus, qvin cum illustrisf. *Submio* (h) deprehendet: lingvam Codicis Argentei ut in multis cum Germanica vetere aperte concidit, ita plurimas contra exhibere voces & loqvendi formulas, neqvaqvam ex Germanica, sed ex sola septentrionali nostra explicabiles, ita ut septentrionalia pari ad minimum, cum Germanicis, passu in ea ambulare censenda essent, nisi vir in studio lingvæ Moesogothicæ summus, perill. *ab Ihre*, insuper docuerit, prædictam lingvam, non solum cum septentrionali antiqva, & speciatim Sveo-Gothica, haudqvaqvam minus, qvam cum Germanica, convenire, eorumqve haud pauca, qvæ in ea Celeb. *Wachterus* pro barbaricis habuit, & ad Germanicam referri non posse professus est, mera Gothica & Islandica esse (i); sed etiam, ex omnibus lingvæ Germanicæ & septentrionalis dialectis, Anglo-Saxonicam & Islandicam omnium proxime eam referre (k). Qvod, si opus esset, ulterius probaturi, innumeris illis, qvæ hanc in rem passim observavit, qvam plurima, lingvæ Moesogothicæ cum Islandica aperte communia, facillime addere possemus. Ita e. g. *mesa* Ulph. sive pro mensa, sive pro patina vel disco, sumta, prope satis refert Islandicum *mausr*, qvod ligni genus est. *Vaiht* Ulph. res minima, absqve omni dubio est ipsum Islandorum *vet*, *vat* vel *vætti*, ejusdem significatus, unde *vætta*, *vetna*, *vettoge* & plura (l). Ita porro *afdailian* Ulphilæ, Islandicum *afdeila*, partiri; *aflagian* deponere, Isl. *afleggia*; *aflaith* discessit, Isl. *afleid*, (non tamen a verbo *leita*, sed *lida*, sensim evanescere, vel e conspectu se subducere, unde *lidin* & *framlidin* mortuus, primit. *leid* via.); & *aflinnith* cessat Isl. *aflinnir* accurate repræsentant. *Afthvoh* Ulph. (m) lavit, idem est cum Islandico afþó, a verbo *ek afþva*. *Agis* Ulph. timor est ipsum Norvegico-Islandicum *agi*, qvod hoc etiam significatu in *Speculo* Regali & alibi adhibetur, licet apud recentiores pro castigatione sæpissime sumatur. *Ainqharjammeh* Ulph. singulis, Islandico *einhverjum* exacte respondet. Ad *aiviskan* Ulph. illustrandum Islandicum *óviskr*, sordes, qvisqviliæ, aperte pertinet. *Allatharba* Ulph.

(g) Conf. *Ihre* script. vers. Ulphil. illustr. p. 149.
(h) Hist. om de udvandr. F. 1. B. p. 190-91. it. 195-96.
(i) Script. vers. Ulph. illustr. p. 270. it. Append. p. 67-70.
(k) Procem. Gloss. l. c. p. 30.
(l) Script. vers. Ulph. illustr. p. 306. 307.
(m) Specim. Gloss. Ulph. ib. p. 276. 277. 279. 283. 284. 286.

Digitized by Google

Ulph. f. in b. ut apud multos ſeptentrionalium & olim & hodie, mutato, plene egenus, *allþarfi* vel *allþurfi* Islandis audit. Ut multo plura, qvæ ſpatium non capit, prætereamus. Ratio autem cur utraqve lingva, ſeptentrionalis ſcilicet & Germanica, æqvales propemodum partes in Moeſogothica ſibi ita vindicare posſit, & hæc tamen conformationem ſibi propriam, eamqve æqvabilem & ordinatam, ſervaverit, haud difficulter perſpicitur, ſi modo cogitemus, mutuam lingvæ Germanicæ & ſeptentrionalis ſimilitudinem eo majorem deprehendi, qvo altius conferendo aſcendimus, imo vere tantam, ut dubio fere careat, utramqve aliqvando, primitus certe, unam lingvam conſtituiſſe (n); unde etiam eruditorum nonnulli, prout contrariis hac in re partium ſtudiis animati fuerunt, eo usqve proceſſerunt, ut unam ex altera, & ſeptentrionales qvidem Germanicam ex ſeptentrionali, Germani vero ſeptentrionalem ex Germanica derivatam eſſe contenderint (o). Ut autem negari minime debet, qvin Germania ſeptentrioni, & hic vicisſim Germaniæ, colonias interdum dederit; ita Germanorum ac ſeptentrionalium, ut & migrationum ab eis ſuſceptarum, qvæ hactenus innotuerunt, hiſtoria nullo modo permittit, ut vel hos univerſim ab illis, vel illos ab his ortos eſſe credamus, cum omnia & ſingula, qvæ eo pertinent, contrarium, nempe ambos, vel, ut ſupra dictum eſt, unum eundemqve populum ab initio conſtituiſſe, vel certe immediate, ut ajunt, ab eodem populo principali ortos eſſe aperte doceant. Unde porro ſeqvitur, nec lingvam Germanicam ex ſeptentrionali, nec ſeptentrionalem ex Germanica natam, ſed potius has lingvas cognatas, & qvidem ſorores, eſſe, ex eadem lingva principali immediate ortas (p). Qvod enim lingva ſeptentrionalis, ex Germanica nata eſſe posſit, duo inprimis credere vetant, & 1mo qvidem lingvæ ſeptentrionalis antiqvitas, qvam Germanicæ antiqvitate inferiorem non eſſe, ex eo eluceſcit, qvod omnia nomina propria, omnesqve voces ſeptentrionales in ſcriptoribus Græcis & Romanis, etiam antiqvisſimis, obviæ, ex ea, qvalis adhuc ſupereſt, explicari posſint, unde eandem jamtum horum ſcriptorum ævo fuiſſe patet (q). Et deinde 2do, & maxime qvidem, qvod lingvæ ſeptentrionalis cum Germanica antiqva ſimilitudo, in dialectis Norvegiæ & Sveciæ, qvæ a Germania longius abſunt, major etiam deprehendatur, qvam in dialecto Daniæ, ut ut Germaniæ conterminæ (r),

 qvod,

(n) Cf. *Subm.* Nord. F. Opr. p. 2. §. 2. it. p. 23 & 214. §. 9.
(o) *P. Syv* om det Cimbr. Sprog p. 23. §. 18. Tanker om det Danske Sprog pag. 7. 8. Leibn. Miſcell. Etymol. T. I. p. 58. 72. Epiſt. T. I. p. 250-51.
(p) Cf. *Subm.* F. Opr. p. 96. 351. §. 10. *Run. Jona* Elem. lingv. ſeptentr. Torf. Hiſt. Norv. T. I. p. 126-28.
(q) Idem Nord. F. Opr. p. 10. it. 165. &c. *Schön.* Norſk. Opr. p. 73-74.
(r) *Schön.* Norſk. Opr. p. 196-99.

Digitized by Google

qvod, si Germania septentrioni suo ore loqvi dedisset, evenire potuisse neqvaqvam videtur. Qvo autem nomine lingva illa primitiva, qvæ septentrionalem & Germanicam (qvibus omnes dialectos, qvæ ad utramqve pertinent, includimus) peperit potissimum appellanda sit, plene non constat. Perillustri *ab Ihre* (s), maxime placere videtur *Scythicam* appellare. Nobis vero, salvo viri maximi judicio, credere liceat eandem fuisse, qvam (etiamsi, absqve omni dubio, a primæva sua forma, temporum lapsu, haud parum mutatam) veteres, a *Suhmio* (t) laudati, omnibus populis Gothicis seculo V. adhuc communem fuisse testantur; unde etiam eam, secundum ante dicta, *Gothicam* vocare mallemus. Cum vero Asæ, qvorum pars Odino duce in septentrionem penetravit, extra omnem controversiam populis Gothicis annumerandi sint, inde porro seqvi videtur, qvod lingva, qva usi sunt, pro prædictæ lingvæ Gothicæ dialecto haberi debeat. Cumqve nonnulli veterum conceptis verbis tradiderint, novam lingvam ab eis in septentrionem introductam esse, cogitari facile potest, hanc eorum dialectum, ex qvo in septentrione prævaluerat, eam fuisse, qvæ discrimini, qvo una lingvæ istius Gothicæ antiqvissimæ propago, lingva scilicet septentrionalis, ab altera, Germanica nempe, postmodum distincta permansit, hodieqve distingvitur (u), præcipuam dedit causam. Et licet incertum sit, cuinam Odinorum, ultimo, an priorum alicui, hæc lingvæ in septentrione mutatio tribui debeat, eo tamen maxime propendet animus, ut priorum alicui tribuendam, certè emigratione Gothorum antiqviorem, esse credamus; Qvod si admittatur, simulqve cogitetur, Gothos septentrionales, cum Germanicis, emigrationis Gothicæ socios fuisse, ratio, secus vix reddenda, facillime reddi potest, cur in lingva Ulphilæ qvædam, ut evidenter patet, ad septentrionalem, & qvædam contra ad Germanicam, propius accedunt. Ipsa autem Ulphilæ lingva, cum diversam in multis, tam a septentrionali, qvam a Germanica conformationem præ se ferat, & præterea varia ex lingvis, qvas, ante Gothorum emigrationem, nec Germaniæ, nec septentrioni innotuisse constat, admixta habeat, nec pro Germanica, nec pro septentrionali haberi recte poterit, sed pro nova dialecto, partim ex utraqve mixta, partim, si ita magis placet, inter utramqve media, qvippe tam ex his, qvam vetustissima Gothica, in solo tamen peregrino, tam extra Germaniam, qvam septentrionem nata, verbo: ut accuratissimam Celeb. *ab Ihre* finitionem (x) nostram faciamus, pro *Gothica qvidem, sed non Svio-Gothica, at ita Go-*

thica,

(s) Catal. Reg. Sviogoth. Diss. 1. §. 3. Script. vers. Ulphil. illustr. pag. 269. §. 21. Prooem. Gloss. Sviogoth. p. V. seqv.

(t) Hist. om de udvandr. F. 1 B. p. 321-22.

(u) Tanker om det Danske Sprog p. 9-10.

(x) Script. vers. Ulph. illustr. p. 259. §. 5.

Digitized by Google

thica, ut ad Francos, Batavos, Anglos pene aqvo jure pertineat, atqve ad Svecos Islandosqve. Qvæ cum ita sint, virum summum ægre non laturum confidimus, si subdubitemus hanc, Ulphilæ lingvam, f. lingvam Moesogothicam qvalis in Ulphilæ Evangeliis habetur, *dialectorum Saxonicæ, Alamannicæ, Islandicæ & ceterarum cognatarum matrem* (y) salutari posse. Ut enim jure meritoqve agnoscimus, Novum Testamentum Ulphilæ non tantum antiqvissimum monumentum esse, qvod in ulla lingvæ Gothicæ dialecto superesse scimus, sed nonnulla etiam antiqvissimi Gothorum sermonis, qvæ in omnibus reliqvis hujus, tam apud Germanos, qvam septentrionales, dialectis, suos scriptores serius nactis, perierunt, conservavisse; ita hoc monumentum lingvam aliter comparatam exhibere non potest, qvam qvalis apud Gothos in Moesia habitantes seculo qvarto viguit. Cum vero Gothi, ante seculum qvartum, jamtum per nonnullas annorum centurias hac illac per orientales Europæ regiones migravissent, & inter varios diversarum lingvarum populos interea egissent, imo interdum his permixti vixissent, ipsa rei natura credere non permittit, eos lingvam Gothicam, qvalis ante populorum Gothicorum in Germaniam & septentrionem introitum fuerat, invariatam conservare potuisse. Hæc tamen lingva, qvam antiqvissimam Gothicam supra vocavimus, (licet hodie plene non constet, qvalis ab initio fuerit, cum in dialectis, post enatis, tantum supersit), ea sola est, qvæ per temporum seriem, rerumqve ordinem, prædictarum dialectorum mater salutari merebitur, cum contra Moesogothica, æqve ac reliqvæ, in septentrione qvidem Danica, Svecica, Norvegica & Islandica, in Germania vero Alemannica, Francica & Saxonica, (qvo Anglo-Saxonicam etiam referimus), pro filiabus, ex ea, tanqvam ex communi stirpe, prognatis (z) haberi debeant. Et si nostram mentem ingenue profiteri liceat, ne qvidem certi sumus, Novum Testamentum Ulphilæ antiqviorem multo suæ dialecti conditionem, qvam scripta Norvegico-Islandica suæ, exhibere. Ut ut enim Thiodolfus de Hvina (qvem solum hic memoramus, cum de ætate Poëmatum ab eo editorum plene constet) 400 plus annis Ulphila sit recentior, utpote Haraldo pulchricomo coævus, ex ejus tamen carminibus, haud absqve ratione concludi posse videtur, qvod dialectus, qvam nobis exhibent, ab illa, qvæ plusqvam 400 ante eum annis in Norvegia viguerat, multum non abeat, imo qvod hæc, a tempore, Ulphilæ ævo æqvali, ad Thiodolfi ævum, insigniter mutata esse non possit; idqve qvia scripta seculi XIII. Norvegico-Islandica, qvæ 400 plus annis Thiodolfo recentiora sunt, eandem per omnia, qvâ hæc ejus carmina sustinentur, grammaticæ & syntaxeos conformationem integram servare potuisse reperiuntur, cum tamen vulgo notum sit, Norvegorum

(y) L. c. p. 99. 149. Proœm. Gloss. Sviogoth. p. 30.
(z) Conf. *Ihre* Catal. Reg. Sviogoth. Diss. V. cap. III. §. 2. p. 136. seqv.

cum exteris commercia, lingvæ mutandæ apta, 400 illis annis, qvi Thiodolfi ævum proxime fecuta funt, multo freqventiora & majora fuiffe, qvam prioribus 400, & qvod excurrit, qvi hoc proxime præcefferunt. Ex qvo hujus rei experimento vere erui poffe videtur, eam dialecti Norvegicæ conformationem, qvam monumenta antiqva Norvegico-Islandica, inprimis carmina, exhibent, non tantum feculo nono æqvalem, fed longe etiam antiqviorem; imo Ulphilæ ævo haud multum inferiorem, haberi debere; eaqve hujus dialecti antiqvitas adæqvatam demum caufam præbere videtur, cur, ut fupra dictum eft, dialectum Ulphilæ propius plurimis cognatarum referat. Qvo autem exftantior hæc utriusqve fimilitudo eft, eo magis memorabile videri haud immerito debet, nonnulla eorum, qvibus a fe invicem maxime diftingvuntur, eadem effe, qvæ notas, ut ajunt, characterifticas, lingvam Germanicam a feptentrionali diftingventes olim conftituerunt, hodieqve conftituunt, ita e. g. *N* in fine infinitivorum Ulphilas, cum Germanis, commune habet, feptentrionales contra non admittunt. Ita porro articulo definitivo, vocibus fuffixo, Ulphilas æqve cum Germanis caret, cum contra omnia, qvæ in lingva feptentrionali adhuc fuperfunt, folutæ orationis monumenta ipfo ejus ufu plene declarent, eum olim non minus qvam hodie, ubi orationis feries poftulavit, feptentrionalibus familiarem fuiffe; infcriptiones enim Runicæ, pro contraria fententia a Celeb. *Benzelio* (a) adductæ, vel ideo nihil hac in re probant, cum orationem, qvalis in carminibus antiqvis etiam effe folet, omnes contineant abfolutè vel indefinite pofitam, in qva, fecundum veteris lingvæ indolem, nullus huic articulo locus effe poteft. Ita deniqve augmentis *ga* vel *ge* nec non *bi* vel *be*, variis vocibus præfixis, lingvam Ulphilæ, æqve ac Germanicam, a feptentrionali antiqva diftingvi plane in confeffo eft (b); cui ne qvidem obftat præfixum iftud *ga* in verbis Moefogothicis fæpisfime otiofum effe, cum in his, ut in Germanicis, vere interdum appareat, in feptentrionalibus vero prorfus abfit; voces enim a Ceb. *Benzelio* (c) in contrarium productæ, antiqvæ feptentrionis lingvæ *ga* hocce vel *ka* præfixum, peritorum judicio vindicare eo minus poterunt, cum partim derivatio, qvam eis hoc fine tribuit, nimium qvantum dubia, & partim nonnullæ earum nimis in lingva feptentrionali recentes fint, ut ad hoc probandum admitti qveant. Et fi vel maxime concedi vere debeat, antiqvos feptentrionales *gnóg* & *nóg* (fatis) tam fimplex qvam in compofitis, item *glikr* & *likr* (fimilis), *Gnupr* & *Nupr* & qvædam alia, promifcue fcripfiffe & enunciaffe, attendendum eft, hujus apud eos orthographiæ & pronunciationis rationem ex *ga* vel *ge* Ulphilæ

(a) Præf. ad Evang. Ulph. ab *Edw. Lye* edita p. 11 & 12.

(b) Conf. *Ihre* Append. ad Script. verf. Ulph. illuftr. p. 69.

(c) Præf. cit. p. 14.

Digitized by Google

philæ & Germanorum repetendam non esse, cum in ipsa, & sola qvidem, literarum, qvibus tales voces constant, proprietate sita sit.

§. 9. *An* Asamál *vel* Rúnamál *unqvam appellata sit.*

Cæterum, ut Dn. *Magnum Olavium* Lausasensem, ob eruditionem & insignem Poëseos lingvæqve antiqvæ peritiam, non sine honoris significatione memorare velim, ita mihi testimonia deesse videntur eorum, qvæ ex *Discursu* ejus *de Poësi septentrionali Stephanius* (d) adduxit, nempe priscos nostros majores Poësin nostram, vel *rhythmicum, a communi remotum, sermonem ASAMAL* appellavisse. Solum enim memoriæ lapsum locum dedisse credo huic Dni *Olavii* assertioni, cui ne minimam qvidem tribuo fidem, priusqvam testimonia, qvæ eam evincunt, ex historiis antiqvis nostra lingva scriptis producuntur. Idem a nobilissimo Historiographo *Torfæo* peto, ut scilicet rationes doceat, & testimonia adferat eorum, qvæ (e) *Sheringhamum* secutus scribit, &, qvantum qvidem video, approbat, nempe: lingvam Gothorum ante CCC. vel plures annos, in aliqvo monumento Danicè vel Norvegicè scripto, *Asamál* s. Asarum sermonem unqvam vocatam esse, ut inde patere possit, qvod vocula *Asamál* nomen lingvæ vulgare tunc temporis (f) fuerit; ad qvod ne qvidem sufficit, si vel scriptor aliqvis, vel monumentum qvoddam, lingvam ita semel appellaverit, nisi talis appellatio æqve accommoda sit, ac *Dönsk túnga* (Lingva Danica) & *Norrönt mál* (sermo Norvegicus vel septentrionalis), qvibus in Præfatione historiæ suæ *Snorro Sturlæus* usus est (§. 8.). Nec ullum novi exemplum, qvod hæc lingva unqvam, nomine ad tenorem vocis *Asamál* formato,

(d) Not. in Saxon. p. 12.

(e) Ser. Reg. Dan. Lib. II. cap. 4. pag. 129.

(f) Idem de *Sperlingio* (de ling. Dan. p. 40. 42.), *Bayero* (de converf. rer. Scyth. opusc. p. 253.) *autore anonymo* Dissertationum sur l'origine du langage (Efterr. om nye Bøger 1756. p. 225.) *Pontoppidano* (Atl. Dan. 1 D. p. 100.) & aliis multis, qvi hanc appellationem lingvæ tribuerunt, valet; qvemadmodum *Pontoppidani*, lingvam poëticam *Hovamál*, i. e. *aulicam*, vocatam esse (l. c.) tradentis assertio eo minus fundamenti habet, cum talis appellatio ipsi etiam lingvæ nostræ antiqvæ genio repugnet.

Digitized by Google

formato, vel *Danamál*, vel *Nordmanna-mál*, verum ſemper *Dönsk túnga*, *Norrön túnga*, *Norröna*, *Norrönа-mál* vel *Norrönt mál*, a veteribus appellata ſit; unde *Stephanius*, in ſuis ad *Saxonem* notis, nullo antiqvitatis teſtimonio ſuffultus, ſed ſola *Magni Olavii*, cujus ſententiam, ut ſupra memoratum eſt, prius adduxerat, auctoritate ſeductus, Lingvam Danicam ſ. ſeptentrionis antiqvam, non tantum (g) *Aſamál*, ſed & porro (h), hujus voculæ formam & ſimilitudinem, (cum *Wormio*), (i) ſecutus, *Runamál* dictam eſſe aſſerit, cum Runarum mentionem feciſſet, his verbis: *ab hiſce Runis lingva Danica antiqvitus RUNAMALI* (lege *Rúnamál*) *appellata fuit* (qvibus & id genus deceptus Celeb. *Hickeſius* (k), lingvam noſtram *Runicam* vere dici credidit). Verum (ut Brynjulfus Svenonius, in Epiſtola ad *Wormium* (l), jamdudum dubitavit lingvam Danicam ſimpliciter *Rúnamál* a veteribus unqvam dictam eſſe) in omnibus id genus rebus a ſola analogia argumenta ducere nec licet nec ſufficit, ubi exempla uſu probata deſunt, qvibus ſolis demonſtrari debent, niſi genio lingvæ nativoqve decori vim inferre velimus. Ita nemo noſtræ lingvæ peritus, absqve ſoloecismi metu, eqvum *skiölldóttann* (ſcutulatum) vel vaccas *skióttar* dicet, licet utraqve vox eandem coloris varii ſpeciem notet. Ita vacca *dumbótt* dicitur, qvæ ejusdem eſt coloris, ac eqvus qvi *vindóttr* (undulatus) audit. Qvæ & multa alia ejusdem farinæ, ex uſu loqvendi unice diſcenda, peregrinos, qvamvis eruditisſimos, ex ſolis libris plene diſcere poſſe vix exſpectandum eſt. Fateor eqvidem *Olaum Hvitaskálld* in *Skállda* ſ. verius Tractatu de literarum proprietatibus ſcribere: " Samhliódendur eru XII. í *rúnamáli;* v. þeir er nálæg„ er eru raddarſtöfum, eru kallader hálfraddarſtafer af úfródum mönnum ". i. e. *Conſonantes in RUNAMALI XII. ſunt, qvorum qvinqve, qvi ad vocales propius accedunt, ſemivocales indoctis audiunt:* & mox: " þat er „ r. n. m. l. ſ. kalla ſumer menn med þeſſum Stöfum teliandi í Latinu ſtafrofi ". i. e. *Hos ſc. r. n. m. l. ſ. in alphabetho Latino ad literas hujus generis referri*

ferri

(g) Pag. 14.
(h) Pag. 45.
(i) Litt. Run. ed. in fol. p. 32.
(k) Theſ. ling. Sept. P. III. in Præf.
(l) Epiſt. *Wormii* p. 1062.

Digitized by Google

ferri qvidam volunt: nec non paulo infra, postqvam Logogryphum: SPRENGD MANNZ HÖK, FLYDI TVVI BOLL: qvo Dominum suum Valdemarum Daniæ Regem totum alphabethum Runicum complexum esse refert, attulit; " Z „ hefer náttúrlega í ser tveggia stafa hlióð t oc s, eda d oc s, sva sem X hefer „ tveggia stafa hlióð c oc s, eda g oc s, oc af þvi er hvargi stafr x oc z ritadr í „ *rúnamáli* (alteri Codici: *rúnom*) eda í fornu latinu-stafrofi ". i. e. *Z duarum literarum t & s, vel d & s, similiter etiam x duarum, c & s, vel g & s, sonum naturaliter continent, unde harum literarum, x & z, neutra aut in RUNAMALI (inter Runas) aut in alphabetho Latino antiqvo exaratur.* Ast omnia hæc loca evidenter ostendunt, *Olaum*, qvi hic in Alphabetho enucleando totus est, discursus hosce suos, & inprimis grammaticam de Runis doctrinam, *Runamál* appellare; de ipsa vero lingva nullum horum locorum intelligere possum, qvippe qvæ, si *Runamál* genio ejus convenienter, ut *Norrönt mál*, formandum esset, non *Runamál*, sed *Runir* appellanda fuisset. Ut autem vox *Runir*, nostra lingva, non literas tantum, sed etiam varias illas artes, qvæ Runis olim docebantur, notat, ita *Olao* hic *Runamál* vocare placuit qvod de Runis, f. literarum in lingva nostra, qvam promiscue *Danska túngu* & *Norrönu* vocat, numero & potestate docuit; qvam ejus mentem recte me assecutum esse, & artem ejus orthographicam voce *Runamál* vere intelligi debere, indicio esse potest, qvod de hoc *Runamáli* scribens easdem in eo literas, sc. r. n. m. l. f., qvæ Grammaticis Latinis semivocales audiunt, a reliqvis consonantibus distingvat, nisi qvod Alphabethi Latini ordinem invertit. Hanc vocis hujus acceptionem ulterius illustrat computus antiqvus *Blanda* (m), his verbis: " Sólarnulld er köllot concurrentis aulld *at bók-* „ *máli* ". i. e. *Cyclus solaris, AT BOKMALI,* (non, *in lingva librorum*, sed secundum regulas, qvas eruditi in libris computisticis, qvacunqve demum lingva exaratis, præscripserunt), *Cyclus concurrentis dici solet.* Ita etiam dicimus: " bókin er mikit eda lítit mál ". i. e. *liber magnæ vel parvæ*, non lingvæ, sed *molis*, materiæ vel argumenti *est;* idqve recte omnino *Bar-*

tholinus

(m) Cap. XI.

Digitized by Google

tholinus intellexit (n), poſt adducta, ex *Skállda*, *Olai* verba ita ſcribens: *eſſe ſibi ſermonem de literis Runicis ſatis innuit in diffuſa trium literæ accidentium explicatione;* ſed paulo infra, verba: "í Runamáli", vertenti: *in Runica lingva*, accedere neqveo, cum verti debuiſſent: *in doctrina Runica*, vel, *doctrina de Runis;* id qvod ipſe Olaus, ſcriptionem ſuam de *x* & *z Runamál* vocando, & hocce *Runamál* cum Alphabeto Latino veteri conferendo, ſatis declarat. *Reſenium*, qvi in Præfatione *Eddæ* a ſe editæ (Lit. J. 3. a.) repetiit, lingvam noſtram olim *Aſamál* dictam eſſe, prærerire facile poſſum, cum hæc ejus aſſertio illis ſolum nitatur, qvæ *Stephanius*, ut ſupra dictum eſt, *Magni Olavii* ſententiam, omni fundamento deſtitutam, ſecutus, hac de re ſcripſerat; nam qvamvis hi omnes egregii prorſus viri fuerint, idoneis tamen harum ſuarum aſſertionum, ut pro veris admittantur, teſtibus indigent, qvalium hic non niſi unus, *Olavius* ſcilicet, adeſt, qvem reliqvi duo ſecure exſcripſerunt.

§. 10. *An* Orcadenſis, Hetlandica, Grönlandica, Færöenſis *vel* Islandica *olim dicta ſit; & an a carminum antiqvorum obſcuritate ad mutationem lingvæ hodiernam valeat conſeqventia.*

Hæc autem lingva nec *Orcadenſis*, *Hetlandica*, *Grönlandica* vel *Færöenſis* unqvam appellata eſt, qvamvis olim omnibus his terris vernacula fuerit; neqve me memini in antiqvis hiſtoriis vel aliis monumentis *Islandicam* vocatam legiſſe, priusqvam apud Danos, Norvegos, & Svecos ita mutata erat, ut nos, veteri ſua lingva, qvam puram & incorruptam ſoli adhuc tenuimus, loqventes, non intelligerent. Hæc autem lingvæ mutatio in regno Norvegico Erici Pomerani tempore maxime notabiliter coepta, poſtea ſenſim invaluit. Imo in ipſa Islandia, negari omnino neqvit, qvin lingva inde a morte *Gudbrandi* Holenſis epiſcopi 1627, inprimis tamen ab anno 1675, qvo *Brynjulfus Svenonis* Skalholtenſis epiſcopus fatis concesſit, valde mutata, vocibusqve peregrinis varie permixta, plurimum priſtini leporis amiſerit; ab eo enim tempore nemo hac in terra inventus eſt, qvi veram lingvæ noſtræ, cum ſcribendum eſſet, orthographiam plene calleret, præter *Arnam Magnæum*, & paucos alios, ab eo edoctos; & deplorandum ſane eſt deforme illud & prorſus corruptum ſcribendi

(n) Ant. Dan. Lib. III. cap. 2. pag. 656.

Digitized by Google

bendi genus, qvo permulti nostratium, a majoribus, inprimis in nativo particularum decore, immane qvantum degeneres, hodie utuntur; qvod tamen non impedit, qvominus antiqvam Daniæ & Norvegiæ lingvam, etiam in hunc usqve diem, omnibus aliis orbis gentibus melius intelligamus. Nam etiamsi omnes illæ voces antiqvæ, nostratium paucissimis hodie intellectæ, qvas liber hicce meus (Glossarium suum Juridicum, qvo hæc Commentatio etiam pertinet, intelligit) complectitur, satis testentur, qvantam apud nos mutationem lingva Danica subierit; hæ tamen, ob paucitatem suam, vix ac ne vix qvidem in censum venire possunt, si cum integro legum nostrarum corpore, & innumera illa verborum lingvæ septentrionalis, cuilibet e vulgo perspicuorum, copia, qvam continet, conferantur. Sed vocabulorum poëseos antiqvæ obscurorum & intellectu difficilium longe diversa ratio est; horum enim bene multa tanta hodie caligine involuta sunt, ut vix sperari possit, omnia unqvam posthac recte intellectum iri; talis vero difficultatis præcipuæ causæ, non tam in lingvæ mutatione sitæ sunt, qvam in Codicum pergamenorum, corruptis lectionibus emendandis, & lacunis supplendis, aptorum, paucitate, & maxime in ipsorum poëtarum antiqvorum consvetudine, qvos, data opera, carmina sua sæpius obscura reddidisse *Edda* his verbis testatur: "Enn þetta er at segia úngom skálldom, þeim er „ gyrnaz at nema skálldskaparmál, ok heyia (hefia) ser ordafiöllda med fornum „ hæitum, edr (gyrnaz þeir at) kunna skilia þat sem myrkt er qvedit oc hulit". i. e. *Hæc junioribus poëtis suggerenda sunt, qvi artis poëticæ regulas discere, verborumqve copiam, antiqvarum appellationum ope, sibi comparare, vel obscura & involuta, qvæ poetæ cecinerunt, intelligere avent.* Unde videmus appellationes poëticas plebi, qvæ earum rationes ignoravit, priscis jam tum seculis occultas, i. e. intellectu difficiles & obscuras, fuisse; qvid qvod Gretter, qvamvis ipse poëta, *vita* ejus (o) teste, carmen, qvo Loptus f. Hallmundus, in montibus mediterraneis ei obvius, domicilii sui locum, emblematibus poëticis adumbravit, non intellexit; evidenti argumento, vulgus non antiqvis magis, qvam nostris, temporibus, appellationes poëticas obscuriores intellexisse; qvod & *Magnus Olavius* Laufasensis in Discursu suo de Poësi Islan-

(o) Ed. Isl. cap. 56. pag. 130.

Digitized by Google

dica, a *Resenio*, in Præfatione Eddæ (p), citato, recte observavit; idqve qvia poëtæ tam antiqvorum, qvam nostrorum temporum, multis troporum & figurarum speciebus, qvas soluta oratio non admittit, usi sunt (*); & ea ratio est legis de libello vel poëmate famoso in *Cod. Magnæo* Tit, *Mannh.* (c. 27.). "Eigi skal at skálldskaparmálum ráda". i. e. *Verba famosa secundum regulas artis poëticæ* (translate, tropice, metaphoricè &c.) *non sunt resolvenda:* qvam Constitutio Erici Regis ex Codice eximi jussit. Omni ergo robore destituitur *Petri Resenii* argumentum, qvi in *Islandia* sua adhuc inedita, lingvam apud nos eandem ac olim non esse, inde concludit, qvod abstrusiora poëmatum antiqvorum loca nunc non nisi difficulter intelligamus; sola enim incuria hæc est, inde manifesto enata, qvod eorum, qvæ in supra citata Eddæ Præfatione de multifaria poëseos antiqvæ æqve ac recentioris à communi sermone diversitate, recte scripserat, oblitus, poëticum dicendi genus olim & nunc idem prorsus cum vulgari fuisse falsò sibi persvaserit.

(*) Qvod non tantum recentiores, sed veteres etiam septentrionis Poëtæ, qvo ingeniosiores haberentur, carmina sua, ut *Verelius* (q) dudum observavit, *obscuritatibus studio involverint, ut a vulgo, artis Scalldicæ imperito, sine expositione non intelligerentur*, exemplis, tam in Præfatione ad præsentem autoris nostri editionem, qvam in ipsa hac commentatione, a *Vidalino*, notatis unum ex historia seculi Xmi addit *Gisla-Saga Surssonar* (r) carminis, qvo Gislius se Thorgrimum occidisse imprudenter qvidem, sed obscure tamen, significaverat, sensum, sororem ejus Thordisam penitius rimando evolvisse perhibens. Alterum huic perqvam simile ex ejusdem seculi historia *Vigaglums-Saga* (s) suggerit, carmen, qvo Vigaglumus obscure gloriatus fuerat, qvod verus Thorvaldi Krokii occisor, causa licet peracta, nondum innotuisset, nemini adversariorum suspicionem rei movisse docens, priusqvam Thorvardus, reconditum sensum, qvem mente revolvendo assecutus erat, illis explicuit. Tertium, ad historiam seculi undecimi pertinens, *Grettis-Saga* (t) subministrat, specimen exhibens carminis a Grettere, iram, qvam nautæ ob carmina illusoria in eum conceperant, placaturo, in Haflidium conjecti, cum ipse consu-

(p) J. 3. a.
(q) Not. in Hist. Hervoræ pag. 4.
(r) Ed. Isl. cap. 18 & 19. pag. 152-53.
(s) Ed. Isl. cap. 23 & 24 p. 229-30.
(t) Ed. Isl. cap. 19. pag. 94-95.

Digitized by Google

consuluisset, ut carmen ederet, *qvod qvamvis sensu penitus evoluto, omni careret probro, obiter tamen auditum, & secundum externam verborum formam sumtum probrosum videri posset.* Plura hic cumulare superfluum ducimus, inprimis cum *Skálldæ* f. artis veterum Poëticæ autor magnum satis carminum, qvæ veteris ævi Poëtas etiam in ipsa descriptionum & appellationum obscuritate insigne Poëseos artificium data opera posuisse plenissime demonstrant, apparatum dudum collegerit. Ex qvibus qvilibet lingvæ nostræ cognitione vel leviter tinctus convinci statim poterit, omnes ejus generis difficultates sive ex præpostero vocabulorum ordine eorumqve transpositione, sive ex periphrasibus & tropis, sive ex vocum transformationibus & syntaxeos violationibus, qvo phrases ellipticæ etiam pertinent, sive ex aliis, ligatæ orationi præ soluta propriis, natas, qvæ in Poësi Anglo-Saxonica *Hickesius* (u) observavit & fuse explicuit, in septentrionali utramqve, ut ajunt, paginam facere. Nullum ergo a carminum antiqvorum obscuritate, & difficultatibus, qvas ea hodie explicaturi sentiunt, ad lingvæ mutationem jure duci potest argumentum; Imo qvæ de his eruditorum, non exterorum tantum, sed Islandorum etiam, qverelæ exstant, non tam in ipsa vocum & appellationum poëticarum obscuritate, licet hæc sæpius permagna sit, qvam in eo sitæ sunt, qvod plurimi eorum, qvi carminibus explicandis manum hactenus admoverunt, sufficienti, ad falsas lectiones, qvibus carmina præ soluta oratione scatere solent, detegendas & recte corrigendas Codicum Msstorum copia destituti fuerint; unde etiam evenit, ut magna pars carminum antiqvorum, qvæ edita habemus, vitiis librariorum ita corrupta deprehendantur, ut mirum videri minime debeat, qvod omnem interpretantium diligentiam frustraverint. Ubi vero sufficiens bonorum Codicum apparatus suppetit (& suppetere nobis in thesauris Magnæanis, lætari præ multis possumus), spem fovemus certissimam, maximam saltem omnium poëmatum antiqvorum, qvæ adhuc supersunt, partem, recte intellectum iri; Codices enim, qvo antiqviores adsunt, eo etiam accuratius carmina exhibere, & qvo plures numero, eo majorem lectionum variantium apparatum subministrare solent, qvibus inter se diligenter collatis, & ad regulas artis rite examinatis, interpres lingvæ veteris artisqve poëticæ majorum satis peritus tam falsarum lectionum originem detegere, hasqve emendare, qvam veras ab eis seligere, ut plurimum, poterit; cujus qvidem rei in nostra carminum in *Kristni-Saga* & *Gunnlaugs-Saga* occurrentium interpretatione tot jamtum experimenta dedisse confidimus, ut omnibus cordatis ad oculum patere possit, cl. *Schlözerum* (x) inconsiderate edixisse: *nullum amplius Islandum esse, qvi Regneris Lodbrokis Epicedium, aliave poëmata antiqva intelligat*, modo recte exarata

(u) Præf. Thes. p. 18. 19. it. Gramm. Anglos. c. 23. Thes. P. 1. pag. 187-203.
(x) Isl. Litterat. pag. 56.

& lecta ob oculos habeat; cum qvædam, isto Regneris multo difficiliora, recte, ut speramus, intellecta hic exhibeantur. Et si qvædam forte tandem carmina supererunt, qvæ, qvia integra satis & incorrupta ad nos non pervenerunt, plene intelligi neqvibunt, ea, si cum reliqva horum multitudine comparentur, neqve in censum venire merentur, nec vel usui poëmatum antiqvorum historico & philologico, vel Islandorum in his explicandis peritiæ nocere magis poterunt, qvam vexata illa & nondum plene intellecta loca, qvæ in Corpore Juris Romani adhuc superesse, tot conjecturarum volumina, de eis emendandis & explicandis scripta, docent, vel hujus juris in judiciis Germaniæ usum tollere, vel jurisperitiæ Germanorum, totum per orbem eruditum maximo suo merito celebratissimæ, detrahere, valent. Qvod vero ad mutationem, lingvæ Islandicæ hodie inductam, in genere attinet, concedere qvidem *Sperlingio* (y) debemus, religionem Christianam, anno 1000 in Islandia receptam, nonnulla peregrina in eam introduxisse; ast cum vel diligentissima monumentorum antiqvorum perlustratio unumqvemqve convincere facile posit, omnia hæc paucis tantum constitisse vocibus & loqvendi formulis ecclesiasticis, qvales apud Svecos *Jacobus Boëthius* (z), & alii annotaverunt, notabilis interpolatio lingvæ per has eo minus induci potuit, cum earum haud paucas Islandi, peregrinis rejectis, suæ lingvæ vocibus & loqvendi formulis exprimere vere fategerint; qvemadmodum nec *multa ei*, ut *Sperlingius* (a) arbitratus est, per religionem Christianam *perire* potuerunt, cum plerarumqve rerum & formularum solennium, ad sacra ethnicorum pertinentium, memoriam poëmata, leges, aliaqve monumenta antiqva, omni data occasione conservare studuerint; dignitatum vero nomina ipse insuper horum post religionem christianam dudum receptam usus ab interitu vindicaverit; imo ne qvidem aliter per naturam evenire potuit in populo, qvi non tantum literas strenue colere, sed etiam historiæ suæ conscribendæ manus admovere coepit, ante integrum seculum a religione Christiana introducta elapsum, dum multi, qvi a parentibus suis, olim ethnicis, omnium qvi ad ethnica sacra pertinuerant, rituum & appellationum notitiam haurire potuerunt, adhuc in vivis erant. Et qvod nulla insignis mutatio per religionem Christianam lingvæ Islandicæ vere inducta sit, tam ipsæ leges, qvam alia seculi XI. XII & XIII. scripta satis insuper docent, qvatenus præ reliqvis lingvam, ut elegantissimam, etiam purissimam exhibent; & si qvæ inter *Arii*, *Snorronis*, & aliarum, qvæ optimæ nobis habentur, historiarum (qvas *Sperlingius* (b) seculo demum

---

(y) De Ling. Dan. p. 21. &c.

(z) Differt. de mut. lingvæ Sveo-Goth. Præf. *Joh. Ihre* Upf. 1742. p. 11. §. 1.

(a) L. c. p. 22.

(b) L. c. p. 23.

Digitized by Google

demum XIV. prodiisse minus recte asserit, cum plurimas earum ante annum 1201 scriptas fuisse ad cap. 1. autoris (c) probaverimus, reliqvas vero seculo XIII. maxime scriptas esse notissimum sit) stylum differentia occurrit, hæc, præter diversum scriptorum ingenium, maxime in eo posita esse deprehenditur, qvod scriptores *Ario* posteriores majorem eo in oratione polienda & ornanda operam collocaverint, non vero in tali lingvæ mutatione, qvæ diversam ei, seculo XIII, præ XII, ætatem vel periodum condere valeat; unde etiam *Sperlingius* omni veritatis præsidio destitutus (d) asserit, lingvam Islandorum *tot peregrinis vocabulis seculo duodecimo locum fecisse, ut nihil supra.* Majus multo momenti ad lingvam Islandorum mutandam vere contulerunt continua eorum a seculo inde XV. primum cum Anglis & Germanis, & post cum Danis commercia, inprimis gl. m. Friderici qvinti Daniæ Regis tempore, qvo exteri haud pauci opificiorum, & aliarum ad res oeconomicas pertinentium negotiorum, causa in Islandia consederunt, & maxime tamen crassa illa, qvæ insulæ seculo XV. incubuit, barbaries; ita ut præter *ipsum temporum decursum*, *Arngrimo* (e) memoratum, aliæ etiam hic accesserint causæ; hæc tamen mutatio nunqvam adeo invaluit, ut cum *Sperlingio* (f) affirmari vere potuerit, lingvam ideo *Danicam potius dici* debere *qvam Islandicam*, cum ne hodie qvidem Danus Islandum, Islandusve Danum, sibi primo auditum, intelligat. Causæ vero hujus rei variæ sunt, & primo qvidem, qvod mutatio, per commercia, ab exteris introducta, in eorum sermone, qvi loca, stationibus mercatorum proxima, incolunt, fere substiterit, ad remotiores vero & montanos, qvi non nisi raro exteros vident vel audiunt, nunqvam plene penetraverit. Deinde etiam qvod haud pauci exterorum, qvi fixas sibi sedes in Islandia elegerunt, incolarum lingvam tandem assumserint; qvemadmodum pleriqve in Islandia negotiantes ea, licet haud parum corrupta, vulgo uti solent, ubi cum incolis, lingvarum peregrinarum imperitis loqvendum est. Accedit tertio, qvod Islandia semper viros qvosdam insignis simul eruditionis & auctoritatis habuerit, qvi non exemplis tantum, sed scriptis qvoqve & monitis gravissimis, qvin præmiis etiam, ad lingvam antiqvam conservandam, excolendam, & ubi nutare videbatur, restaurandam omni data occasione populares animare non destiterunt. Agmen claudit 4) vulgo etiam Islandorum ab antiqvis inde temporibus familiaris, & nunqvam in hodiernum usqve diem interrupta, scriptorum antiqvorum inprimis historicorum lectio, qvæ utiqve maxime effecit, ut

lingva

(c) Pag. 6 & 7.
(d) L. c. p. 25.
(e) Crymog. p. m. 28.
(f) L. c. p. 11. 12.

Digitized by Google

lingva antiqva, in hunc usqve diem, nuspiam penitus interire potuerit (g), sed qvod multo magis plurimis in locis satis adhuc integra perstiterit. Ut igitur a nobis longissime abest, ut cum *Runolpho Jonæ* (h) contendere velimus, *Islandos lingvam avitam & antiqvissimam, qva primi insulæ habitantes usi fuerant, inviolatam, & ab omni exterarum lingvarum commistione illibatam, in hunc usqve diem retinuisse*, ita contrariam eorum sententiam, qvi hanc eis prorsus periisse statuunt, similiter rejicere veritas & experientia jubent. Qvanta enim cunqve vitia illa sunt, qvæ sermoni conversatio cum exteris, scriptis vero qvorundam Islandorum hujus & superioris seculi, vel in his rite perpoliendis socordia & negligentia, vel formæ procedendi Danico-Norvegicæ, verborumqve & formularum Juris, per hanc introductarum, perversa imitatio, vel deniqve stulta nonnullorum, qvi Islandica exoticis miscendo gloriolam forte aucupati sunt, affectatio, intulerunt, a *Vidalino* nostro, & *Olavio* (i) tantopere deplorata, ea tamen minime impediunt, qvominus universa Islandorum plebs non tantum autores antiqvos, qvi soluta oratione scripserunt, sed etiam Poëmata simpliciora plene semper intellexerit hodieqve intelligat; qvod ne qvidem mirum videri debet, cum ipsa hæc scripta, diurna fere manu per aliqvot secula versata, magna ex parte memoriter teneant, & cum lingva, qva adhuc utuntur, præter ipsas voces, easdem adhuc declinationum & conjugationum formas, easdem casuum modorum & temporum obliqvitates, verbo eandem Grammatices & Syntaxeos universæ conformationem servet, qvas non tantum Poëmata Eddæ, Sæmundinæ vulgo dictæ, qvorum ætas incerta est, sed etiam Poëmata Thiodolfi de Hvine, qvæ ad seculum IX. pertinere certo constat, exhibent. Ut enim *Runolphus Jona* (k), lingvam qvam Norvegi in Islandiam primo intulerunt, eandem fuisse, ac illam, qva a primordiis gentis Norvegicæ usi fuerant, parum feliciter ex lingva Poëmatum *Havamál* & *Voluspá* probare tentavit, cum horum Poëmatum prius ab ipso Odino, ut falso sibi persvasit, minime conditum, & multo minus posterius eo antiqvius, esse posit, ita perpetuus fere hodiernæ Islandorum lingvæ cum his & aliis Eddæ antiqvioris carminibus, tam in plurimis vocibus, qvam in Grammatica & syntaxi consensus, validum, qvantum videmus, argumentum præbet, eam adhuc magna ex parte, ut olim erat, integram persistere; cum dubitari neqveat, horum Poëmatum plurima admodum antiqva esse. Unde porro Cl. *Schlözerum* (l), scripta

---

(g) Conf. *Olavii* Reyse igiennem Island p. 48. 49. 186. 464. 700. 730. 731. 823. 969. Tanker om det Danske Sprog p. 20.

(h) In Elem. lingvæ Septentr.

(i) Isl. Reyse p. 48.

(k) Loco supra cit.

(l) Isl. Litterat. p. 10. & alibi.

ſcripta Islandica qvæ hodie habentur, non antiqva illa eſſe, ſed alia, ex veteri Islandica, a ſeculi XVII. hominibus, ut vulgo intelligi poſſent, in novam verſa eſſe aſſerentem, qvod ipſe ſcripſit, vere neſciviſſe ſatis apparet; ipſe enim, ſi lingvam noſtram antiqvam unqvam diſcet, & Islandos hujus ſeculi ſua lingva loqventes audiet, ſtatim experietur, hoc, ut vir qvidam doctus nobis amicus ingenioſe monuit, non magis cum ratione a ſe dictum eſſe, qvam ſi *Qvintilianum Cicerone*, vel *Tacitum Livio* uti non potuiſſe ſtatuiſſet, niſi prius ex lingva Latina veteri in recentiorem transfunderentur.

III. *De Vocibus*
Vikingr & Víking
ad pag. 93. Not. 64.

§. 1. *VIKINGR vulgo pro pirata sumi solitum, qvemlibet latronem apud veteres etiam notat.*

Non qvidem nos latet vocem *Vikingur*, qva autor hic utitur, sæpissime a veteribus pro pirata accipi; idqve sine dubio *Wormium* (a), *Stephanium* (b), *Verelium* (c), *Reinbielmium* (d), *Bartbolinum* (e), verbo, non solum eos, qvi piratarum antiqvorum mentionem obiter fecerunt, sed plurimos etiam eorum, qvi veterum de his testimonia data opera collegerunt, permovit, ut hunc solum significatum vocabulo tribuerent. Hoc vero loco *Vikingur* latronem indicat; ea enim altera hujus vocabuli significatio est, secundaria qvidem vel translata, freqvens tamen veteribus & plurimum familiaris, qvotiescunqve narrationis circumstantiæ, præsentibus similes, occurrunt; eoqve sensu *Grettis Saga* (f), res qvasdam sub Erico Comite Hakonis filio circa initium seculi XI. in Norvegia gestas describens, Thorerem & Ogmundum Halogienses bis *Vikinga* vocat, qvamvis non memoret, qvod piratæ proprie fuerint, sed tantum *berserkir* i. e. Athletæ impotentis animi, *Uppblaupsmenn*, seditiosi (vel, ut qvidam Codices Msti habent: *Utblaupsmenn* i. e. excursores), *Oéirdarmenn* i. e. homines effreni (g), & deniqve *ránsmenn ok illvirkiar* i. e. latrones & malefici, qvi fas & jura contemnentes, vi & rapinis in pacatos incolas grassabantur, eisqve, impari æqve ac iniqva singularis secum certaminis conditione oblata,

(a) Monum. Dan. Lib. IV. pag. 269-70.
(b) Not. in Sax. p. 69. 98. 152.
(c) Not. in Hist. Hervoræ p. 47-48.
(d) Not. in Thorsteini Vikingii Vitam p. 105-107. & Ol. Trygg. Hist. p. 52.
(e) Ant. Dan. p. 437-58.
(f) Ed. Isl. p. 99.
(g) Ib. p. 97.

Digitized by Google

oblata, non solum bona, sed filias etiam & conjuges extorqvere sæpe solebant. Eodem modo Snækollum Norvegum, primis Olai Sancti Norvegiæ Regis annis tale vitæ genus secutum, Codices ejusdem *Grettis-Sagæ* Msſti etiam *Viking* appellant; ipsa vero narratio, qvæ de eo exstat, aliud non indicat, qvam qvod *Berserkur* fuerit, i. e. athleta infrenis, ex eorum numero, qvi in impresso (h), *Illvirkiar* i. e. facinorosi, & præterea in Msstis *Markamenn* dicuntur, id est, exules, criminum vel rei tantum, vel etiam condemnati, atqve ea de causa, ut olim (i), ita & tunc temporis, in montes & solitudines profugi. Qvamvis enim horum qvidam, ut Thorkell Thurrafrost (k), & similes, qviete agerent, victumqve venando qværerent, imo tractibus qvibusdam montanis habitandis & colendis occasionem vere dederint (l), plurimi tamen ex suis hisce latibulis identidem erumpentes furtis, rapinis, & cædibus pacem publicam turbabant. Nondum qvidem penitus in septentrione exoleverat hoc hominum genus prima seculi XI. parte; antiqvioribus tamen temporibus multo freqventius fuerat, unde etiam historici, qvi res ultima seculi IX. parte & seculo X. gestas describunt, plurima talium exempla subministrant. Ita Asgautus Norvegus, qvod *Berserkur* i. e. athleta esset, vim aliis inferre solitus, *Vikingur* audit (m), ut & Gausius qvidam, in Uplandia habitans, qvod rapinis infamis esset (n). Ita porro Molldius, qvi cum Herraudo, in Svecia Comiti, filiam vi extorqvere moliretur, a Thorsteine Norvego singulari certamine victus est, "*Vikingur edur Berserkur*" (in qvibusdam Msstis *balf-berserkr*) dicitur, qvasi eadem notione utriqve voci juncta (o). Ita deniqve Randvidus, ob vim Thrando illatam a Thorgilse Orrabeinis alumno Islando in Svecia occisus, "Illmenni oc kappi mikill" i. e. *homo sceleratus & athleta* famosus, & mox *Vikingur*, appellatur (p); qvo etiam modo vocabula *Berserkur*, *Illmenni*, & *Vikingur* in *Gullþoris-Saga* conjun-

(h) Loc. cit. cap. 42. p. 118.
(i) *Gautreks-Saga* cap. 1. pag. 2.
(k) *Olafs-S.* ed. Isl. Lib. I. pag. 115-116.
(l) Vid. *Verelii* not. in *Gautreks-S.* p. 14-15.
(m) *Vigaglums-S.* ed. Isl. c. 4. p. 186.
(n) *Droplaugarsona-Saga.*
(o) *Svarfdæla Saga* cap. 7.
(p) *Flóamanna-Saga* cap. 17.

Digitized by Google

conjunguntur, ubi de Gauto, ejusdem generis homine, ejusqve fociis sermo eft.

§. 2. *Hujus notationis ratio exemplis illuftrata.*

In omnibus hifce exemplis *Vikingr* non piratam in fpecie notat, fed generaliter tantum latronem, raptorem, graffatorem, cædibus, vi vel rapinis infamem; cumqve tales præ ceteris fuerint athletæ fupra memorati, aliiqve his fimiles, qvi omni humanitate vel fpreta vel fepofita, folo vero robore freti, qvidvis flagitii facile audere folebant, hæc eis appellatio maxime adhæfit, imo adhærere debuit, cum mores, ob qvos piratæ five Vikingi proprie fic dicti veteribus, & in his *Orkneyinga þætti*, *ræningiar* f. *latrones* vel *raptores* interdum audiunt, fuis vere referrent; eaqve porro ratio eft, qvod idem *Orkneyinga þáttr Vikingi* appellatione qvemlibet qvi rem crudeliter, violente, vel infolenter gerit, notare voluiffe videatur, ubi Einarem Thambafkelferem Rognvaldo Orcadum Comiti narrantem inducit, Kalfum Arneris filium crimen perduellionis in Olaum Sanctum commiffum ita eluere conftituiffe, *ut filium Olai Magnum ad fceptra regni Norvegici eveheret*, & *contra VIKINGOS KNYTLINGORUM fuppetiis augeret* (" at Kálfr vill hefia Magnus til ríkis, ok efla hann „ móti Vikingum Knytlinga"); qvippe qva appellatione tyrannidis, qvam Knytlingi tunc temporis in Norvegia exercuerunt, autores & miniftri haud obfcure notantur. Si autem objiciatur athletas fupra memoratos ideo tantum *Vikingos* dictos effe, qvod piraticam forte olim fecerant: refpondemus primo: neminem hiftoricorum id indicaffe. Deinde piratica, in fe fpectata, genus erat vivendi tunc temporis minime infolitum vel fingulare, unde hi non magis nomen ducere potuerunt, qvam omnes alii, qvi, ut a piratica defliterant, piratæ vocari defierunt, ubi alia nominis vel continuandi vel renovandi caufa non accesfit. Deniqve & evidentibus veterum teftimoniis conftat, eos etiam, qvi piratarum figna nunqvam fecuti fuerant, *Vikingos* dici, & in his Jokulem Ingemundi, in Gothia, Comitis, filium, qvi fec. IX. vias inter Romsdaliam & Jemtiam montanas latrociniis infeftavit; Hic enim, in qvibusdam *Vatnsdalenfium Hiftoriæ* Codicibus Msftis, non folum proprie *Stigamadur* ficarius vel latro, fed etiam *Vikingr* appellatur, qvamvis ipfe fimul profeffus inducatur (q): „ *fe, juvenum*

(q) Cap. 3.

